geli dicunt quasi p̄ncipes angeli. Qr ergo cō sensus btē v̄ginis: q̄ p angelū requirebat erat actus singularis psone redūdans in vtilitatē multitudinis: imo totius humani gn̄is. ideo angelus ille debuit esse de ordine archangelorū. Et credibile est ꝙ fuerit sūmus in illo ordine. Aliq̄ v̄o alij dicūt illū fuisse de sūmo ordine supreme hierarchie. qr proprietas illorū est in dei amore ardere. Et qr in incarnatione succēdēda erat amoris flāma i tota ecclesia et singulariter in aīa virginis: iō angelus ille debebat esse de ordine seraphin. Nec ꝓpter hoc puertit ordo. qr sicut singulare erat opus incarnatiōis cōplendū in virgine. nullo mō possibile s̄m ordinē create nature. ita singularis debebat esse nūcius ille q̄ mittebat ad talia nūciandū. Quicq̄d autez sit satis est nobis ꝙ de summis celorū angel⁹ missus est. siue fuerit de scd̄o: siue de supremo ordine p̄me celestis hierarchie. Scd̄o cōsideremus cuius ꝯditiōis fuerit angelus q̄tū ad nomē: qr vocat Gabriel. Qd̄ suo officio cōgruit. Nā s̄m Grego. Gabriel fortitudo dei interp̄tat. Ad oñdēdū ꝙ incarnatiōis mysteriū esset p dei fortitudinē nunciandū. Et silr ad oñdēdū ꝙ dominus virtutū veniebat ad debellādū aereas ptātes Ita ꝙ Gabriel annūciauit virgini: ꝙ fortis deus veniebat ad fortē mulierē. De qua dicit puer. vlt. Mulierē fortē q̄s inueniet. Tertio cōsiderem⁹ in angelo nunciante cuius conditionis fuerit q̄tum ad visionē ⁊ apparitionē. Et ad hoc dicit Chryso. sup Matt. ꝙ angelus apparuit virgini visiōe corporali. quod ꝯueniens fuit triplici ratione.

Primo rōne similitudinis.
Scd̄o rōne celsitudinis.
Tertio rōne certitudinis.

Prima rō fuit silitudinis: qr illud qd̄ annūciabat erat incarnatio inuisibilis dei. Vñ conueniens fuit vt ad hmōi rei declarationē inuisibilis creatura formā assumeret in qua visibilr apperet. Scd̄a rō d̄r celsitudinis. Conuēiebat em̄ mr̄i dei q̄ nō solū i mēte: s̄ ēt i corporeo vētre erat filiū dei receptura vt angelū corporalr videret. Sz si aliquis obijceret ꝙ magis faceret ad dignitatē virginis. si angelus appuisset ei visiōe intellectuali. qr vt Augu. d. xij. sup Gen̄. ad lr̄am. dignior est intellectualis visio q̄ corpalis. qr visiōe intellectuali videt in sui substātia visiōe v̄o corpali vr̄ in assumpta figura. ergo digni⁹ fuisset apperevisiōe intellectuali. Rn̄dere possumus ꝙ intellectualis visio est potior q̄ sit imaginaria vel coipalis si sit sola. Sz ipse Augu. dicit ꝙ excellentior ē ꝓpb̄ia q̄ hēt itellectualē ⁊ imaginariā visionē. q̄ illa q̄ hz alteraz tm̄. Ideo btā virgo nō solū pcepit visionē corporalē in angeli appitiōe. sed etiā intellectualem illuminationē. Unde apparitio nobilior fuit. Fuisset tamē nobilior si ipsum angelū intellectuali visiōe in ꝓpria specie vidisset siue in sui substātia. Sed hoc nō patitur status viatoris vt angelū p essentiā videat. Tertia rō quare angelus appuit corpali visiōe. dicit certitudinis. Ea em̄ que sunt oculis subiecta certi⁹ cōprehēdimus q̄ ea q̄ imaginamur. Propter hec om̄ia Aug⁹. in quodā sermone virginē introducēs loquētem ait. Venit ad me quidaz magnus paranymphus xp̄i. nō patriarcha p̄mus aut ꝓpb̄a egregius. sed Gabriel archangelus facie rutilans: veste coruscās. gressu mirabilis: ⁊ aspectu terribilis. qui visitauit ⁊ pturbauit me. Vec ille. Felix illa apparitio et iocunda nimis in qua nūciabat ab angelo nouū letissimū. nouū gratissimū: nouum ꝓpinquissimum. de salute humani generis. Quid audisti o puella formosa? O mulier sancta. o virgo virtuosa. Quid audisti quid angelus tibi retulit? Certe nulla vnq̄ creatura fuitque habuerit talē reuelationē. qualē tu habuisti. Tibi d̄r Aue. i. sine ve. Tibi d̄r plena gr̄a. Tibi bn̄dictio dat in mulierib⁹. Tibi prenunciat angelus ex tuo vtero in mūdū dei filiū egressurū. O beata femina longū esset narrare cūcta que angelus dixit. Que virgo rn̄dit illa de q̄bus plene suo loco dicemus. Nunc autez veniamus ad tertiū quod erat videndum in tertia cōclusione preposita.

Qr gloriosa virgo etsi nō merito cōdigni. tamē merito cōgrui ⁊ digni meruit esse mater filij dei Capl̄m III

Tertia ꝯcl̄o d̄r virtuositatis. In qua contēplari libet si ex v̄tutib⁹ meruit virgo ꝯcipere xp̄m. Et ne p multa vagemur dicim⁹ ad hoc s̄m doctrinā dn̄i Bon̄. in. iij. dist. iiij. ar. ij. q. ij. ꝙ triplex est merituz.

Primū d̄r cōdigni.
Scd̄m d̄r congrui.
Tertiū d̄r digni.

Primū est meritum cōdigni. quo quis ex tanta charitate meretur tantam gloriam. Et hoc merito virgo non potuit mereri concipere filium dei. pro eo ꝙ hoc excedit omne meritū. Et qr erat ipsi⁹ meriti gloriose virginis fūdamentū. Siue em̄ dicamus deum fieri hominem. siue dicamus mulierem fieri matrem

UVA. BHSC. IyR_227

dei vtrancz est supra statū q debeā creature. Et tō tā hoc ꝯ illō fuit benignitatis ⁊ gratie

Scōm est meritū cōgrui. q pctōr ōr gratiā sibi mereri cū ad gratiā se disponit. Et btā virgo meruit ante incarnationē cōcipere filium dei: qm̄ pre nimia sua puritate benignitate et humilitate idonea erat vt efficerek mater dei.

Tertiū est meritū digni: quo. s. vir iustus orat pro alio vt mereak exaudiri. Et hoc merito meruit btā ꝟgo cōcipere xp̄m post annunciationē. qr spūsanctus in eā copiosissime descēdit nō indispositā. Si em̄ bene ꝓsideremus q̄d cōtineak in ꝟbis illis que ꝟgo sacratissima ꝓcludēdo ageli dixit. ecce ācilla dn̄i. certe eā dignā iudicabim⁹ cōceptiōe filij dei. Nā cū dixit. Ecce pr̄optitudinē obedientie ostēdit q tanta fuit ꝙ nunc̄ deo gratior acceptiorcz i aliqua alia creatura siue homine siue angelo inueniri poterit. Cum subiūxit ancila dn̄i: ꝙ fundū hūilitatis sue ondit siue manifestauit Nō em̄ potuit ea que eligebak vt esset mater dei efficatius fibi ꝓsi vilescere. deūcz magnificare. ꝯ se ancillā dn̄i nūcupādo. Cū dixit. Fiat mihi. fidē suam declarauit. Cuius lumine adeo fuit illustrata: vt nihil de xp̄o incarnando sentiret diminutū. Cū tādē dixit: ꝑm ꝟbū tuū: charitatē suā aperuit. qua ad deū dilect̄ dū ita cū illo ardēter cōiūcta fuit. vt creatura nō sufficiat illud cogitare. Nunc̄ in hac vita inuentus est nec inuenietk qui tanto feruore amoris cor suum dederit deo: ꝯtū tribuit tūc ipsa virgo beata. Nullus etem̄ eorū qui dilexerūt deū fuit in eo excessu dilectionis: in quo ipsa feruebat. adeo ꝙ illis verbis platis merito digni meruit esse mater dei. ☉ armarius diuine gratie. o armarium diuine misericordie. o fons pietatis o fons castitatis. o puteus humilitatis. o plenitudo prudētie. o plenitudo gr̄e q tm̄ meruisti. Propter que ꝑtra nobis gr̄az filij tui: vt valeam⁹ illū amore recolere qō ipe ꝙ nobis dignat⁹ est facere: q est bn̄dict⁹ ⁊ laudabilis ꝑ infinita scla sclorū. Amē.

Sabbo post p̄mā dn̄icā aduētus de mirabili ꝓceptiōe filij dei Jesu xp̄i. ⁊ qualiter ꝟgo gl̄iosa ip̄m ꝓcepit in vtero suo verū deū ⁊ verū hoiem: ⁊ de his q occurrūt circa hāc cōceptiōnē cōsiderāda. Sermo VII

Jesus vtero claudit. Fructus VII

Or precessit dies aūti

ꝙ appropinquabit. Iterū vbi. s. Letak anima supra modūm in cognitione veritatis eius potissimū que ingenij ꝓpij vires ac facultatem excedit: nec haberi pōt nisi ali quo lumine diuinē gratie intercedente siue illud fit lumē apparitiōis siue visionis. siue fi dei. Et quia nec nobis veritas p̄dicatur monstraturcz fidei ratio. s. ꝙ xp̄s filius dei conceptus fuerit de spūsctō in vētre ꝟginali. Idcir co in pñti ꝑmone ꝙ tāte veritatis claritate intelligēda ac deuotiōe dicemus de cōceptione mirifica ac stupenda. d. n. Iesu xp̄i. Et more solito ꝓponimus fructū suauissimū ⁊ dulcissimū huius sermonis q̄ est. Jesus vtero claudi tur. In quo tres cōclusiōes principales declarabimus. videlicet.

Prima ꝯclusio ōr spūsctī supuētio.

Scōa ꝯclusio ōr xp̄i cōceptio.

Tertia cōclusio ōr corpis cōditio.

Qr ꝟgo sacratissima ꝓcepit xp̄m supueniē te in ea spūsctō. ⁊ quare talis cōceptio attribuik spūsancto cui⁹ filius nullo mō dicit⁹ ē xp̄s atcz quō exponik illō angelicū dictū. spūsanctus supueniet in te. Capl'm I

Prima cōclusio ōr spūsctī supuētio

p Qr em̄ ꝑm angelicū ꝓmissum i xp̄i cōceptioe spūsctūs supuenit in virgine videk attribui spūsancto spāliter corpis xp̄i cōceptio. Qō cōueniēs ostēdit. s. Tho. di. iij. tertij li. q. j. ar. j. q. iij. ⁊. iij. ꝓte sum. q. xxxij ar. j. triplici ratione.

Primo rōne charitatis.

Scōo rōne liberalitatis.

Tertio rōne sanctitatis.

Primo cōueniēter attribuik spūsctō tal cōceptio rōne charitatis. Spūs em̄ sanct⁹ ē charitas vel amor dei p̄ris ⁊ filij. Ex maximo autē amore dei puenit vt filius dei fibi carnē assumeret in vtero virginali. vt ōr Joh. iij. Sic cūdo ꝯueniēter ōr xp̄s cōcept⁹ de spūsctō rōne liberalitatis. Ut ei dictū est. s. fructu. ij. et cōclusiōe. iij. nō alicūbus meritis ꝙ sola liberalitate gr̄a dei filij carnē assumpsit Jō spūsancto q est ipa gr̄a ꝓceptio xp̄i attribuit vt dicit Aug. in enchiridiō. Tertio ꝓceptio xp̄i attribuit spūsctō rōne sctitatis. Qr em̄ spūsctūs est spūs sctificatōis. vt ōr Ro. j. iō sicut alij ꝑ spūsctm̄ sctificank spūal⁹ vt sint filij dei adoptiui. ita xp̄s ꝑ spūsctm̄ est in sctitate cōcept⁹ vt eēt filij⁹ dei naturalis. Et pp̄ hoc angelus dixit btē virgini. Jō ⁊ qō nascēt ex te sanctuz vocabit filij⁹ dei. Necz tm̄ xp̄s qr de spūsancto cōcept⁹ ōr. filius est spūsancti putādus qr vt inquit Aug. in ench. Natus est de spūsctō xp̄s non sicut filius. ⁊ de Maria virgine sicut filius. Doctor autem seraphicus dominus Bon.

UVA. BHSC. IyR_227

in.iij.di.iij.ar.i.q.ij.dicit ꝯ hec locutio xp̃s est filius spūssancti,nullo mō est admittēda.Tū ꝓpter vitandū errorē circa gñationē tempo-ralē.Tū circa generationē eťnā. Circa ge-nerationē tēporalē debet vitari error,qz cum ꝑm illā si diceref xp̃s cōceptus de virgine et spūsco.ac si spūssanctus eius esset pater:t vir go eius mater:iam videretur ex hoc ꝙ xp̃us natus esset de maria t spūsancto,sicut nascit͡ proles de viro t muliere:quod falsum est. qz proles parte accipit a patre:t parte accipit a matre:in qua assimilat͡ patri t matri in eadē forma t natura.Quod nullo modo est repe-rire in xp̃o:qui soli matri assimilat͡ in natura assumpta. Circa generationē eťnā vitādus est error ne fiat cōfusio eternarū relationū et proprietatū,Unde cū proprīū sit persone pa tris generare respectu persone filij.nullaten⁹ admittit͡ xp̃m esse filiū spūssancti.In quo nō est alia ꝑsona vl hypostasis:ꝯ illa quā pater ab eterno genuit.Hinc Augū. vt dicit magr in.iij.di.iij.alt.Quis dicere audebit xp̃z esse filiū spūssctī:cū hoc ita sit absurdū vt nulle fi delīū aures valeāt sustinere.Jdeo catholice i ferenda est auctoritas illa angeli, videlicet. Spūssctūs supueniet in te.Nō em̄ supueniet in virginē spūssctūs vt esset pater xp̃i,sed vt dicit Tho.in.iij.sen.dist.iij.hec supuētio pōt multipliciter intelligi.Primo spūssctūs sup-ueniet in te.i.sup possibilitatē t cursum na-ture veniet in te:dādo fecūditatē t ꝓseruādo virginitatē.Scōo spūssctūs supueniet in te. i,supza illud qō habes de plenitudine eius in te.Qz sicut olim implevit mentē:nūc ꝓsen tia filij sui implebit ventrē:operando filij dei cōceptionē.Tertio exponit͡ spūssctūs supue-niet in te.i.desup celis veniet in te.Qz omne datū optimū:t omne donū pfectū desursuz est Jac.pmo.Quarto exponit͡ spūssctūs supue-niet in te.i.supza merita tua:t supza merita oim creaturaruz.Quinto exponit͡ spūssctūs supueniet in te.i.sup omnes q̄ ante te fuerunt t erunt vt sis eius tabernaculū,templū,t sa crariū. Ex his cū audimus spūssctū supue-nisse statim operis magnitudinē admiremur veneremurqz in virgine fecunda amplissimū mun⁹ plenitudinis gre sibi ꝓesse:que tanta fuit,vt sola esset illius mater in terris.q̄ solū habet patrē in celis.

Qō xp̃i ꝓceptio fuit admirabilis valde.tū ꝓpter tēpus quia facta est in instāti,tum ꝓ-pter virginē in qua est facta,tum ꝓpter gra-ziā xp̃i. Explm. II

Ecūda ꝓclusio dicit ꝓceptiōis.Fuit q̄ dem xp̃i conceptio admirabilis valde triplici ratione.

Prima ratio ex parte xp̃is.

Scōa rō ex parte virginis.

Tertia rō ex gre.

Primo fuit admirabilis cōceptio xp̃i rōne tēporis,qz fuit subitanea t in instāti.nā aūt est successiua t in tpe.vt dicit Jobes.Dama. Qō sic fuerit talis cōceptio declarat sanctus Tho.i.iij.sen.di.iij.q.ij.t i.ij.pte sū.q.xxiij. ar.i.tali rōne.Cōceptio xp̃i facta fuit virtute diuina,Virtus aūt diuina cū sit infinita esse ctū suū subito t in instāti ꝓducere pōt.Jdeo in ꝓceptione xp̃i ꝯttuor eodē instāti fuerunt.

Primo.s.conuersio sanguis purissimi be-ate ỽginis in carnē t alis ptes corpis xp̃i.

Scōo formatio mēbroz organicoz.

Tertio aiatio corpis organici.

Quarto assumptio corpis aiati in vnita-tē diuine ꝑsone.

Jn nobis aūt ꝓpter ỽtutē finitā.t defectū agentis t ꝓpter dispositionē patientis hec suc cessiue cōtingunt,Jta ꝙ maris ꝓceptio nō p ficit nisi vsqz ad certā diē.vt ꝑbs dicit.ix. de aialibus.t filr femine,Jn xp̃i aūt cōceptione materia quā virgo ministrauit,statim formā t figurā hūani corpis accepit. Scōo xp̃i ꝓceptio fuit mirabilis rōe virginis. Magnū nanqz aliquod miraculū cōtingit esse duob⁹ modis.Uno modo qñ agens nec est nāle.nec materia est naturalit͡ proportionata ad talē formā.vt formatio hois de limo terre que est miraculosa tā ex parte agētis q̄ ex parte ma terie patientis.Alio mō contingit miraculuz qñ materia est naturalis.agens aūt est sup naturale. sicut qñ aliqs a febre sanat. Quia ergo materia quā ỽgo administrauit ad for mari onē corpis xp̃i fuit naturalis.ex qua corp⁹ hois naturaliter formari pōt.t ꝓpter hanc materiā naturalē quā virgo ꝓparauit ad cōceptionē corpis xp̃i,xp̃us dicit natu ralis filius virginis.sed virtus formās fuit diuina.s.virtus spūssancti.Et quia vnūqōqz magis iudicat͡ ꝑm formā q̄ ꝑm materiā.ma gis ꝑm agens q̄ ꝑm patiens,inde est ꝙ con ceptio corpis xp̃i debet dici simpliciter mi raculosa t supnaturalis,Scōm quid ỽo scz ex parte materie quā ỽgo ꝓparauit pōt di ci naturalis. Sed forte aliquis arguet ꝙ cōceptio xp̃i etiā ex parte virtutis actiue fuit nālis tali rōne.Jn illuminatiōe ceci ꝯnis po-tētia visiua miraculose dek,tū post acceptam

UVA. BHSC. IyR_227

potētiam cecus naturaliter videt. Sed spūs sctūs virgini potentiā generatiuā dedit. Ergo postea nāliter generauit. Ad hoc rndet sanctus Tho. in. iij. di. iij. q. ij. ar. ij. q. i. ad. iij. ar. duobus modis. Primo q nō est sile. exēplū. eo q ceco illuminato datur potētia visiua fine oīi dispositione contrariū visioni. Et ideo operatio seu visio sequēs est naturalis. Sed potētia generandi data est virgini manēte virginitate. que est dispositio ōnia ad cōceptū. Alio mō pōt dici q exemplū non est simile. eo q ceco illuminato datur potētia passiua cuius operatio est ꝑpter hoc q mouet ab agente naturali scilicet colore. et ideo illa visio est naturalis. Sed ẏgini dat potentia generādi p̄ q mota est eius potentia passiua ad generandū ab agente supnāli. tō conceptio corpis xp̄i est miraculosa. Vnde anselmus ait li. de ꝯceptu virginali, Spūssanctus ẏtus altissimi virū virginē de muliere virgine mirabiliter ꝓpagauit. Tertio xp̄i cōceptio fuit mirabilis rōne gr̄e. q. vt dicit Alex. in. iij. q. xij. mē. iij. xp̄s ab instāti sue ꝯceptionis fuit ita plenus gr̄a. q ei⁹ gr̄a augeri non potuit. Nā augmentū nō ꝑtit rei b̄s q res est in termino. sed b̄m q est in vna ad terminū. q. b̄m q res est in termino. tota potētialitas capacitatis eius. est impleta ex fine imꝑfecte. et ideo non habet vlterius quo crescat. Et q. aīa xp̄i ab initio cōceptiōis fuit vltimo est vnita. nō solū per fruitionē vt esset perfectus ꝓprehensor. sed etiā per ẏbi vniones. tō gr̄a eius augeri nō potuit.

Q̄ō corpus dñi nr̄i Iesu xp̄i fuit in instāti formatū et assumptū. et q̄re illud nō fuit p̄dū ctū in pfecta quātitate. Capl̄m. III

Ertia ꝯclo dicit corpis ꝺditio. Fuit enī corp⁹ dñi nr̄i Iesu xp̄i vteroviríginis clausum in ꝯceptiōe triplici cō ditiōe sociatū. videlicet.

Prima ōr formatio.

Scōa ōr animatio.

Tertia ōr assumptio.

Prima ꝺditio dicit formatio. quia corp⁹ xp̄i in instāti conceptionis fuit pfecte formatum. q̄tum ad perfectā organizationē et dispositionē membroꝝ. Quod probat p Aug. li. de fide ad Petrū dicentē. Firmissime tene et nullatenus dubites non carnem xp̄i fine diuinitate in vtero virginis fuisse conceptaꝫ pariq̄ susceperet a verbo. Ex hoc dicim⁹ b̄m magistrū in. iij. q ẏbū nō suscepit nisi carnē formatā. Dñs aūt Ioh. supra ꝓhātā di. iij. p te. ij. ar. iij. q. ij. dic b̄ fuisse ꝯuēiēs triplici rō

Primo ex pte ẏbi assumētis.

Scōo ex pte ẏutis operātis.

Tertio ex pte ẏginis cōcipiētis.

Prima rō sumit ex pte ẏbi assumētis. q. nō debebat verbū assumere partē hūane nature. vt esset homo b̄m quid. sed b̄m totā hūanā naturā. et ita carnē et aīam. maxime cū aīa det carni cōuenientiā. vt vnitaꝫ cū diuina natura. Et q̄m aīa nō est nata vniri nisi carni formate et organizate. ideo in ꝓmo instāti ꝯceptiōis necesse fuit corpus xp̄i ad pfectam organizationē adduci. Vnde Aug⁹ li. de tri. Nō in vtero virginis ꝓius caro cōcepta est. et postea diuinitas venit in carne. sed mox vt dei verbū in vterū venit factū est caro. seruata ꝓprietate nature. et pfectus homo et in veritate carnis et aīe natus est. Scōa rō sumit ex pte virtutis operātis. quia virtus diuina operat mirabiliter. Hoc aūt est miraculū miraculoꝝ. q femina ꝯcipiat deū. ideo ad sue mirabilis potentie oīfionē subito formauit illud corpus. qō formare nā non poterat nisi successiue. Tertia rō sumit ex parte virginis cōcipiētis. que statim vt ꝓsensit. repleta fuit spūscō et mater dei effecta. Et q̄m mater dei non erat. nisi deus vnitus esset carni quā cōceperat. et caro nec deo nec aīe deberet vniri. nisi haberet membroꝝ distinctionē cōuenientē. Vnde est q ab instanti cōceptionis in membroꝝ distinctione corporis xp̄i debuit esse pfectū. Sed tamē b̄ remanet mens dubia. cur corpus illud pfectū q̄tum ad organizationē non fuit productū siue formatū in perfectiōe q̄tum ad quātitatē. Non enim fuit corpus Ade nobiliozis ꝺditiōis q̄ corp⁹ xp̄i. et tamen illud in instanti creationis fuit pfecte a deo formatū q̄tū ad quātitatē molis. Et hoc dicit dñs Ioh. vbi. s. q. i. Rndeō q pfectio quātitatis illius corpis fuit operatiōe nāe. cuius est operari b̄m tpis successionem. Et licet deus aliter de illo corpore facere potuisset. voluit tñ sic esse triplici rōne.

Primo ꝓp legis vniuersitatis ꝓseruatōes

Scōo ꝓp fidei cōfirmationē.

Tertio ꝓp hūilitatis xp̄i cōmēdationem.

Prima g rō fuit ꝓpter legē vniuersitatis ꝓseruationē. Nā deus vniuersiq̄ nāe ꝓcessit p ꝓpriā operationē. necvtiq̄ miraculo vbi nā per se pōt sufficiēter opari. Et q. nā in xp̄o satis sufficiēter poterat corp⁹ xp̄i ad pfectā q̄titatē deducere ita q in nullo derogabat ei⁹ dignitati, voluit de⁹ xp̄s anticipare tā q̄ tust⁹

UVA. BHSC. IyR_227

ynuersitatꝫ administratoꝝ. vt vnūqꝺqꝫ iuxta ꝓtutē sibi ꝺuenietē operari sineret. Et hoc q̄ dem ꝺuenisebat. qz nām nolebat perimere ſ reparare. Scꝺa rō fuit ꝓpter fideiꝝ confirmationem. Jn hoc em̄ veritas fidei confirmaſ ad firmiter credendū q̄ xp̄s non fantasticā. ſed verā carnē assumpſit. Tertia rō fuit ꝓpter humilitatis xp̄i cōmendationem. Cōmendaſ nāqꝫ sua hūilitas: qñ nō solū dei filius factus est hō. ſed natus est paruul⁹ma terno lacte nutritus in cuna vagiēs intra matris brachia gestatus. ⁊ officia quecꝫ suscipiens ꝗbus infantuli indigere solent. Scꝺa ꝺditio corꝓris xp̄i dicit aiatio. Fuit nempe illud corꝓus ꝓter morē aliorū. vt dictū est in instanti aiarū. De qua aiatiōe diffusi⁹ dicturi sumus in sequētib⁹. Tertia ꝺditio illius corꝓris fuit assumptio qz in eodē etiā instāti fuit a ꝙbo assūptū. Jñ Greg. xvij. li. moral. Angelo annūciāte ⁊ spūsctō adueniente. mox ꝙbū in vtero: ⁊ mox itra vterū verbū caro. Quib⁹ diligēter ꝑsideratis. ſi xp̄m inſpicere voluerimus in vtero ꝙginis reclusuꝫ deducemur ad ingētes grās ei ꝓsolnēdas. q̄ ꝓ nobis pctōribus. ꝓ nobis miseris ⁊ vilisſimis vermiculis ꝓ nobis inimicis eterni patris. ſt. mēſibus hitare voluit su thalamo virginali. Sed q̄d dicem⁹ de virgine illa gratioſſima que talē filiū tenebat in vētre? O res digna miratu: O stupendū ꝓdigiū: O ineſfabile sacrm: Stat in sua cellula ꝙgo deuota ⁊ in ventre suo baiulat quē celi ⁊ terra capere nō p̄nt. Sciebat se virginē esse. Ex perieba tur se iā ꝛcepisse. Certissima erat ex angelica instructiōe de nouitate tanti miraculi: qz conceperat filiū dei. hūani gñis redemptorem. Multa erat in eius corde suauitatis repletio. multa in mente dulcedo ⁊ copia iocūditatis. Leue pondus letiꝫ sustinebat. O quot lachrymę fluebant ex oculis illi⁹ virginis humilis in tali gestiōe tāti filij iubilātis? O q̄d dicebat: Quid loquebaſ? Quid cogitabat? Certe hūana mens secreta hmōi plene excogitare nō valet. Possum⁹ tñ pie credere puellam illā deo dilectaꝫ die noctuꝫ in semetipa dixisse. Filiū dei in ventre habeo. Jpm teneo quē ꝓphete ꝑdixerūt. quē p̄triarche ꝓnūciauerūt. quē sancti pfes desideraverūt. qui mūdū saluare debet: qui infernū expoliabit. qui paradisuꝫ aperiet. qui āgelos letificabit. Jpe est dei filius. Jpse est meus filius. O fili mi pijſſime. quez corde credo: corꝓre teneo. quā do te oculis ꝓpijs aspiciam? Quādo te ifantulum natū lacte depascam? Unde hoc mihi vt tu me in tuā matrē elegeris? Gratias tibi ago deus meus qui fis in eternuꝫ bñdictus. Nec ⁊ similia poterat virgo mēte revoluere. Nos aūt debiles ⁊ infirmi eam p̄emur hūmilibus precibus. vt ꝓ nobis itercedere velit apud suū dilectū filiū regnantē in celis: quez ipsa tenuit in vtero incarnatū in terris: q̄ est benedictus ⁊c. Amen.

Dñica secūda aduētus. de diuinitate Jesu xp̄i: qui sicut fuit verus ⁊ pfectus homo: ita fuit verus ⁊ pfectus deus: qō si quis nō crederet absq; dubio periret: quia ita debem⁹ credere xp̄m deū: vt etiā nō negemus ꝺoiem: et ita ipm hominē tenemur cōfiteri vt etiā deū esse nō dubitemus. Sermo VIII

Jesus est filius dei. Fructus VIII

Eatus qui nō fuerit

ꝺ scādalizatus in me. Verba sunt redemptoris nr̄i originaliter Mat. xj. ⁊ in euāgelio p̄ntis dñice. Conaſ antiqu⁹ hostis quātū potest mentē euertere a luce veritatis: vt erroꝛe disseminato in animā sibi credentē: eam facile decipiat: atq; deducat ꝑ semitā vitiorū. Et inter cetera conaſ suggerere his qui curiosi vel inertes fuerint. opiniones varias falsas ⁊ impias circa incarnatōis sacratissime mysteria. De ꝗbus qui male sentit de xp̄o redēptoꝛe vere scadalizatur, et a ſna salute ꝓcnlꝺubio efficiſ alienus. Jdcirco redemptoꝛ noster discipulos Johannis instruxit dicens eos foꝛe beatos qui non scandalizantur in ipo. i. qui bene sapiūt de diuinitate et humanitate. Et quoniā xp̄istum incarnatum ita cōfiteri debem⁹ hominē vt non negemus deum. ideo in p̄senti sermone de Jesu xp̄i diuinitate dicturi sumus. De qua null⁹ in xp̄o scādalizari debet: quia oñs ipm credere tenemur verum ꝺoiem ⁊ verum deuz. Ad qō plenius intelligendū veritatem hanc curabimus declarare sub vno fructu. scilicz. Jesus est filius dei. Pro quo notabimus tres cōclusiones p̄incipales.

Prima conclusio ꝺ testificationis.
Scꝺa conclusio ꝺ attributionis.
Tertia conclusio ꝺ operationis.

Qō xp̄s deus sit. qz hoc habeſ ex testimonio humano āgelico ⁊ dīno. ita q̄ tā scripture iudeoꝝ q̄ gentiliū siue etiā xp̄istianoꝝ damant xp̄istum esse verum deum.

Capitulum I

UVA. BHSC. IyR_227

cunctꝫ martyrū gesta doctorꝫ ⁊ sctōrꝫ exempla xp̄m deū esse declarant. De q̄bus als dicturi diffusius erim⁹ donāte deo oīpotēte in tractatu de doctrina xp̄ana.

Dō xp̄s deus fit: q: sibi attribuunt in scriptura diuina q̄ soli deo conueniunt, s. sctificatio animarū: remissio pctōrū: p̄ductio mundi.

Capitulum. II

Ecūda ꝺcō ꝺr attributiōis. Attribuūtur nāꝫ in scriptura dño iesu xp̄o q̄dam que soli deo cōueniunt.

Primū ꝺr aiarum sctificatio.

Scōm ꝺr pctōrꝫ remissio.

Tertiū ꝺr mūdi p̄ductio.

Primū q̄ deo conuenit ꝺr aiaꝝ scificatio ꝓpt̄ꝫ Leuit. xxi. c. vbi ꝺr. Ego dñs qui sanctifico vos. et hoc ꝺr ad Heb. ij. Qui sanctificat ⁊ qui sctificant ex vno oēs. ⁊c. et ad Heb. vi. Jesus vt sctificaret p suū sanguinē populū extra portā passus est. Scōm q̄ deo conuenit dicit pctōrꝫ remissio. Unde esa. xliij. Ego sum q̄ deleo iniquitates vestras. Unde Matth. i. angelus dixit Joseph. Jp̄e saluū faciet populū suū a peccatis eorꝫ. et Matth. ix. cum quidā ex scribis intra se murmurarent. qz xp̄s dixit paralytico. Confide fili remittunt tibi peccata tua. xp̄s dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere remittunt tibi pctā tua: an dicere surge ⁊ ambula? Ut aūt sciatis quia filiꝰ hois habet potestatē in terra dimittēdi peccata. tūc ait paralytico. Surge tolle lectū tuum. ⁊ vade in domū tuā. Tertiū quod deo cōuenit est mundi p̄ductio. iuxta illud esa. xlviij. Egoip̄e primus ⁊ ego nouissimꝰ. Manus quoꝫ mea fūdauit terrā. ⁊ dextera mea mensa est celos. et hoc attribuitur xp̄o Joh. i. cū dicit. In principio erat v̄bū. ⁊c. Omnia p ip̄m facta sunt. ⁊ infra. Mūdus per ip̄m factus est. Dō de filio dei dño iesu xp̄o dicit. sicut postea dicit in cōclusione. Et v̄bū caro factum est. ⁊ habitauit in nobis. ⁊c.

Dō xp̄s sit deus. q: fecit mirabilia. q̄ fuerūt sufficiēs testimoniū diuinitatis sue ꝓpter speciē operū. ꝓpter modum. ⁊ ꝓpter documētum.

Capitulū. III

Ertia ꝺcō ꝺr operatiōis. Dōstrant r xp̄m esse deū opa miraculosa p ip̄m facta. De q̄bus dicebat Joh. v. c. Opa que ego facio in noīe p̄ris mei. ipa testimoniū phibent de me. Miracula quoꝫ xp̄i ꝺm Tho. iij. p̄te. q. xliij. ar. iij. fuerunt testimonium diuinitatis sue maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter speciē operū.

Scōo ꝓpter modū.

Tertio ꝓpter documentū.

Primo ꝓpter speciē operū, qz trāscēdebāt oēm ptātē create nāe ꝓpterea fieri nō poterāt nisi diuina virtute. Unde cecꝰ dicebat. A seculo nō est auditū. q̄ aperuit q̄s oculos ceci nati. Nisi esset hic homo a deo. nō posset facere q̄q̄. Joh. ix. c. Scōo ꝓpter modū. qz xp̄s faciebat miracula p̄pria virtute ⁊ auctoritate. Un Luc. vi. scriptū est. Virtus de illo exibat ⁊ sanabat oēs. ⁊ Matth. viij. c. Jmpauit vētis ⁊ mari ⁊ facta est trāq̄llitas magna. et Luc. viij. c. resuscitās adolescētulū dixit. Adolescens tibi dico surge. et Joh. xi. c. in resurrectione Lazari dixit. Lazare veni foras. et sic de aliis miraculis eius. Alij ꝺo qui miracula fecerūt. fecerūt ipa nō ꝺtute p̄pria ſ virtute diuina vel virtute ipius xp̄i incarnati. Un Petrꝰ vt scribit in actibꝰ apl̄oꝝm. Act. iij. c. dixit ei qui. xl. annis p seipm nō poterat ambulare. ⁊ sedebat ad portā tēpli. Jn noīe iesu xp̄i nazareni surge et ambula. Et si dicaꝝ q̄ in resurrectione Lazari xp̄us egerit gras deo patri. Rūdeꝫ aliud est gras referre et aliud est gras impetrare. P̄imū nō p̄supponit scōm. sed bene ecōuerso. Jnsup quare xp̄us gras egerit. habeꝫ ibi Joh. xi. ego enim sciebā q̄ semp me audis. sed ꝓpter ppl̄m qui circunstat dixi. vt credat qz tu me misisti. et si dicaꝝ q̄ deus ozauit. dicit Beda q̄ nō ozauit ad perendū suffragiū: sed ad dandū exemplū

Tertio miracula eius fuerūt testimonium sufficiēs diuinitatis sue ꝓpter documentum qz se filiū dei p̄dicabat. q̄ nisi verū fuisset. nequaq̄ ei astitisset diuina virtus in miraculoꝝ operatiōe. Nā impossibile est tam scelesto mēdacio q̄tum est illud si nō esset verū. ip̄m deū ferre testimoniū p opa infinite virtutis que sunt miracula vera. et ꝓpter hoc cōueniens fuit xp̄i rūsto. quā fecit his q̄ a Jobe icarcerato fuerūt missi. q̄s Jobes misit ad xp̄z vt interrogarēt eū. Tu es q̄ v̄turus es. an aliū expectamus. Qō ꝺm Grego. Jobes fecit non dubitās ip̄m esse mūdi saluatorē. ſ ignorās an ad infernū eēt in p̄pria p̄sona descēsurus. Sciebat em̄ q̄ v̄tus passiōis extēdenda erat vsq̄ ad eos q̄ in limbo erāt. Vel ꝺm Ambro. sup Lucā q̄ nō fuit ex ignorātia. sed ex quadā pietate. Vel sic Chrysos. voluit vt satisfaceret in hac q̄stiōe discipulis suis. q̄bꝰ durū videbaꝝ melius de xp̄o credere q̄ de Jobe. Jdeo xp̄us se deū cōtestās eūtes inquit renūciate

UVA. BHSC. IyR_227

Johānī que audistis et vidistis. Ceci vident. claudi ambulāt: lepꝛosi mūdant: surdi audiunt: mortui resurgūt: pauperes euāgelizant In quibus oībus se deū declarabat. Nō dedi gnēr ergo gentilis nec idolatra nec infidelis quisq; xp̄o se subdere: qꝛ videt eū vel vagientē in cuna: vel lachrymātē in brachijs mr̄is: vel fascia pīnctū. vel fameſcentē: vel sudantē vel contumelias patiētem: vel in cruce pendē tem: vel morientem in medio latronū: qꝛ hec oīa in ipso fuerūt ꝑm assumptā naturā: ser uata tn̄ in eodē suppoſito ꝓpꝛietate nature diuine. O mūdi ſuphia deteſtāda. o temeraria mentis humane curioſitas. Certe ille qui eū hoibus visus est: videbitur in gl̄ia mateſta tis sue: qm̄ ꝙgregabunt ante eū oīes gētes. Et qui eū deriſerūt: t qui ei nō crediderūt. et qui eū nō adozauerūt ꝑdēnabunt in ignē eter nū. Qui aūt amici ei? esse voluerūt accipient bn̄dictionē seu bn̄titudinē eternā ꝓmiſſam: ad quā nos ꝓducat qui est bn̄dictus in ſecula ſe culoꝝ. Amen.

Feria ſcā poſt dn̄icam ſcām aduentus. de gl̄oria t ſublimitate xp̄i incarnati: contra hereticos q̄ xp̄m dei filiū ita ꝓfeſſi ſunt vt eoz inferiozē p̄e ac minozē diꝛerint Ser. IX

Jeſus magnificatus. Fructus. IX

Eatus qui non fue-

b rit. tē. Jnſurrexerūt quidā ſpū ma ligno inflati q̄ verbi incarnati gl̄iaz t honozē paruiſacere ſtuduerūt. Nā cū audi erūt xp̄m dei filiū noīari per varias errozum opiniones hāc in xp̄o filiationē ꝓtemꝑſerunt Ob qō in xp̄o ſcādalizati ſunt. ita vt cū talibus errozibus nullo pacto potuerint incarna tionis bn̄ficiū ꝓticipare. Cōtra quos dirige mus ſtilum: t dicemus de magnitudine incarnatiōis ieſu xp̄i: que tanta est vt nihil ſibi maius accōmodari poſſit. Jdē em̄ filiū dei eē deū verū t dn̄m oīm creaturarū oīdemus: t idcirco fructū noſtrū cōponem⁹: qui est Jbs magnificatus. Pro cui⁹ declaratiōe tres con cluſiones occurrunt declarande.

Prima ꝓclo ōz ſingularitatis.

Scōa ꝓclo ōz eternitatis.

Tertia ꝓclo ōz equalitatis.

Oō xp̄s filiꝰ dei fuit ver? t nālis ꝑ opiniō nē Eherinti: Fotinit Ebiōis: Pauli ſamoteni: q̄ diꝛeꝛt xp̄z eē filiū dei p adoptiōez. Ca. I

Prima ꝓclo ōz ſingularitat. Jn q̄ ma

p gnificam⁹ dn̄m nr̄m xp̄m: qꝛ ipm cō fitemur ver? t nālem dei filiū. Cōtra quā opinionē venīt heretici vz Eherinthus Ebion. Paulus ſamotanus. Fotin⁹ t alij ꝑm Tho. in. iiij. ſum. ꝑ gētiles. c. iiij. qui diꝛerūt xp̄m nō eē verū filiū dei. Oō ꝓbat tripl'r.

Primo rōne adoptionis.

Scōo rōne inhabitationis.

Tertio rōne deprecationis.

Prima rō ōz adoptiouis. Nā qui per ado ptionē filij sunt. dicunt filij nō vere ſi nūcupa tiue. Si ergo de xp̄o inueniꝝ q̄vocet filiꝰ dei. hoc debet intelligi ꝓ adoptionem vel nūcupa tionē ſicut in ſcriptura de hoibus ſanctis hr̄. Nā Joh. j. ſcribit. Dedit eis ptātem filios dei fieri: his qui credūt in noīe eius. t. j. Joh. iij. Videte qualē charitatē dedit nobis pater. vt filij dei noīemur t ſimus. Et idē eodem loco. Dis qui nat⁹ est ex deo pctm̄ nō facit. t Joh. t. Illos dixit deos ad quos ꝑmo dei fact⁹ est et ad Rom̄. viij. Jp̄e em̄ ſpūs teſtimoniū red dit ſpiritui noſtro q̄ ſumus filij dei. t Jac. j. Voluntarie em̄ genuit nos verbo veritatis. Ecce q̄ in his auctibus nos filij dei nūcupa mur. non quidē ꝓ naturā ſed ꝓ adoptionez. Sic etiā de xp̄o inferꝝ: ita q̄ nō ſit natura lis dei filius. Sed hoc falciſſimū t hereticum esse conſtat. Jnq̄t em̄ Aug. lib. de eccl̄aſticis dogmatibus. Natus est ꝑm veritatē nature et deo dei filius: ꝑm veritatez nature et hoie hois filius. et nō adoptione nō appellatione ſed natura in vtraq; natiuitate naſcendo: vt filij nomē haberet. Et quo dicit dn̄s Boī. q̄ hec locutio. ſ. xp̄m esse filiū dei ꝓ adoptionez non admittit⁹ fiue ꝓferaꝝ cū determinatōe: vt pote ſi addaꝝ inquantū fiue non: quia filiatio reſpicit perſonā: adoptio aūt ꝓſupponit quandā extraneitatē. Hec Boī. t. diſt. tertij ar. ij. q. j. Sanctus aūt Tho. vbi. ꝙ. impugnat fundamentū per hereticos introductuz: quia aliter loquiꝝ ſcriptura de filio dei xp̄o: t aliꝝ de nobis. De ipſo em̄ dicit q̄ deſcēdit de celo Joh. iij. et. vj. ergo erat anteq̄ de celo deſcen diſſet. Dixit etiā eum miſſum. vt per eum ado ptionez filioꝝ reciperemus. ad Gal. iiij. Dicit etiā eum vnigenitū Joh. j. Dicit etiā eū equa lem patri Paulus apoſtolus ad Phil'. ij. ca. Jnſuper eum diuina ſcriptura xp̄z dei filium et angelos dei filios noīat. ramen alia et alia ratione. Unde apoſtolus ad Heb̄. j. Cui aliquando angelorum dixit. Filius meus es tu ego hodie genui te. Jtez inter ceteros qui dei gratiam habuerunt. Moyſes habuit eam co pioſe. de quo Exod. xxxiij. c. dicit q̄ loquebatur ei dom̄in⁹ facie ad faciem. ſicut loqui ſo

UVA. BHSC. IyR_227

let homo ad amicū suū. Si ergo xp̃s iesus nō diceret dei filius nisi p gr̃am adoptiōis sicut ⁊ alij sancti: eadē rōne Moyses filius dei et xp̃s diceret: lz etiā abūdātiori mō gr̃a xp̃us fuerit dotatus. Nā⁊ inter alios sanctos vnus alio maiori gratia replet. ⁊ tamē eadē ratiōe oēs filij dicunt: Moyses aūt nō eadē ratiōe dicit filius qua xp̃s. qz distinguit apostolus xp̃m a Moyse sicut filiū a seruo. Unde dicit ad Heb. iij. Moyses quidē fidelis erat in tota domo eius tanq̄ famulus in testimoniuꝫ eoꝝ que dicenda erant. Xp̃s vero tanq̄ filius in domo sua. Unde dictū hereticoꝝ ex scripturis cōuincitur nullā habere firmitatē. Secūdo arguunt heretici rōne inhabitatōis, dicūt em̄ q̄ aīa humana ⁊ corp⁹ humanū nāli vniōe quenerūt in xp̃o ad ꝓstitutionē vnius hoīs eiusdē speciei ⁊ nature cū alijs hoīb⁹ ⁊ q̄ in hoc hoīe deus inhabitauit sicut in templo suo. s. p gr̃am sicut in alijs sctis hoīb⁹. Unde dicit apl's ad Col. ij. In ipso cōplacuit inhabitare oēm plenitudinē diuinitatis. Et ex ꝟ cōsecuta est vlterius quedā affectualis vnio iter hoīem ⁊ deū: dū ⁊ homo ille bona sua voluntate inhesit: ⁊ de⁹ suā volūtatē acceptauit. ꝟm illud Job. viij. Qui me misit mecum est: ⁊ nō reliq̄t me solū. qz ego que placita sunt ei facio semp. vt sic intelligāt talis vnio esse hoīs illius ad deū: qualis est vnio. de qua apl's p̄me Coꝝ. vj. dicit. Qui adheret deo vn⁹ spūs est cū eo. Sed si q̄s diligēter ꝓsideret p̄dicta positio ꝟitatē incarnatōis excludit. Nā vt dicit sanctus Tho. in. iij. sūme ꝑ gētiles. c. xxxiij. ꝟm p̄dictā positionē nō fuit verbū dei hoī illi vnitū: nisi ꝟm inhabitationē p gr̃am ex q̄ ꝓcedit vnio volūtatū. Inhabitatio aūt ꝟbi dei in hoīe nō est ꝟbū dei incarnari. habitauit em̄ ꝟbū dei ⁊ de⁹ ipe i sctis suis a cōstitutiōe mūdi. Que tñ inhabitatio icarnatō dici nō p̄t. altoq̄n ab initio mūdi de⁹ incarnat⁹ fuisset. ꝓpter inhabitatōnē ꝟbi diuini in sctis hoīb⁹. Cōsuenit itaq̄ sacra scriptura his mōis significare talē inhabitationē dei in hoīb⁹ sctis. Locut⁹ est dñs ad Moysen. Dixit dñs ad moysen fcm̄ est verbū dñi ad. hiere. vel ad alios ꝓphas. Nunq̄ tñ legit q̄ verbū dñi factū sit moyses vel hiereꝫ mias vel aliq̄s alius. Et tñ de xp̃o singulariter hoc mō vnionē verbi dei ad carnē eius designat euāgelista dicēs. Verbū caro factū ē.

Insup. ꝓtoia demōstratiua ad ꝓsonā referunt vel hypostasiꝫ. vel suppositū. Nemo em̄ diceret. ego curro alio currēte: nisi figuratiue vtpote qz ali⁹ loco ei⁹ curreret. Sed ille hō qui dicit iesus dicit de se. Anteq̄ Abraam fieret ego sum. Job. viij. et Job. x. Ego ⁊ pr̃vnū sumus ⁊ plura alia q̄ maxime ad diuinitatē pti nent. ergo manifestū est q̄ ꝓsona illius hoīs loquētis est ꝓsona filij dei. Tertio arguūt heretici rōne dep̄catōis: qz xp̃s orans ad p̄em Job. xvij. dicebat. Ego claritatē quā tu dedisti mihi dedi eis vt sint vnū: sicut ⁊ nos vnuꝫ sumus. sicut ergo pater ⁊ filius vnū sunt: ita discipulos vnuꝫ esse volebat. Sed si volebat eos esse vnū cū patre. ergo qualis e st vnio discipuloꝝ ⁊ alioꝝ sctoꝝ ad ip̃m patrem. talis fuit vnio ipsius filij. ergo xp̃s dic⁹ est filius per quandā vnionez et amicitiā cū deo. Ad hoc r̃ndet sctus Tho. vbi. s. ꝓtra gētiles. ca. viij. in fine. q̄ argumentū nō concludit: quia esse vnum potest intelligi dupl'r. Aut in essentia: aut in amore. Cū em̄ xp̃s dicebat: vt sint vnū sicut ⁊ nos vnū sumus: loq̄bat de vnione amoris. quia vt p̄s in textu p̄cedēti sancti euā gelij. xv. c. ml'tiplicatis vicib⁹ cōmendauerat xp̃s discipulis suis amorem et charitatē. Remanet igit̄ catholicum documētū q̄ xp̃s singulariter est dei filius verus vt p̄s. ꝓfectus eiusdē nature cum patre.

Oō xp̃s est dei filius nō ex tēpe ꝟ ab eterno a patre genitus. Copl'm II.

Ecūda ꝓclusio ōz eternitatē. Apparet s q̄dē q̄ magn⁹ sit filij⁹ deit q̄ nō ex tpe sed ab eterno a patre genitus est. Un Augu. li. de trini. ⁊ ponit a magro. ix. di. p̄mi libri. Si post erat deus ⁊ postea pr̃ fuit vtiq̄ generatōis accessione mutat⁹ est. Auertat deus hāc dementiā. ⁊ Hilarius. Inter gignere et gigni nullū est medium. s. durationis. Unde si patri est ꝓpriū semp genni esse: filio ꝓpriū est semp fuisse genitū. Sed eunomius hereticus aliter male sentit. s. q̄ filius ante in carnationis mysteriū extiterit: ⁊ etiā aīa mundi constitutionē. Ponebat nā q̄ ꝟm dicta platonicoꝝ summū deū p̄em creatoꝝ omnium rerū. A quo p̄mitus effluxisse dicebāt quādā mentē: in qua essent oīa rerū forme supioꝝ oībus alijs rebus: quā paternuꝫ intellectum noiabāt. Et post hanc dicebāt esse aīam mūdi nō locā'r sed intelligibil'r et tēsam a cētro terre vsq̄ ad summa celi. vt testatur Greg. Nisenus li. de natura hoīs. ⁊ de hac dicebat Macrobius sup somnium Scipi. Aia mūdi nihil post auctoꝝ deū potest esse perfectius. Deinde ponebāt alias creaturas. Oō aūt in scripturis sacris de filio dei ōz. hoc de mente p̄dicta eunomius volebat intelligi. Et prę-

UVA. BHSC. IyR_227

ripue qz sacra scriptura dei filiū dei sapiētiam noiat ⁊ verbū dei. Cui opioni ꝓsonat positio Auicēne: q̄ supra aiam primi celi ponit intelligentiā primā mouentē primū celum sup̄ quā vlteri⁹ deū in summo ponebat. Quos oēs catholica fides ꝓsternit: quia nō intellexerunt illi⁹ gñationis ineffabilis sacrim: qō Jobes ꝓdicauit in euāgelio suo. In ꝓncipio erat verbū ⁊ v̄bū erat apud deū ⁊ de⁹ erat v̄bū. Hoc erat in ꝓncipio apō deū. Ubi coeternitas patris ⁊ filij declarat. Nā vt dicit Nico. de lira super h̄ passu, tripl̄r contingit vt ꝓcedēs sit posterius durationē eo a quo ꝓcedit.

Primo rōne liberationis potētie.

Scōo rōne modi ꝓducēdi.

Tertio rōne libertat̄.

Primo rōne liberationis potētie: qñ ꝓdu-
cens nō h̄z a ꝑncipio sue durationis potētiā ꝓductiuā ꝑfectā. sicut hō a ꝑncipio puericie nō h̄z potentiā generandi ꝑfectā. ⁊ ideo eius filius necessario posterior est durationē. Secūdo ꝓtingit ꝓter modū ꝓducendi: quia qñ aliquid ꝓducit ꝑ modū: qui⁹ motus est in tpe opz q̄ ꝓductū sit posteri⁹ ꝓducente durationē qz ꝓductū h̄z primo esse in illo instanti i quo terminat motus. Tertio ꝓtingit ratione libertat̄: qñ aliq̄d ꝓducit libere ⁊ nō de necessitate nature. qz tale agens pōt expectare ad ꝑducendū suū effectū. sicut creare: h̄z ꝓcedat a deo cui⁹ potētia ē perfectissima: ⁊ sine transmutatione ⁊ motu: tñ creatura nō est sibi coeterna: qz fl ab eterno potuit ꝓducere creaturam. tñ noluit. Nullo aūt istorū modorū pōt poni in diuinis q̄ filius siue verbū sit posterior patre. qz in diuinis nulla potest eē potētia ꝑductiua imꝑfecta. vt de se ꝑz. nec verbū in diuinis ꝓcedit ꝑ mutationē ⁊ motū: qz in diuinis nō h̄z locū. ꝑm illud Jac. j. Apud quem nō est transmutatio. Et filius ꝓcedit a patre de necessitate nature: qz de⁹ necessario intelligit se. Sic ergo relinquit̄ q̄ filius sit equalis patri in duratione. Et hoc exꝓressit Johannes. hoc scz v̄bū erat apud deū a ꝑncio eternitat̄. Ad ꝓcordat his Scot⁹ ⁊ Bon⁹. ⁊ Tho. di. ix. ꝑmi libri sniarum.

Qz filius est equalis ꝑri ꝯ hereticos q̄ dicunt xp̄m ꝑse esse minorē. Capm. III

Tertia ꝓclusio oz equalitat̄. Ex dictis eternū in prima ⁊ secunda conclusiōe deducimur filium dei magnificare: qz est equalis patri. Hoc tamē quidam hereticī negant dicentes xp̄m ꝑse esse minorē. Ad ducūt aūt ē fulcimentū erroris sui primo illud dictū Job. xliij. Pr̄ maior me est. Et illō j. ad Cor. xv. Cū oia subiecta illi fuerint: tunc ⁊ ipe filius subiect⁹ illi erit. s. ꝑri. Scōo dicūt q̄ natura ꝑris nō patit indigentiā nec defectū nec ignorantiā. Sed in filio hec reperiūtur: qz a ꝑre recipit. iuxta illud Mat. xj. Oīa mihi tradita sunt a ꝑre meo. Et non pōt ea que pōt pr̄ iuxta illud Mat. xx. Sedere a dextris meā vel ad finistrā nō est meū dare vobis ⁊c. Unde nō est eiusdē nature cum patre. Unde nec equalis patri. Tertio arguūt. q̄ ꝓceptū recipere: obedire: ⁊ mitti. inferioris esse videtur. De obedientia xp̄i oz Job. xliij. Sicut mandatum dedit mihi pater: sic facio. ⁊ ad Phil. ij. Factus ē obediēs ⁊c. De oꝓne habef Joh. xiiij. Ego rogabo ꝑem. De missione ad Gal. iiij. Jgit filius minor ē patre ⁊ ei subiect⁹. Et ad hoc rñdet Athanasi⁹ dicens. Equalis ꝑri ꝑm diuinitatē: minor ꝑre ꝑm h̄umanitatē. Sic em xp̄s quantū ad humanitatē passus est: mortuus est: rosurrexit ⁊ alia fecit: fuit obediēs. ⁊ fl ꝑmilia. Uñ de seipo loq̄ns dñs iesus xp̄s Joh. x. dicebat. Oues mee vocē meā audiūt: ⁊ vitā eternā do eis. Ubi ostendit se equalē auctoritatē h̄re cū ipo ꝑre. Hoc idē exꝓressit per hoc Philippe qui videt me: videt ⁊ ꝑrem meum. Creditis in deū: ⁊ in me credite. Joh. xiiij. vñ ꝑm orthodoxe fidei documēta ecclia scā catholica cōfitef xp̄m verū ⁊ naturalē dei filiū eternū: equalē ꝑri ⁊ verū deū eiusdē essentie ⁊ nature cū ꝑre: nec factū nec creatū. sed genitū

Adirum est certe quanta sit in quoruūdam mentibus pertinacia. quanta duricies: quanta malicia: qui potius volunt cuz ꝓprio sensu ꝑire: ꝙm se sapientioribus credere ꝑ lumē nosam veritat̄ vīa ambulare. Optimū saluberrimūq̄ ē vnicuiq̄ remediū vt semꝑ que magna q̄ alta sunt ita sapiat. sicut sapientes tradunt. Hoc est quod scribit ex de cōsti. c. j. scz canonū ⁊. c. ne innitaris. ⁊. viij. q. j. c. sciendum. ⁊. iij. q. vj. c. pura. Ne innitaris ꝓudentie tue. Prudētie sue innititur: qui ea que sibi agenda vel dicenda videntur. patrū decretis ꝓponit. Inquit etiam Salomō Prouer. xxviij. Qui ꝑsidit in corde suo. stultus ē. Nō debem⁹ ergo cōfidere in nobis. ꝑ vocib⁹ credere. ꝓphetarum. ꝓdicationes audire apl̄orum saluberrimāq̄ doctrinā intelligere multoꝝ sanctoꝝ. qui oēs vna voce. ꝓclamāt. xp̄m dei filiū. magnū. excelsum gloriosum. qui licet ꝑm diuinā naturā eēt impassibilis ⁊ imortalis ⁊ infinit⁹. voluit tñ in assumpta natura infirm⁹ mortalis ⁊ subditus apparere. vt nos redimeret quos deiece-

UVA. BHSC. IyR_227

rat ⁊ captiuauerat primoꝝ parentū superbia
Idcirco nullus scādalizet in xpo: qui est bene.
dictus in eternū. Amen.

Feria tertia post scām dnicaꝝ aduentus.
de humanitate xpi ꝓtra hereticos qui dicunt
xpm nō fuisse hoiem. Sermo X

Jesus homo pficit. Fructus. X

Eatus vir qui non

b fuerit ⁊c. vbi. ꝯ. Exaltata ē magnopere dignitas humani generis in incarnatione filij dei: qñ ille qui imperat ventis ⁊ mari: ⁊ germinare facit terram: solis ac lune gressus disponit: syderūq; cursum miro ordine ordinat: dignatus est hoiem assumere in vnionē persone verbi. Sz cōtra hoc amplissimū munus insurgūt maledicti quidē asserentes de xpi hūanitate quedā nō sana: nō vera: nō deniq; ad credēdū vtilia. Contra quos in psenti ꝓmone dicturi sum⁹ de xpi hūanitate: explicabimusq; rem istam in vno fructu q̄ est Jesus homo pficit. Pro cui⁹ declaratōe tres ꝓclusiones erūt notande.

Prima ꝓclusio ōr corpis veri assūptio.

Scōa ꝓclusio ōr aiatio.

Tertia ꝓclusio ōr ꝓpetas nature ꝓpriatio.

Qz xps assūpsit verā carnē ⁊ fuit verus hō ꝓtra manicheos ⁊ valētinianos. Capm. I

Prima ꝓclusio ōr corpis veri assumptio. Jn qua notādū est ꝙm catholicā veritatez q̄ dns nr iesus christus assūpsit hoiem cū vero corpe ⁊ cuz vera carne Uerūtn circa hoc ꝓtingit triplr sentire.

Primo ꝙm manicheos.

Scōo ꝙm valētinianos.

Tertio ꝙm catholicos.

Primo nāq; fuere manichei q̄ dixerūt xps assumpsisse corp⁹ fantasticū ⁊ apparēs: et ea q̄ ꝙm hoiem gessit. s. q̄ nat⁹ est: q̄ comedit q̄ mortu⁹ est: in ꝛitate nō fuerūt: sz in quadā apparentia. Et hec opio bestialis et irrōnabilis totū incarnatōis mysteriū ad quādā fictionē deduxit. Jō būc errorē sacre scripture euacuant auctes. Nā Joh. j. ōr. Uerbū caro factū ē Et nō dicit ꝙm appentiā. sz ꝙm existentiā. Et iterū Luc. vl. dixit xps apparens discipulis. Palpate ⁊ videte q: spūs carnē ⁊ ossa non hz sicut me videtis hre. Nō em carnis similitudo caro est: necz ambulatōis similitudo ambulatio ē. Ergo si xps nō ābulauit: nō comedit: nō passus est: nō vere redemit nos ꝛ illud Apoc. j. Dilexit nos ⁊ lauit nos a pctis nris i sanguie suo. ⁊ Apoc. v. Redemisti nos deo in sanguie tuo. ⁊. s. Det. s. Nō corruptibilibꝰ auro vel argēto redēpti estis: sz pciosō sanguie quasi agni imaculati et incōraminati dñi nri iesu xpi. ⁊ ad Roma. iij. Justificati in sanguie ipius. Seqref em q̄ xps nō vere resurrexerit ⁊ q̄ oīs apli ⁊ euangeliste fuerunt mendaces testes. q̄ virtute magna reddebant testi monīū resurrectōis iesu xpi. vt scribitur Act. iij. Seqref etiā q̄ xps fuerit deceptor ⁊ seductor eox qui ei regratiant de tot laboꝝ⁹ q̄s dignatus est sustinere: ⁊ sic nihil esset nra redēptio. Sed hereticī seipos roborāt p illō qō Paū. ait ad Ro. viij. Adhuc deus filiū suū in filitudīne carnis pcti. ⁊ iterū ad Phil. ij. Jn filitudīne hoim fact⁹. ergo videt q̄ xps nō fuit hō: sz in filitudīne ꝙm appentiā. Ad hꝝ ndet. s. Tho. in. iij. sū. ꝯ gētiles. xxij. q̄ ꝓtum spectat ad ꝓpositū q̄dā ē filitudo appentie vt q̄n aliq̄d appet ee aliq̄d qō nō ē. q̄dā est filitudo specifica. nē oēs hoies sikes spē dicūt Et hꝝ mō sumit hꝝ filitudo i auctatib⁹ allegatis Nā vt dic Hylari⁹. ⁊ ponit ex de ꝛ. fi. c. itelligentia. Jntelligētia dictoꝝ. i. ꝛboꝝ ex causis ē assumēda dicēdi. Paul⁹ loqbat de xpo hoie ꝙm ꝛitatē. Quod ps: qz subiūxit q̄ fuit fact⁹ obediēs vsq; ad mortē crucis. Scōa opio fuit valētinianoꝝ: q̄ dixerūt ⁊ male. q̄ xps. habuit corp⁹ ꝛee nō tñ terrenū. qz portauit illud de celo. ⁊ nihil de mre ꝛgine accepit. ⁊ p eā q̄ si p aq̄ductū transfluit. Occasionē sui erroris accipiebāt ex q̄busdā ꝛbis sacre scripture male itellect. Nā scribit Joh. iij. Nemo ascendit in celū nisi q̄ descēdit de celo: filius hoīs q̄ ē in celo. ⁊ Joh. vj. Descēdi de celo. ⁊. s. ad Cor. xv. Primus hō de terra terren⁹. scōs hō de celo celestis. Hec oīa sic volebāt itelligi. vt xps de celo ꝙm corp⁹ descendisse etiā crederet. Sz talis ꝛitatē carnis excludit a xpo: qz caro vera non formaf ex celesti materia. sz ex clementis Jnsup apls dicit ad Ro. j. Factus est ex semine dauid ꝙm carnē. ⁊ Matth. j. scribit ei⁹ genealogia. ⁊ beata virgo ōr ei⁹ mater: quia ex ipa natus est. vt in supioribus diximus. Auctoritates ergo intellegēde sunt q: xpm de celo descendisse nō intelligif ꝙm carnē aut aiam: sz ꝙm q̄ de⁹. ⁊ hꝝ ex his ꝛbis intelligi pōt quia dixit. filius hoīs q̄ est in celo oīdens ita se descendisse de celo: q̄ tñ in celo esse nō desierit. Ad ppositū diminitas est vt ita in terris sit q̄ celus repleat Dicre. xxiij. Celū ⁊ terrā ego implebo Nec etiā filio dei inquantū deus est descēdere de celo cōpetit ꝙm modū localē. Nā q̄ localr mouetur sic ad vnum locum accedit q̄ ab alio

UVA. BHSC. IyR_227

tero recedit. Ideo filius dei dr descendisse ꝑm hoc q̄ terrenam substantiā sibi copulauit. Sicut t apls eū exinanitum dicit inq̄rū formaꝫ serui accepit ita tñ q̄ diuinitatis naturā nō ꝑdidit. Tertia est positio catholicoꝝ q̄ dicunt q̄ xp̄s naturā carnis habuit cōsimilē nr̄e nature. Nō enī decebat in ipsa veritate inuentri deceptionē t oculoꝝ ludificationē: q̄ veritas nō nouit fallere. Nec decebat in pfectissimo dei filio inuentri impfectionē: q̄ pfectissimꝰ nō nouit deficere. Et iō sic̄ appebat, sic vexatoꝝ pus t pfectū de nostro gñe. t de vtero beate virginis assumpsit verissime.

Qt xp̄s fuit verus homo ꝑm aiam ꝓ Arriꝫ ꝑm t Apolinarez. Capl'm II

Ecūda cōclusio dr aiatio. Voluit nā s q̄ xp̄s aiam rōnalē assumere. vt eēt verus hō. ꝑm illud Mat. xxvj. Tristis aia mea vsq̄ ad mortē. Circa quā cōclusionē occurrit triplex modus dicendi,

Primus ꝑm Arrium.

Scūs ꝑm apolinarē.

Tertius ꝑm doctrinā ecclesie.

Primꝰ modus dicēdi fuit ꝑm Arriū: q̄ dixit q̄ in xp̄o nō fuit aia: sed loco aie fuit eius diuinitas. Sed hec positio firmitatē nō habz qñ deus forma corpis esse nō pōt manifestū est. nr̄ aiam ꝑncipaliter de ratione hominis esse cū sit eius forma. Si ergo xp̄s aiam non habuit verꝫ hō nō fuit. cū tñ eū apls hominē esse asserat. j. ad Timo. ij. Unus est mediator dei t hoim hō xp̄s iesus. Adhuc amplꝰ. Tristitia ira t hmōi passiones sunt anie sensitiue. vt ptz ꝑ pbm. ij. de aia. Doc at in xp̄o fuisse eaꝫ gelius approbat, Oportet ergo in xp̄o fuisse aiam sensitiuā: de qua planuz est q̄ differt a natura diuina filij dei. Nec Tho. xv. disti. ij. i sniarū. Uerūtamē qui hāc opinionē hereti cā sustinere volūt. arguūt ꝓtra veritatē eo q̄ scribit Job. j. Verbū caro factū est. Ubi Iobes sufficiēter exprimit mysteriū incarnationis: et tñ nihil dicit de aia. Itē vnio dine nature ad hūanā dr incarnatio. Sed denoiatio semp de bet fieri a digniori. Et cū aia sit digniox q̄ caro t incarnatio nō dicaf aiatio. vr q̄ aia non sit assumpta a verbo. Itē nā nō facit ꝑ plura que pōt facere ꝑ pauciora. sed in xp̄o ꝑsona diuina potēs erat in actū intelligēdi t amādi et viuificandi: cū ipse filꝰ dei nō careat volūtate nec intelligētia nec vita. ergo vr q̄ rōnalē aiam xp̄s nō hūit. Ad pmū rndet dz Boñ. di. ij. iij. li. ar. ij. q. ij. q̄ dictū Iobis ē ꝑ figuram dochē t accipit ibi caro ꝑ tota natura, Usus est aūt Jobs tali locutōe: q̄ natura assumpta nobiox est nob ex pte substātie corpalis q̄ spūalis: et cognitio nr̄a incipit ab his q̄ sunt magis nota t ēt in assumptiōe carnis includit assumptio anie rōnalis. q̄ si assumpsit carnē multo magis t aiam. Ad scūm rndet q̄ denoiatio dz fieri a digniori: nisi alia rō interueniat. Et q̄ rōnabiliter dat nobis noticia per ea q̄ sunt nobis magis nota. ideo potꝰ dicitꝰ incarnatione q̄ aiatione. Ad tertiū rndetur: q̄ ꝑsona verbi viuificat ꝑ modū efficiētis nō tñ cōuenit sibi viuificare ꝑ modū ꝑficiētis forme. Et hoc rōne summe pfectiōis q̄ est in deo ꝓpter quā nō pōt esse alicuꝰ pars cōstitutiua. Se cūdus modus dicendi fuit Apolinaris q̄ dixit q̄ xp̄s hūit aiam sensitiuā. tñ sine mēte intellectu ita q̄ verbum dei fuit ille anime intellectus t mētis. Sed hoc nō sufficit. nec verus est q̄ homo spēm sortit hūanā ex hoc q̄ mēte humanā t rōnē hēt. Si ergo xp̄s hoc modo habuit verus hō nō fuit nec eiusdē spēi nobiscuz q̄ aia rōne carēs ad aliā spēm ptinet q̄ animā rōnē hns. Scūm em̄ ꝑbm. viij. metaꝑ. in diffinitiōib⁹ t spēbus q̄libet differentia essentialis addita vel subtracta variat spēm. sicut in numeris vnitas. Rōnale aūt est differētia specifica. Si ergo in xp̄o fuit aia sensitiua sine rōne. nō fuit eiusdē spēi cū aia nr̄a: que est rōnē hns. hec Tho. Tertius modus dicēdi ē ꝑm doctrinā ecclesie: q̄ xp̄s assumpsit animā rationalē de nouo creatā. Unde Athanasius Perfectus deus perfectus homo, ex anima rationali t humana carne subsistens.

Qt in xp̄o seruata est ꝓprietas vtriusq̄ nature contra hereticū Apolinarem contrariuz asserentem. Capl'm III

qui in hoc mūdo placuerunt deo ⁊ offerētur pro vno damnato: nihil ei prodessent. Et licz quidā canoniste dixerint ꝙ suffragia ecclesie licet nō prosint damnatis quantum ad liberationem a pena: prosunt tamen quātum ad aliquam mitigationem siue alleuiationem. Contra eos est sentētia theologorum, xlv. distin. quarti libri dicētium ꝙ suffragia ecclesie nullo modo prosunt damnatis eo ꝙ sunt extra charitatem: ⁊ cuz nō sint ad vitam ordinati: nec possint beatitudine participare non sūt ex charitate diligendi. Charitas autem ē que facit suffragiū acceptabile. Ob quod suffragia ipsis nihil prosūt. Hec Richardus. Ideo dicitur. xiij. q. ij. c. pro obeuntibus. Pro obeūtibus quippe consuluisse cognosceris si liceat pro eis oblationes offerri. Sancta sic tenet ecclesia vt quisqz pro mortuis vere christianis offerat oblationes: atqz presbyter memoriā eoruz faciat. Et q̄uis omnes peccatis subiaceamus: cōgruit vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat ⁊ intercedat. nō tamē pro impijs q̄uis christiani fuerint: tale quid agere licebit. Hec ibi. Et idem ponitur in. c. Cum marthe, ex̄ de cele, missa. Sz cōtra hanc opinionē inducūt aliqui exemplum Traiani, de quo legitur ī vita beati Gregorij ꝙ cum quodam die ip̄e festinaret ad bellum vidua quedam occurrit ei dicēs. Obsecro vt sanguinē filij mei īnocenter perempti vindicare digneris. Cūqz traianus ꝑ sanus reuertere tur dixisset se vindicare: vidua dixit. Et quis mihi hoc prestabit si tu in prelio mortuus fueris? Traianus respōdit. Ille qui post me imperabit. Cui vidua. Et quid tibi proderit si alter mihi iusticiā fecerit? Traianus dixit: vtiqz nihil. Et vidua. Nōne inquit melius est vt tu mihi iusticiā facias q̄ alteri hanc trāsmittas? Tūc traianus pie cōmotus de equo descēdit: ⁊ vidue iusticiam ministrauit. Fertur nanqz ꝙ dum filius traiani per vrbē equitādo nimis lasciue discurreret: filiuz vidue interemit. ⁊ Traianus filium suum qui hoc fecerat vidue loco filij sui defuncti tradidit, ⁊ magnifice ip̄am dotauit. Dum igitur quadaz vice defūcto traiano Gregorius per forū traiani trāsiret: et eius māsuetudinis recordatus fuisset ad sancti Petri basilicam peruenit et ibidem pro eius errore amarissime fleuit. Tunc sibi diuinitus respōsum est. Ecce petitionem tuam compleui: ⁊ traiano penam eternam peperci. De cetero aūt caue ne pro damnato aliquo preces fundas. Damascenus autem in quodam suo sermone dicit ꝙ Gregorius audiuit vocem eum diuinitus alloquētē Vocem tuam audiui ⁊ traiano veniam do. Patet ergo ex hoc exemplo ꝙ oratio Gregorij profuit traiano damnato. Sed super hoc diuersi diuersa sunt opinati. Aliqui enim dixerūt ꝙ traianus fuit reuocatus ad vitam vbi gratiam cōsecutus est, ⁊ veniam meruit: ⁊ sic gloriam obtinuit. Alij autem dixerūt ꝙ anima traiani nō fuit simplicit̄ a reatu pene eterne absoluta: sed eius pena vsqz ad tempus scz vsqz ad diem iudicij fuit suspensa. Alij autem inquiunt sicut est Johānes diaconus qui vitā beati Gregorij descripsit ꝙ nō legitur orasse sed fleuisse: ⁊ frequēter deus misertus concedit qd̄ homo q̄uis desiderās petere nō presumit. Ideo anima traiani nō fuit ab inferno liberata ⁊ in paradiso reposita. sed tātum ab inferni cruciatibus facta exempta. Potest eñ anima ⁊ in inferno existere. ⁊ inferni cruciatus per dei misericordiā nō sentire. Alioꝝ tamē opinio cōmunior est ⁊ verior. ꝙ traianus ⁊ a pena liberatus ⁊ ad gloriam sit assūptus oratione beati Gregorij. Quod nō est factum ꝑm cōmunem legem. sed ꝑm dispensationem diuine sapiētie. que preuidēs Gregorium oraturum pro traiano nō damnauit ip̄m per diffinitiuam sentētiam. Et ideo non est dicendum ex illo exemplo vno ⁊ singulari ꝙ damnatis per diffinitiuam sentētiaz ecclesie suffragia prosint cū nec in minimo possint fauere. Quinimmo audiendum est salubre documentum ⁊ obseruandum sapientis. Ecclesiastes. ix. Quodcūqz inquit potest manus tua facere, instāter operare. quia nec op⁹ nec ratio nec scientia nec sapientia erunt apd̄ inferos quo tu properas. O igitur dolenda damnatorum pena que mitigari ⁊ adiuuari nullo modo poterit. non proprijs viribus. nō lachrymis. non diuitijs. nō amicorum suffragijs. nō amicoruz potentia. nō deniqz aliqua omniū creaturarum industria. O timenda vindicta dei ad cuius conspectum velut cera ante faciem ignis peccatores eliquescent. O peccatores inebriati dulcedine bonorum huius seculi fugite iram dei. ⁊ nolite pugnare cū oīpotēti deo. qui dānatis vt dictū est tam tremenda cōminatur mala: a quib⁹ nos ip̄e per suā clemētiā liberet, cui est honor ⁊ oīs laus ⁊ gloria ꝑ infinita seculoꝝ secula. Amē.

Sabbato post dñicā in sexagesima de grauitate pene dānatorū ad terrorē incorrigibilium ⁊ obstinatorum. Sermo. XIIII

UVA. BHSC. IyR_227

Ruciabūtur die ac
e nocte in secula seculoꝝ. Apoc.xx.
Cum mente reuoluo quante erunt in inferno angustie reproboꝝ: admirari pluri mū cogor cur tādiu pctōres dissimulant age re pniam. Et certe si de his malis de q̄bus lo quimur: aut nunq̄: aut post longissima spa cia temporꝝ traherent: aliqualē de sua impe nitētia excusationē haberēt. Sed cū tā exqu um velocissimūq̄ sit huꝰ labilis vite tēpus post quod mali incorrigibiles descendunt ad tartara: nescio q̄d ipsi dicere possint. Repre hensibiles quidē sunt ꝓ sua tarditate merito redarguēdi. Et ꝛ in ꝓcedentibus explicaueri mus multa q̄ duras mētes domare sufficiūt tñ adhuc de granitate pene dānatorū nōnul la occurrūt ꝓsiderāda: quoꝝ cōsideratione di ligenti mollianf ptinaces mentes abstinato rum peccatoꝝ. Dicemus ergo q̄ grauissi ma est ꝛ satis acerba pena damnatoꝝ adhuc triplici ratione.

Prima dicif combustio.
Secūda dicif supatio.
Tertia ōr priuatio.

Qualiter dānati patiunf acerbissimā pe nā ꝓpter ignē inferni. ꝛ de illius ignis terri bilissimis coditionibus. Capm. I

Prima rō qua oñdif grauitas pene
p damnatoꝝ ōr cōbustio. Tradē nan q̄ dānati miseri eternis ignibꝰ cōbu rendi. Et hoc colligif ex scripturis sacris. Un de Job.xx.ōr. Deuorabit eos ignis q̄ ñ succē dif. Et Judith vlti. Dabit ignē et vermes in carnes eoꝝ. Et Ybac.ij. Laborabunt ppli in multo igne. Et Esa. vlti. Vermis eoꝝ nō mo riet: ꝛ ignis eoꝝ nō extinguef. Et Dauid in ps.x. Pluet super pctōres laqueos ignis. Et Ezech.xxij. In igne ire mee cōsumpsi eos. Et Apoca.xviij. In vna die venient plage eius mors: ꝛ luctus: ꝛ fames ꝛ igni comburef. Et Apo.xx. Qui nō est inuētus in libro vite scri ptus: missus est in stagnū ignis. ꝛ Mat.xij. Et ibūt angeli ꝛ sepabūt malos de medio iu storꝝ: ꝛ mittēt eos in caminū ignis. ꝛ Matt. vij. Omnis arbor q̄ nō facit fructū bonū exci defˢ: ꝛ in ignē mittef. ꝛ Mat.xviij. Bonū est tibi vnū oculū habētē in vitaꝫ itrare q̄ duos oculos habētē mitti in gehennam ignis. Et Matt.x. Cum timete q̄ hz ptātem aiam ꝛ cor pus pdere in gehennam. Et Matth.xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Querūtur de hoc igne dubitatur circa tria.

Primo circa veritatē.
Scōo circa potestatem.
Tertio circa qualitatem

Prio ꝺtigit dubitare de inferni igne circa vitatē. An. ſ. sit ignis verus habēs formā et naturā ꝛ speciem ignis. Et videt Ric. in. liij. sniarum q̄ quoꝝdā opinio fuit q̄ ille ignis nō sit corporeus: ꝛ ß est quedā spūalis pena: q̄ ppter suū acumen metaphorice ōr ignis: ꝛ qa vt ipsi dicūt. Cū diuina potētia reprobos pos sit cruciare sufficiēter spūali pena: supfluum fuisset in inferno ponere corporeum ignem Et ad hoc adducunt illud. Luc.xvj. de diuite qui dicebat linguam suā cruciari in hac flam ma. Cum ēm constet aiam illius diuitis lin guā corporalem: nō habuisse videf q̄ sicut scri ptura ibi de lingua loquitur metaphorice ali quid spūale vocans linguā: ita aliquam penā spūalem metaphorice vocet ignem. Sed opt nio ista falsa est ꝛ contra scripturam que di stinguit inter ignem ꝛ damnatoꝝ penā spi ritualē: que vocaf nomine vermis. Uñ Eccli vij. Vindicta carnis impij ignis et vermis. Ideo cōter doctores omes concludūt. xliij. di. quarti. q̄ in inferno est ignis corporeus a principio mundi cū alijs creaturis productꝰ ꝛ ordinatus ad reprobos cruciandus. Et hoc asserit Augu. in lib. de mirabilibus sacre scri pture. Et idē in li. xxj. de ci. dei. ca. x. ait. Ge henna illa qō etiā stagnū ignis ꝛ sulphuris di ctū est corpeꝰ ignis erit. Cui ꝓsonat illō Ba. in. liij. dial. li. d. Ignē gehēne corpeū eē ñ ābi go. Et ꝑm theologos. ignis ille ꝓtū ad illud qō i eo ē ō essentia ignis est eiusd ē spēi cū ig ne elemētali: q̄ sicut ois aqua omni aq̄ est ea dē spē ꝑm pbm. i. To. ita ois ignis omi igni est idem specie. Diuersificaf tñ quo ad dispo sitionē ꝛ opationem: q̄ sibi cōpetit alicui actō que igni elemētali nō cōuenit. Nam ignis i aliena materia multū diuersificaf in opatio nibus suis ꝑm exigētiā dispositionis materie Quod apte patet in fulgure. vbi ignis respe ctū habet ad diuersas materias: ꝑm diuersi tatē celestis influētie in materia incorporate. Unde aliquādo nō ledit materiam mollem ꝛ dissoluit duram: ꝛ ecōuerso. quandoq̄ calefa cit ꝛ nō cōburit ꝛ ecōuerso. Aliqui tamē opi nanf q̄ in inferno sit ignis in materia pro pria. quāuis ibi non luceat nisi ad modicum ꝛ satis imperfecte. Ptz ergo q̄ in inferno ve rus est ignis ad maloꝝ cruciatū dispositꝰ ꝛ de putatus. Secūdo cōtingit dubitare de igne i ferni circa potestatem, Utrum scilicet possit

UVA. BHSC. IyR_227

incorporeos angelos ⁊ spūs separatos crucia re. Et ad istam qōnem multi multipliciter re sponderūt. Nam quidam dixerunt spūs sepa ratos igne nō affligi nisi per priuationē boni desiderati. Ex qua priuatione tanq̄ quodam malo presenti in eis vehemēs tristicia genera tur. Et hec fuit opīo Algazelis. vj. li. phisico rū. Sed cōtra hanc sunt dicta sctōꝝ di. spūs īcorporeos posse pena corpalis ignis ffligi: sicut apte di. Grego. in. iiij. li. dial'. Et Augu. xxj. li. de ci. dei. c. x. Ideo alij dicūt spūs sepa tos cruciari igne corporeo inq̄tū vident ipm p̄paratum ad hoc vt eo cruciētur in corpori bus suis. sicut latro suspēdēdus patibulo ipꝫ videndo cruciat' anteq̄ suspēdatur in eo. Et hec opinio nō sufficit: q̄a nullo modo potest ad angelos malos applicari: qui tamen illo igne in perpetuū cruciabuntur. Quidā autez alij dicūt q̄ cruciabuntur igne corporeo inq̄ tum eoꝝ intelectui imprimetur superexcellēs illius ignis similitudo. Sed hoc dictum defi cit: q̄a ꝟm pb̄m. iij. de anima. Non sic excellen tia intelligibilis ledit intellectum sicut excellē tia sensibilis ledit sensuꝫ: q̄a post excellēs sen sibile sensus impeditur in sentiēdo: sed intelle ctus post excellēs intelligibile nō minus itel ligit infima: sed magis: quia sensus app̄hen dit ꝑ organū corporeum: intellect⁹ autem nō Nōnulli insup tenēt q̄ spiritus sepati igne corporeo cruciētur uō inq̄tum ipsum appre hēdūt apprehensione simplici: sed cum firma estimatione q̄ est cōtrarius sue nature q̄uis estimatio falsa sit. Unde Auicen. ix. meth. lo quens de disposione animarum corporibus separatarū dicit sic. Anime male vidēt penaꝫ quā imaginauerūt in hoc mūdo ⁊ affligūtur in ea Forma enim imaginata nō est debilior sensibili sed est maior impressiōe ⁊ claritate: sicut videmus in somnijs. Fortasse em̄ som niarum maius est ꝑ modulo suo q̄ sensibile tūc q̄to magis illud qd̄ est in alio seculo est fortius q̄ quod est in somnijs ꝓpter paucita tē impediētiū ⁊ expeditiōem anime ⁊ clarita tē recipiētis. Sed hec opinio incōueniēs vide tur. q̄a ꝟm hoc spūs n̄ paterētur ab igne cor poreo: sed a sua falsa estimatiōe. Preterea nō videtur ꝓbabile q̄ demones qui subtilitate i genij vigēt. illum ignē estimarēt sue nature cōtrariū ⁊ lesium nisi ita esset in re. Alij ad huc dicūt q̄ spiritus patiūtur ab igne corpo reo nō per virtutem illius ignis absolute sed inq̄tum est istrumētum diuīe iusticie. Uide mus em̄ res multas habere actiōes in virtu te principalis agentis que eis nō compete rent absolute. Uerbi gratia. calor naturalis in virtute anime conuertit nutrimentum in carnem. Lumen solare a luna receptum ⁊ cū virtute lune ab eo diriuatum in virtute lune generat humiditatē. ⁊ fantasma in virtute lu minis intellect⁹ agētis monet itellectū possi bilē. Corpora celestia cum inanimata sint: ta mē in virtute intelligētiarum modicū gene rāt in his inferioribus vitā. vt ptꝫ in genera tis per putrefactionem. Securis in virtute motoris scīdit arborē. Tenēdo ergo q̄ ignis affligat spūs inq̄tum est instrumētū diuine iusticie adhuc ꝑquirendū est magis in specia li. perquē modū dicūt aliqui q̄ supernaturali ter imp̄ssa est igni infernali quedā specialis virtus per quā spūs affligit naturali virtute ignis ad hoc nō cooperante nec disponēte: qꝛ vt dicūt nō est possibile vt aliqua virtus na turalis cooperet' in supernaturali actiōe: cū per se ad eā nullo modo. nec complete nec in cōplete possit attingere. Pro tanto ergo ille ignis affligere dicit' spūs q̄a supernaturalis virtus exn̄s in eo sicut in subiecto illos affli git: sicut aliqua substātia supernaturaliter de albata posset dici visum disgregare. Sed hec opinio in tribus deficit. Unū est q̄ ꝟm eam ignis nō affligit illos spūs vt instr̄m qꝛ opꝫ q̄ i instr̄o sit aliq̄ naturalis aptitudo ad illaꝫ actionē ad quā applicat' a virtute motoris vt pꝫ in securi respectu actus scindēdi ⁊ i malleo respectu actus cōterendi. Aliō est qꝛ nō vide tur ꝓbabile virtutē spūalē esse immediate in re corporali sicut in subiecto. ita vt sit ibi ma nēs ⁊ nō in fieri sicut ponit opinio predicta. Tertiū est q̄ videmus naturale lumē rōnis per qd̄ solū intellectus nullo modo pōt attin gere ad visionē dei. cooperari cū lumīe glorie ad illam visionē. Uerūtn̄ q̄a in actione super naturali que a deo nō est mediante finita virtu te: sed tm̄modo īmediate: vt creare nō p̄t coo perari virtus supnaturalis. Idcirco di. Ric. q̄ ignis infernalis nō obstāte q̄ sit corpore⁹ spūs separatos affligit inq̄tum est diuine iu sticie instrumētum: eos affligit afflictione ad quā disponit naturalis virtus illi⁹ ignis nec tn̄ qualemcūqꝫ afflictionē pōt causare in illis spiritibus nisi in virtute īcreate iusticie prin cipaliter illos spūs puniētis: mouētis ⁊ diri gētis illū ignē ad illoꝝ spirituū cruciatū. In illo em̄ igne est nālis aptitudo vt eius spēs re cipiat' i itellectu spūs sepati. ꝟ q̄ per talē mo dū i illo itellectu imp̄mat' ⁊ vehemētia tal' q̄

UVA. BHSC. IyR_227

ita ad se reuocat seu conuertit intentionē ipius
spūs q̄ p hoc ita notabiliter impediat in illa lau-
rerū ꝓsideratione ꝺ̄ suā volūtatē t q̄ tale im-
pedimētuz sit sibi ꝑ graui onere: hoc est p vir-
tutē iusticie indite. In illo etiā igne est natu-
ralis aptitudo vt in ipo sit spūs separatus sicut
in loco diffinitiue, Sed q̄ spūs separatū deti
neat ꝑtra suā voluntatē hoc ē ꝓuenit in vir-
tute iusticie idite. Illa aūt inuoluntaria deten
tio ē ipi reprobo spiritui inexplicabilis crucia
tus q̄uis etiam ille ignis sua virtute natura
li tm̄ nō posset in spū separato causare dispo-
sitionē repugnātē illi dispositioni que conue-
nit esse spūs ꝺm debitū statū sue nature: tm̄ in
eius causatōe coopatur virtute idite iusticie.
In q̄tum est instrm̄ eius, Et appēsione aūt
ꝓdicte dispōnis que ꝺna est bono statui natu
re: generatur in ipo reprobo spiritu cruciatus
exprimētalis, Unde Greg. iij. dial. di. q̄ alia
nō solum videndo: sed etiā experiēdo incēdiū
patitur. Per petm̄ autē in spū est dispositio vt
igni infernali modo ꝓdicto in patiēdo subda
tur. Et sic ptz q̄ deo volēte poterit ignis affli
gere spūs separatos. Tertio ꝓtingit dubi-
tare de igne iferni circa qualitatē seu ꝓpetui
tatē. Utr̄ scz erit q̄ post generalē resurrectōz
corpa dānatoz in illo igne ꝓpetuo patiētur,
t nec ignis deficiet. nec corpa illa ꝓsumētur.
Et licz possint multa dici: tm̄ principalis rō ē
ordo diuine iusticie. Ut enī inq̄t Ric. ille or
do exigit illa corpa in eternis supplicijs fore
pmansura. t ideo assistētē influētia de gene
rali: ad hoc vt ignis ille infernalis illa corpa
fortiter calefaciat t affligat: nō adest tm̄ ad ꝺ
vt ꝓsumat. Sicut aūt creatura nō pōt mane
re in esse suo: nisi in suppposita influentia dei
gñali ꝺm q̄ dicit Aug. iij. sup Gen̄. ad lram
t ꝓmētatoz: sup ꝑma ꝓpositōe de causis: sic
dico q̄ actōez suā hr̄e nō pōt. nisi illa influētia
gñali assistēte: sicut patuit in passiōe ihu xp̄i
q̄n fuerūt tenebre supvniuersam terrā: nō su-
per terrā iudeoz tm̄ vt aliq̄ senserūt t male.
Eclypsis aūt solis per vniuersum orbem nō
potuisset esse p solā interpositōez lune. vn̄ cū
interpositōe lune fuit alia cā. s. qz influentia
gñalis cāe ꝑme tūc nō affuit soli ad irradian
dū. Et sicut hec influentia adesse pōt ad hoc vt
res sit t nō opet: ita aliq̄n adest ad hoc vt crea
tura habeat vnā sui actōez: t nō aliā. Et hec
est principalis rō q̄re ignis infernalis calefa-
ciat dānatoz corpa t affligat: nec tm̄ cōsumet
hec Ric. Aug. ho. xxj. li. de ciui. dei. oēs hmōi
opatōes ignis infernalis attribuit volūtati
t potētie dei a quo sunt de nihilo in esse cūcta
ꝓducta diuersiq̄z nature sue ꝓpriet atibus t
legib⁹ regulata. Un̄. c. ij. ciusdē li. ait. Osten-
dā vn̄ quincunq̄ incredituli posse humana corpa
aiata atq̄z viuētia nō soluz nūq̄ morte dissol
uiri in eternoz quoq̄ ignē durare tormētis
Nolūt em̄. hoc ad oiportētis nos referre potē
tiā: ꝙ aliq̄ exēplo ꝙsuaderi sibi flagitāt. Qui
bus si rndebimus esse aialia ꝓfecto corrupti
bilia qz mortalia: que tm̄ in medijs ignibus viu
uant. nō nullū etiā genus vermiū in calidarū
aquaz scaturigine reperiri. quarū feruorem ne
mo impune ꝓtractar. Illos autē nō soluz fine
ylla sui lesiōe ibi esse: ꝙ ex eē nō posse. aut no-
lūt credere si ostēdere nō valem⁹: aut si value
rimus suis oculis demōstrare res ipsas: siue
p testes idoneos edocere: nō satis hoc esse ad
exemplū rei de qua questio est. eadē infidelita
te ꝺt endēt. Quia hec animalia nec semper vi-
uunt: t in illis feruorib⁹ siue doloribus viuūt
sue quippe nature ꝓuenientibus vegetātur il-
lis: nō cruciātur elemētis quasi nō icredibili
us sit vegetari q̄ cruciari talibus rebus, Mi-
rabile est em̄ dolere in ignibus t tm̄ viuere. ꝙ
mirabilius viuere in ignib⁹ nec dolere. Si aūt
hoc credit. cur nō t illud. t. iiij. c. dicti li. idem
ait, Quid adhuc a nobis rerū poscunt exem-
pla quib⁹ doceamus nō esse icredibili ev hoim
corpora sempiterno supplicio punitorum t in
igne aiam nō amittāt. t sine detrimēto arde
ant: t sine interitu doleāt. Habebit em̄ tunc
ista carnis substātia q̄litatē suā ab illo inditā
qui tā miras t varias tot rebus indidit quas
videmus: vt eas qz multe sunt nō miremur.
Nā sicut scripserūt qui naturas aialium curi
osius indagarūt, Salamandra in ignibus viu-
uit. Et quida nobilissimi ficilie montes qui tā
ta tpis diuturnitate ac vetustate vsq̄z nunc
ac deinceps flammis estuant: atq̄z integri p-
seuerāt: satis idonei testes sunt nō omne q̄
ardet absumit: t omīno idicāt nō omne quod
dolere pōt posse etiam mori. Quis em̄ nisi de
us creator oiz dedit carni pauonis mortui ne
putresceret. Quod cū auditu incredibile vide-
ref: euenit vt apud carthaginem cocta nobis
apponeref hec auis. de cuius pectore pulpaz
q̄tum visum est decerptum seruari iussimus
Quod post dierū tantum spaciū q̄to alia ca-
ro quecūq̄ cocta putresceret. platum atq̄z ob-
latum nihil nostrū offendit olfactum. Iteq̄z
repositum est post dies amplius q̄ triginta:
idem quod erat inuētum est. Idemq̄z post an
num, nisi q̄ aliquātulum corpulētie siccio. in

UVA. BHSC. IyR_227

ꝛ cōtractionis fuit. Quis palee dedit vel tam frigidā vim vt obrutas niues seruet, vel tas feruidā vt poma immatura maturet? De ipō igne mira quis explicet? quo quecq; adusta ni gresciū cū ipe sit lucidus, ꝛ pene oia que ambit ꝛ lābit coloze pulcherrim⁹? decolozat, atq; ex pruna fulgida carbonem tererrimū reddit Necq; id quasi regulariter diffinitū est. Nā eō trario lapides igne candēte decocti ꝛ ipi fiūt candidi. ꝛ q̄uis magis ille rubeat illi albido coloze nitescant. cōgruit ħ illi luci quod album est sicut nigrū tenebris. Cū itaq; ignis i lignis ardeat vt lapides coquat, contrarios habet nō in ꝓtrarijs reb⁹ effect⁹. Et si eñ lapides ꝛ ligna diuersa sint ꝓtraria: tñ nō sunt sicut albū ꝛ nigrū: quoꝝ vnū in lapidib⁹ alterū facit in lignis, clarus illos clarificās: hec obscurans cū in illis deficeret nisi in istis vigueret. Quid i n carbonib⁹? Nōne mirāda res ē ꝛ tāta infirmitas vt ictu leuissimo frangantur: pressu facillimo cōteranf: ꝛ tanta firmitas vt nullo humore corrumpanf. nulla eta tevincanf: vsq; adeo vt eos substernere soleant q̄ limites figunt. ad cōuincendū litigatorez q̄squis post q̄libet tpa extiterit: fixūq; lepidē limitē nō esse ꝓtenderit? Quis eos in terra humida infossos vbi ligna putrescerēt. tādiu durare; incorruptibiliter posse: nisi rerū ille corruptor ignis ꝑficiat. Jntueamur etiā miraculū calcis: excepto eo de quo iam satis dixim⁹: q̄ igne candescat quo alia tetra redunf. etiā occultissime ab igne ignē concipit. eūq; tam gleba tangētib⁹ frigida sit igne tas latenter seruat vt nulli nostro sensui prorsus appareat. si ꝑpert⁹ experimēto etiam duz nō apparet sciaf esse sopit⁹ ꝓpter quod eam vinam calcē loq̄mur: velut ipe ignis latēs anima sit inuisibilis visibilis corpis. Jam ħo q̄ mirū est q̄ cū extinguif tūc accendif. Ut eñ occulto igne careat aq̄ ei infundif aqua ve ꝓfundif: ꝛ cū ante sit frigida, inde feruescit vnde feruētia cuncta frigescūt. Velut expirante ergo illa gleba discedēs ignis qui latebat apparet, ac deinde tanq̄ mortua sic frigida est: vt adiecta vnda nō sit arsura: ꝛ quam calcez vocabamus viuā vocemus extinctam. Quid est quod huic miraculo addi posse videatur? ꝛ tamē additur. Nam si non adhibeas aquā sed oleum, quod magis fomes est ignis: nulla ei⁹ perfusione vel infusione feruescit, Hoc miraculū si de aliquo iudico lapide legerem⁹ siue audiremus ꝛ in nostrū experimentum venire nō posset: ꝓfecto q̄ut mendacium putaremus, aut certe granditer mirarem⁹. Quarum vero rerum ante nostros oculos quotidiana documenta versantur: nō genere minus mirabili: si ipa assiduitate vilescunt. ita vt ex ipa india que remota est pene orbis a nobis desiderimus nōnulla mirari: que ad nos potuerunt miranda perduci. Adamantē lapidem multi apud nos habent: ꝛ maxime aurifices insignitoresq; gēmarū, qui lapis nec ferro nec igne nec alia vi illa perhibetur ꝓtereq̄ hirci no sanguine vinci. Sed qui eum habent atq; nouerūt nunquid ita mirantur vt hi quibus primum eius ostenditur potentia? Quibus aūt nō ostenditur fortasse non credunt. aut si credūt inexperta mirantur, ꝛ si ꝓrigerit experiri adhuc quidem mirantur insolita. Sz assiduitas experiendi paulatim subtrahit admirationis incitamentū. Magnetē lapidez nouimus; mirabile ferri esse raptorem, quod cū primū vidi vehementer inhorrui. Quippe cernebā a lapide ferreū anulū rapruz atq; suspensum. Deinde cū tanq̄ ferro qō rapuerat vim dedisset suā cōmunēq; fecisset, idē quoq; anulus amotus est alteri eūq; suspendit atq; vti ille prior lapidi sic alter anul⁹ prioti anulo coherebat. accessit illi eodēq; mō tertius, accessit ꝛ quartus. iāq; sibi ꝓmutua cōnexis circulis nō implicatoꝝ, intrinsecus. sed extrinsec⁹ adherentiū quasi catena pependerat anuloꝝ Quis istam vim lapidis nō stuperet que illi nō solum inerat. verūetiam per tot suspensa transibat ꝛ inuisibilibus ea vinculis subligabat. Sed multo est mirabilius quod a fratre ꝛ coepo meo Severo Alexandrino de isto lapide cognoui. Seꝑm nāq; vidisse narrauit, quēadmodū Bathanus quondā comes africe cū apud eū quiuaretur epūs eundē ptulerit lapidē. ꝛ tenuerit sub argento ferrūq; sup argentū posuerit, deinde sicut subter mouebat manū qua lapidē tenebat. ita ferr⁹ desup⁹ mouebatur. atq; argento medio nihilq; patiēte concitatissimo cursu ꝛ recursu infra lapis ab homine supra ferrū rapiebatur a lapide. Dixi quod ꝛ ipe ꝓspexi. dixi quod ab illo audiui cui tanq̄ ipe viderim credidi. Quid etiaz de isto magnete legerim dicaz. Quādo iuxta eū ponitur adamas nō rapit ferrum ꝛ si tam rapuerat, vt ei appropinquauerit, mox remittit. Jndia mittit hos lapides. Sed etsi eos iā cognitos nos desistim⁹ admirari q̄tomaq; illi a q̄b⁹ veniūt. Et c. v. idē ait Agrigētinūs ille salē phibēt cū fuerit admot⁹ igni velut i. qua fluescere, cū vero ipi aq̄ adiūgif velut i

UVA. BHSC. IyR_227

ſigne crepitare Apud garamātes q̄dam fonitē eſſe tam frigidū diebus vt nō bibatur tā feruidum noctibus vt nō tangat. In Epiro aliū fontē in quo faces vt in ceteris extinguuntur accenſe ſi nō vt in ceteris accendunt extincte. Al'beſton arcadie lapidē ꝓpterea ſic vocari q̄ accēſus ſemel iam nō poſſit extingui lignum cuiuſdā ficus egyptie non vt ligna cetera in aquis natare ſi mergi. t q̄ nō eſt mirabilius cū in imo aliquādiu fuerit. inde ad aque ſuperficiem rurſus emergere quādo madefactuz debuit humoris pondere ꝓgrauari. hec Auguſt. Que verba ob ſui plixitatē nō ſunt ītextual'r recitāda: ſ tm vulgariter. Ex q̄bus manudu cimur q̄ oīpotentia dei cui⁹ virtute facta ſūt oīa t mouenť. dānatos in inferno eťnis ignibus faciet cruciari. O q̄ vrēs. o q̄ ardens o dehicz q̄ laboriosa'eſt illa flāma in qua miſeri lugebūt: clamabūt: ſuſpirabūt. t nō exaudiēť O ſi poſſibile eſſet vt aures ad os ponere mus inferni: audiremus ꝓfecto diuite epulonem: immo ſecū oēs auaros omnes ſuppoſitōes luxuriosos. oēs deniqz pctōres clamoribus vocabus lamētates latqz dicētes. Heu heu q̄ ardēs eſt iſta flāma. Quis dabit nobis ad refrigeriū guttellā aque. Quis nos liberabit a cruciatibus gehēne. Quis nos ꝑſolabit in tot merorib⁹. Et vbi ſť amici vbi benſuoli vbi diuitie vbi ꝛtus vbi potētia. O vita nra plena oi dolore oiqz angustia ovita deſtituta oi auxilio oiqz ſolatio. Credite credite o incorrigibiles pctores. Non ꝑcet vobis iuſticia dei niſi pcta depoſueritis quāmo vos ꝑniciet igne eternum. O q̄d erit eſſe in igne illo quādo ad modicū ſuſtineri nō poteſt coctura candele. Et vt Eſa. xxxiij. dicit. Quis poterit habitare de vobis cū igne deuorāte: aut q̄s habitabit ex vobis cū ardoribus ſempiternis.

Qualr pena dānatoz ſupat oēm aliā penam ſeu purgatoriaz ſeu pñtem que in hac vita haberi poteſt. Caplm II

Ecūda ratio qua oſtēdit grauitas pene damnatorum dicitur ſuperatio. ſuperat enī oēm aliaz penam. Quod vt melius intelligatur triplex pena eſt diſtinguenda.

Prima eſt pena mūdi.
Scōa pena purgatorii.
Tertia eſt pena inferni.

Prima pena eſt mūdi q̄ in hac vita ſentit Et ſi multiplex ſit vt experientia docet. tamen terribilis ſunt illa quā ꝓpō ſcti ſuſtinuerūt de q̄bus ꝛr Deu. xj. Audibria t ybera exprti ſunt inſup t vincla t carceres. Lapidati ſūt ſecti ſunt: tētati ſunt: in occiſione gladij mortui ſunt. Circūierūt in melotis: t in pellib⁹ ca prinis: egētes: angustiati: afflicti. Quiſnā explicet q̄t tormētoz gña exp̄ſierūt tyrāni q̄b⁹ cruciari mādabant martyres ſanctos. Quis enarrare ſufficiat: quot diſciplinis: ieiunijs: t oīonibus: carnē ſuam amici dei crucifixerunt cū vitijs. Et tm oīa iſta mima ſunt t q̄ſi nihil in cōparatiōe pene dānatoz. Jō Greg. in. iij. moral'. li. ait. Ecce aūt dū beati Job vulnera cruciatuſq̄ cōſidero: repēte mentis oculos ad Jobem deduco: t nō ſine grauiſſima admiratiōe ppendo: q̄ ille ꝑpheticſpū intra matris vtez repletus atq̄ vt ita dixerim ante q̄ naſceref renat⁹. Ille amicus ſpōſi: ille q̄ inter natos mulierū maior nemo ſurrexit. Ille ſicut ꝑba t pluſq̄ ꝑba ab iniq̄s in carcere mittit t ꝑ puelle ſaltu capite trūcat: t vir tantei ſobrietatis ꝑ riſu turpiū moriť. Nunq̄d credimus aliq̄d fuiſſe in eī vitaliq̄ illa ſic deſpecta mors tegeret. Sed q̄ ille vl in cibo peccauit q̄ locuſtas ſol ūmodo t mel ſilueſtre comedit. Quid deo vl ō q̄litate ſui tegmis deliq̄t: q̄ carnelox pilis corpus opuit. Quid de cōuerſatione ſua offendere potuit q̄ de heremo nō receſſit. Quid illū loq̄citatis reatus polluit qui diſiūctus löge ab hoibus fuit. Q̄ illū vel filetū culpa attigit q̄ ad ſe veniētes tā vehemēť increpauit dicēs. Benimina viperarū q̄s docebit vos fugere ab vētura ira. Quid eſt ergo q̄ Job dei teſtimonio pferť: t tm plagis vſq̄ ſterq̄linū ſternit. Quid eſt q̄ Jobes dei voce laudaf: t tm ꝑ temulēt̄ yhis in ſaltatōis pcemiū moriť. Quid eſt q̄ oēs de⁹ ſic vehemēť in b ſcło deſpicit q̄s ſic ſublimiter añ ſcła eleg it niſi hoc q̄ pietati fidelitū patet: q̄m idcirco ſic eos p̄mit in infimis quos videt q̄ō remuneret in ſūmis. Hinc ergo vnuſquiſq̄ colligat q̄d illi paſſuri ſint: quos reprobat ſi hic ſic cruciat quos amat. Aut q̄ō ferienť qui iudicio arguēdi ſunt. ſi ſic eoz vita p̄mit qui ipo iudice teſte laudanť. hec ille. Et ad idē eſt illud Piero. ad Palmachiū t Occeanum. d. Job ſanctus in tētatione ad gliam ſuā deuotus ſic in ſuo dolore clamabat. Quid ꝑdeſt i tormento meo lux. Ut quid mihi iuncta ſunt genua: Ut quid vbera ſucci: Cur nō in vētre matris mortuus ſum t mox vt de vtero exiui nō ꝑtimus obij. Sic hoc dei amicus dicebat in lumine: quid ab inimicis eius dicēť in tenebris. Si ille dolet genua ſibi fuiſſe cōiuncta, cuius pedes in dei timore ſemp cucurre

UVA. BHSC. IyR_227

rūt ⁊ quid dicturus est cuius nunc̄ in ꝓfitate steterūt. Si ille lugemiscit quē febris, vrebat quid dicturus est quē gehēna ꝓsumet. Displicet ⁊ illi q̄ natus ex vtero vixit: qui bñ vixit: q̄ illū vermis moriturus edebat: quid faciēt quos ignis et̄nus ⁊ ꝓnis nunc̄ moriturus expectat. Scōa est pena purgatorij de q̄ suo loco dicemus. Tertia est pena inferni cui omnis alia pena tam mūdi q̄ purgatorij nō est comparabilis.

Q̄ grauis erit dānatoꝝ pena ꝓpter carentiā visiōis diuie ⁊ de differētia pene sensus ⁊ pene dāni. Capl'm III

Ertia rō qua ondit grauitas pene dā
t natoꝝ ōr ꝑtim ratio. Ꝑtim abūtur fidē dānati in eternū visione dei. Et vt dicit Ric. vl. di. xiij. li. Inter penas dāni carētia visionis dei est maxima: ⁊ tristitia causata ex illa carentia apprehensa vt ꝓuenies ex actuali malitia ꝓprie volūtatis est maxima inter penas sensus: q̄ cuis damnati nō appetant videre deū ꝓpter amorē sue bonitatis: tñ vehemētissime illud appetūt ꝓpter desiderium ꝓprie delectatiōis: eo q̄ credere firmiter cōpellūtur ex illa visiōe maximā delectatiōem i videte causari. Carētia em̄ visiōis illi⁹ apprehēsa vt ex actuali malitia ꝓprie volūtatis ꝓ nenies, maioꝝ est pena q̄ pena sensus. In pueritis tñ mitioꝝ est pena dāni: q̄ ipam apphēdūt nō esse in eis causatā ex actuali malitia sue ꝓprie volūtatis. Procurēt g̃ pctōres dū ꝛps ⁊ facultas daf ad verā redire pniam q̄m vt tactū est in p̄cedētibus irrepabilis erit inferni tactura in quo nō semel sufficit introisse Semel q̄ppe dānat malos de⁹, semel sniam irreuocabilē ꝓfert. Q̄ q̄ amara erit illa dies imo illa hora q̄n peccatrix aia frenū hoc coꝛpus ꝛeliquēs pītabif etiā inuita ⁊ nolēs coram maiestate summi dei: suscipietq̄ punitionem ⁊ penam delictoꝝ suoꝝ, Ideo dico q̄ nō est expectāda: sed potius timenda dies illa. Ergo cōuertimini pctōres ⁊ agite pniaꝝ vt deus misereaf vr̄i qui est bñdictus in secula seculoꝝ. Amen.

Dñica in q̄nquagesima de potētia dei ꝓp quam humiliatari debēt pctōres coꝛda vt ad penitentiam redeā. Sermo XV

Onis plebs vt vi
o dit dedit laudē deo. Habentur hec ꝓba Lu. xviij. ⁊ in euāgelio p̄ns dñice. Ex miraculo ceci illūinati p xp̄z ō quo Za. mem̄it in euāgelio hodierno cōmoti fuere vniuersi q̄ rem tam grādez viderūt magnificare oꝑorētem deū cuius solius virtute cecus ille potuit illūinari. Clamat inq̄t euāgelista. Jesu fili dō miſere mei. Et advocē xpi, d. sibi. Respice fides tua te saluū fecit: subito videndi bñficiū obtinuit ⁊ accepit. Necq̄ aliavis q̄ increata dīnalis talē potuisset effectū producere. Ideo admirātes illi q̄ ꝑ inspexerūt deum extollēdo laudabāt. Nos vero qui nō solum ꝑ vnū: ſ tot dei miracula ⁊ videm⁹ ⁊ audim⁹ magis ac magis laudib⁹ ei⁹ debem⁹ ifistere. Ad vtiq̄ plene exoluim⁹ cū ob ei⁹ reuerētiā timoꝛē ꝓter ⁊ amoꝛē pctā relinq̄mus ꝛtutib⁹ inhereādo. Et q̄n ad id faciendū satis efficax est ꝓsideratio altissime potētie dei. id circo in pūri ꝓmone de illa erim⁹ tractaturi: quaten⁹ illā cōemoꝛātes ad pniam reuertamur. ⁊ coꝛde cōpūcti cū plebe ꝓter collandemus imoꝛtalē deum. De cuius potentia tria mysteria p̄cipalia ponimus cōtemplēda.

Primum ōr vniuersalitas.

Secūdū qualitas.

Tertium claritas.

Q̄ deus possit nō solū oē possibile fieri etiā oñe impossibile agēti creato dūmodo illud nō dicat impfectionē. Capl'm. I

Rimū mysteriū ꝓpladū de potētia
p dei ōr vniuſalitas. In q̄ disputādū ē vtr̄ de⁹ sit oꝑs. Et ꝓ pte vera ⁊ affirmatiua est cōfessio fidei. Nā in vtroq̄ sym bolo patrū, ſ. ⁊ apſoꝝ deū oꝑotētē decatam⁹ ⁊ hoc colligit ex vtriusq̄ testi pagina. Unde Ben. xvij. dixit deus ad abraā, Ego dūs oꝑs ambula coꝛa me. Et Ben. xxxv. dixit xus ad iacob, Ego de⁹ oꝑs creſce ⁊ multiplicare. Et Ben. xlij. quia iacob remisit filios in egyptū ait. Deus meus oꝑs faciat eum vobis placabilem. Et Exo. xv. Omnipotēs nomen eius. Et Thobie. xiij. nō est alius deus omnipotēs ꝓter eum. Et Judith. xvj. Deus omnipotēs tradidit holofernē in manu femine ⁊ confudit eum, Et Job. xiij. ad oꝑotentem loquar ⁊ disputare cum deo cupio. Et. xxiij. Deus emolliuit coꝛ meū ⁊ omnipotens cōturbauit me. Et Hester. xiij. Mardocheus oꝛās dixit ad deū. Domine rex oꝑotēs in ditione tua cūcta sūt posita: ⁊ nō est qui tue possit resistere voluntati, ⁊ sapiens Eccli. primo. Unus est altissimus creatoꝛ oīm oꝑs ⁊ rex potēs metuēdus nimis. ⁊ Apo. j. Ego sum alpha ⁊ omega p̄incipium ⁊ finis, dicit dominus deus qui est ⁊ qui erat: ⁊ qui venturus est omnipotens. Et Apocalypsis, iiij. Clamabant quattuoꝛ ani

UVA. BHSC. IyR_227

malia. Sctūs sctūs sctūs dñs deꝰ omps. Et Apoc. xv. Magna ⁊ mirabilia sunt opa tua deꝰ omps, Et. xvj. Audiui alterū angelū dicē tem. Etiā dñe deꝰ omps vera ⁊ iusta sunt iudicia tua. Sꝫ ꝓ hāc ꝓitatē instari pōt tripl'r.

Primo qꝫ deus nō potest omne possibile.

Scō qꝫ non pōt quodlibet impossibile.

Tertio quia in deo nihil est defectibile.

Primo instaꝫ ꝙ deꝰ nō sit omps ex eo qꝫ nō pōt omne possibile. Nā multa sūt possibilia agenti creato: vt posse pati: posse currere: posse peccare: posse mori: posse mētiri: que tñ nullo mō pōt deꝰ. ergo nō est omps. Ad hoc rīdet sctūs Boñ. di. xlij. primi. ꝙ sm pbi sententiā quedā sunt que dicūt potentiā ꝓtum ad modū dicēdi: dicūt tñ impotētiā a ꝑte rei, vt posse mori: posse corrūpi. Nā si interrogarem aliquem quid magis eligeret: an potētiā ꝫ habere moziendi aut illa priuari: rīderet. primus magis velle potentia illa carere. Propter hoc intelligendū notandū est ꝙ quedaꝫ sunt que posse est potentia simplr ⁊ pfecte, vt posse intelligere: diligere ⁊ opari. Quedā sunt q̄ posse est potētie: tñ impfecte. vt currere ⁊ ambulare. Isti em̄ actus dicūt simul actonem et passionē siue defectū in agente. Quedā q̄ posse est impotētie simplr, vt priuatiões: vt posse peccare: posse mori: ⁊ hmōi. Scōm hoc intelligendū ꝙ cū potentia dei sit potētia perfectissima: illa pōt deꝰ per se ⁊ in se que sunt potētie simplr: vt intelligere ⁊ opari. Illa vero que sunt impfecte potentie pōt quidē non in se: ꝫ per se pōt. Ex hoc qō est ibi perfectionis in se nō pōt ꝓpter illud qō est ibi impotentie ⁊ impfectiois que in eo non cadūt. Illa autē que sunt simpliciter impotentie nec pōt in se nec p se. Per se non pōt: qꝫ nihil est a deo qō nō sit a deo p se ⁊ imediate. Nec aūt qō ē defectus nō pōt esse in deo nec a deo: qꝫ deꝰ nō deficit in essendo nec in agēdo. Ideo Aug. vt recitat magister in textu: remouet a deo quat tuoz. f. mozi: falli: miserū esse: ⁊ mentiri. quia ista dicūt defectū ipꝰ hois. Nā quadruplex ē actus ⁊ quadruplex est potentia. Prima est potentia viuificatiua: ⁊ huiꝰ actꝰ est viuere, ⁊ ꝑtra hunc est defectꝰ mozi. Secūda est cognitiua: cuiꝰ actus est noscere, ⁊ ꝑtra hūc est defectus falli. Tertia est potentia affectiua: ⁊ huius actus est velle siue amare ⁊ delectari ⁊ cōtra hunc est miserū esse. Quarta est potentia opatiua: ⁊ huiꝰ actꝰ est agere, ⁊ cōtra hūc est vinci ⁊ superari. Ex his aūt quattuor genera sctū remouentur a deo, scz corpales siue instrumentales vt currere ⁊ ambulare. actꝰ cuꝰpabiles vt peccare ⁊ mentiri, actus passiui vt vinci ⁊ superari. actus defectiui vt mori ⁊ falli Et tales actꝰ habent potentiā cōiunctā defectui. Et sic ꝑz solutio obiectōis ꝑme. Scō instaꝫ ⁊ obijcit ꝙ deus nō sit oms: qꝫ nō pōt omne impossibile. Nam impossibile dr tripl'r vel sm naturā vt de ceco fieri videtē. vel sm tps: vt te nō fuisse ex quo fuisti. vel sm disciplinā: vt idē esse nigrū ⁊ albū. qꝫ ois scientia supponit illud principiū ꝙ duo oppōsita nō possunt esse simul vera. Sꝫ deꝰ nō pōt impos sibile sm naturā, qꝫ vt dicit Aug. in libro de ꝫa innocentia. Deus ita est oms vt nunq̄ rōni sue instituta euellat. Et idem Aug. sup Gen. ad litterā. Tam nō pōt deꝰ facere cōtra naturā quā bonā instituit: ꝙ̄ non pōt facere ꝑtra voluntatē suā. Nō pōt etiā deus facere impossibile sm tps: qꝫ vt inqt Hiero. ad Eustochiū. Cū cetera possit deus non pōt de coꝛrupta facere virginē. Quod dictū non est intelligendū quin deus possit reparare claustra sed quia que coꝛrupta est impossibile est non fuisse coꝛruptā. Item non potest deus impossibile sm disciplinā scz vt duo oppōsita sint simul in eodē subiecto, vt ꝑz oibus sapientibꝰ. ergo sequitur ꝙ deus nō sit omnipotēs. Respondet sctūs Boñ. ꝙ nos iudicamus aliqd impossibile quadrupliciter. Uno modo per limitationē naturalis potentie, vt virginē parere. Alio modo per limitationē nature intellectiue: vt duo coꝛpa esse simul in eodem loco vel idē coꝛpus esse in diuersis. vel maius coꝛpus esse in minori loco. que nullo modo possum̄ capere: cū nostra imaginatio semp dicat oppositū. Unde etiā quando deus fit facit in sacramento altaris: necesse est vt ratio supra se eleuetur ⁊ credat. Tertio modo iudicamus aliquid impossibile ꝓpter ꝓportionē ois existentie sm oēm comparationē, scz principij medij ⁊ vltimi, vt preteritū non fuisse preteritū. Omnis em̄ potentia que intelligit aliquid facere respicit ens vel in rōne principij vel termini vel vtroq̄ modo. Unde deus potest facere de ente non ens: ⁊ de nihilo aliqd ⁊ de vno aliud. Sed non potest de vno ente facere non ens, quia hoc nullius est potentie Quarto modo iudicamus aliquid impossibile sm illustrationem veritatis eterne ⁊ ordinem diuine sapientie. Nā ꝙ duo oppōsita in sint eidē ⁊ sm idē: hoc ipsa veritas eterna eo ipso ꝙ veritas est indicat ⁊ illustrat vt iudicet impossibile: sicut duo ⁊ tria non esse ꝙnq̄

UVA. BHSC. IyR_227

Quādo ergo dr ꝙ deꝰ nō potest quodlibet impossibile: quia non potest impossibile ꝑ limitationē naturalis potētie. Rñdemus ꝙ hoc est falsum sicut expientia docet in operibꝰ miraculosis. Et ad illud quod obijcit ex dictis Aug. dicendū, ꝙ est duplex ordo nature. specialis ⁊ generalis. Ordo nature spālis transmutari potest ⁊ destrui: quia potest in alterā differentiaz res relabi. Sed generalis nō sic Specialis ordo attendit ꝑm potentiā nature spālis. Generalis ordo ꝑm potentiam obedientie que est generalis. Cōtra hūc ordinem non facit deus sed cōtra alium. Quia vt Augu. xix. lib. de ciuitate dei ait. Illud est vnicuqꝫ rei naturale: quod de ipsa facere disposuerit omnipotētis volūtas. Et de hoc diffusius dixi in ꝑmone de miraculis in qōne. Utrum potentia dei in miracula faciendo sit ꝯtraria nature. Ideo sufficit nūc cōcludere ꝙ deꝰ pōt omne impossibile ꝑm limitationez nature qꝛ potentia dei non est limitata ꝫ infinita. ⁊ iō supra naturam. Secundo pōt deus quodlibet impossibile ꝑ limitationē nostre intelligentie: quia potentia eius superat nostrā intelligētiam. Ideo Basilius dicit ⁊ Hilarius. Plura potest deꝰ facere ꝙ intellectus possit intelligere. Qd Paulus etiam ad Epheꝫ. iij. confirmat dicēs. Potens est omnia facere superabūdanter ꝙ petimus aut intelligimus. Impossibile ꝟo tertio modo nō potest deus. quia illud facere est nihil facere. Et ideo cum ꝑteritum nihil sit: deus nō potest facere preteritum nō fuisse preteritū. Impossibile etiaz quarto modo nō potest deus: quia illud esset posse inordinata contra ordinē sapientie sue. Et qm̄ deus sic est omnipotēs vt nihil possit nisi qd suam potentiā decet: ⁊ nō deordinat sapientiā. ideo hec impossibilia non potest.

Tertio instatur ꝙ deus nō sit omnipotēs quia in eo nihil est defectibile. Si potētia eēt in deo: tunc eēt aliquod impfectum: quia ꝑm Aristotelē. ix. Metꝫ. Qualibet potentia melior est eius actus. Naz forma melior est materia: ⁊ actio ꝙ potentia actiua. est em̄ finis eius. Sed nihil est melius eo quod est in deo ergo nulla potentia sibi erit attribuenda. Ad hoc respondet Thomas parte ꝑma. q. xxv. ꝙ duplex est potentia actiua scilicet et passiua. Prima est principium agendi in aliud. Secūda est principium patiēdi ab alio. vt patet. v. Metꝫ. Potentia passiua non est in deo: sed actiua tantū: eo ꝙ sibi maxime competit esse principiuz actiuum: ⁊ nullo modo pati. Ideo ad auctoritatē Arist. dicenduz est ꝙ quando actus aliud est a potētia oportet ꝙ actus sit nobilior potētia. Sed actio dei non est aliud a potentia eius: sed est vtrunqꝫ essentia diuina. quia ꝑm Augustinū libro de fide ad Petrum. quicquid est in deo est ipse deus. Cōuenit igit omnipotentia ipsi deo ꝑm fidei sancte ⁊ scripturarum sacrarum dogmata. Et instantie pretacte cum iam sint solute ei preiudicare non possunt.

Qualr oipotentia dei est incōicabilis ⁊ tm̄ ab illa depēdet oīs alia potētia: ⁊ ipsa nunqꝫ deficiet ꝫ durabit in eternū Capl'm. II.

Secundum mysterium declarandum de potentia dei dicitur qualitas. In quo notabunt tres eius qualitates seu conditiones.

Prima dr incōicabilitas.

Secunda principalitas.

Tertia dr durabilitas.

Prima qualitas seu conditio potentie dei dicitur incōmunicabilitas. Naz lz deus multa dederit tam angelis ꝙ hoībus tamē nūqꝫ cōmunicauit omnipotentiā suā. Nā vt dicit dñs Boñ. dist. xiiij. tertij libri. Omnipotētia cōmunicari nō potest alicui creature: qa omnis creatura eo ipso ꝙ ex nihilo est deficit a summa stabilitate. vñ qꝛ nō existi per seipaz deficit a summa simplicitate: vñ qꝛ non agit per se totam deficit a summa immēsitate. vñ distare potest in ipsa virtus a substātia. ⁊ qm̄ per se non subsistit nec in se nisi sustentetur a diuina potentia: quoniam non potest seipaz sustinere. ideo impossibile est ipsam esse omnipotentem. Rursus quoniam ex seipsa tota non agit: nō potest in totam rei substantiam et ideo non potest esse omnipotens cum non possit totum producere. Postremo quia virtus eius distat a substātia tm̄ potest elōgari ꝙ oīno deficiet. vnde nō potest in oīa. Sicut ergo soli deo cōuenit summa stabilitas sūma simplicitas summa immēsitas: sic etiā omnipotentia: que necessario reqrit hec tria. Sed dubiū est de aīa xp̄i. an ei cōicata fuerit oīpotentia: qm̄ videtur ꝙ sic ex ꝟbis eius. Mat. vltimo. Data est mihi inqt oīs potestas in celo ⁊ in terra. Ubi glo. hoc non de coeterna patris deitate: sed de assumpta dicitur humanitate. Et iterum glo. super illud Lu. j. Hic erit magnus. d. Non ꝙ ante partum ꝟginis magnus non fuerit. sed quia potentiā quam dei filius naturalr habet: homo ex tempore erat accepturus. Verūtamen Richardꝰ de media

UVA. BHSC. IyR_227

villa in.iij.dis.xiiij.cōcordans cum Boñ.cete risq; theologis dicit ꝙ anima xp̄i nō est omnipotēs.q; omnipotētia includit actiuā potētiam infinitam intēsiue. In anima aūt xp̄i cū sit creatura nō est nec esse potest actiua potētia infinita intēsiue.q̄a cnz vnūquodq; agat ꝑm quod est in actu: ⁊ patiatur inq̄tum est ī potētia: q̄tū res habet de actiua potentia tātum habet de actualitate. Ergo potentia actiua infinita includit actualitatē infinitam in habente illā potentiā. Actualis aūt infinita in nulla creatura esse potest. q̄a omnis actualis creature cū passibilitate ꝑmixta est. Possumus tñ dicere ꝙ anime xp̄i cōmunicata sit omipotentia. eo modo ꝙ cōmunicatur ei nomen ⁊ existentia deitatis hoc est ꝑ cōicationē idiomatū: q̄a ortū habet ex ꝑsonali vnione. Sicut em̄ possunus dicere ꝙ homo est deus. ita possumus dicere ꝙ homo est omnipotens. Et sic intelligunt̄ glose supius allegate. ꝑm scz illū modum loquendi quo idiomata cōmunicantur. Scd̄a conditio seu qualitas potentie dei dicitur principalitas. Ipsa ei vna sola principalis ⁊ simgularis est potētia que a nullo dependet. a qua sunt omnes alie. Unde xp̄s in euāgelio Joh.xix. dixit Pilato Non haberes in me potestatē nisi tibi datum esset desuper. Et Paulus Ro.xiij. Non est iquit potestas nisi a deo. Que verba ponunt̄ xxiij.q.j.c. Quid culpat̄. Ideo nihil pōt creatura nisi qd̄ deus iubet vel sinit. Et tam diu potuerūt homines ⁊ poterūt dominari q̄diu sibi placuerit. Tertia cōditio diuine potētie dicit̄ durabilitas. Ipsa quidē est q̄ semper durabit ⁊ nō deficiet. Unde Danielis.vij. Potestas eius potestas eterna que nō auferetur. et regnum eius quod non corrumpetur. Et reuera ita est quando oīa regna mūdi q̄ potentissima olim fuere ad nihilum deuenere de q̄bus latius dicemus cū tractabimus de cōtēptu mundi.

Q̄ potentia dei cognosci pōt per creatōez ⁊ cōseruationē rerum ac per punitionē omnium maloꝝ tam angeloꝝ q̄ hoīm.

Capitulū III

Tertiū mysteriū cōtemplandum de potentia dei dicitur claritas. Nam licet sit infinita: tñ magnitudo eius in triplici effectu nobis declarat̄.

Primus dicitur creationis.
Secundus cōseruationis
Tertius punitionis.

Primus effect⁹ in quo declarat̄ nobis potentie dei magnitudo d̄r creationis. Nā totū hunc mūdum constat eius virtute esse factū Ipse em̄ deus potentia sua cuncta creauit de nihilo in quo admirari cogimur ineffabilem potentiam eius. Nam si omnes philosophi: omnes viri docti: omnes huius seculi sapientes: omnes deniq; reges ⁊ p̄ncipes terre: q̄t quot fuerunt vsq; in hanc horā. ⁊ quot sunt etiam ⁊ quot erūt vsq; ad cōsummationem mūdi congregarent̄ insimul ⁊ deliberarēt siue cōtenderent de nouo in esse ꝓducere vnuz minimū flosculū campi: aut minimū vermiculū terre: aut pisciculū aque. aut auiculam celi ꝓfecto laborarent in vanū. Et q̄s est qui creauit oīa: qui fundauit terrā. qui mari eaz circūdedit. qui cōdidit celos: solem ⁊ lunaz ⁊ cūcta sydera que sunt in eis: qui angelos et hoīes fecit ad beatitudinē ordīatos. Nempe dei potētia. O magne deus tibi nō immerito loquit̄ dd̄ in p̄s dicēs. Potens es tu ⁊ veritas tua in circūitu tuo. Tu dñaris potestati maris: motū aūt fluctuū eius tu mitigas. Tui sunt celi ⁊ tua est terra orbē terre ⁊ plenitudinē ei⁹ tu fundasti: aq̄lonem ⁊ mare tu creasti. Scd̄us effectus in q̄ relucet potentia dei d̄r conseruatio. Nam vt inq̄t Greg. Cūcta in nihilū tenderēt nisi manus cōditoris ꝯseruaret. Que verba ponunt̄ in tex. a magistro di.xxxvij.ij.li. Et sicut creaturas in esse cōseruat. ita cū vult illarū ꝓprietates immutat. Ip̄a eq̄dē potētia dei diuisit mare rubꝝ in diuisiones. Exo.xiiij. Ip̄a fuit q̄ tot signa oñdit ppl̄o iudaico in deſto. vt pz exo. in capl̄is sequētib⁹. Ip̄a tempauit ignē vt nō vreret pueros positos in fornace babylōis. Daniel.iij. Ip̄a deniq; supna potētia dei q̄scūq; miraculosos effect⁹ supnaturalr̄ est opata.

Terti⁹ effect⁹ in quo declarat̄ nobis magnitudo diuine potentie dicit̄ punitio. Puniuit semper eq̄dem qñ voluit de⁹ omnes inimicos suos. ⁊ null⁹ vnq̄ inuent⁹ est q̄ valuerit se ab illo defendere. Non angeli: nō hoīes qui confidebant ⁊ gl̄iabant̄ in v̄tute sua. Et q̄s angelos malos de celo empyreo: ⁊ de illa delitiosa habitatione p̄uatos omni beatitudine exire fecit? Potentia dei. Quis a terrestri paradiso primos homines qui imperabāt auibus celi. piscib⁹ maris. ⁊ bestijs terre ad hanc vallem lachrymarū eieit? Potētia dei. Quis gygantes potentissimos ⁊ robustos submersit in aquis diluuij? Potentia dei? Quis tot reges ⁊ tyrannos: tot malos homines crudeles et impios. quot in mundo sepius fuere

UVA. BHSC. IyR_227

vt Senacherib. Pharao. Holofernes. Antiochꝰ. Nero. Domitianꝰ. Julianus. Anthoniꝰ Seuerus. Cesar. Pompeius. Hannibal. & reliqꝫ extermiauit de terra. Potētia dei. Quis oēs hoies mūdi stare coget ante tribunal iudicātis rōnē de suis opibꝰ redditurꝰ. Potētia dei ⁊ miseri mortales. o ꝛmiculi. o pfum ptuosi pctōres an pfiditis in viribus vestris. Ut ignoratis q̄ magna sit potētia dei nostri Et cur illū ptēnitis. Cur eius p̄ceptis nō obeditis: cur eius monitis nō acquiescitis. Cur a peccatis q̄ sibi displicēt nō abstinetis. Humiliamini inq̄t Pet. j. epla. v. c. sub potēti manu dei vt vos exaltet: qm̄ q̄ se humiliat exaltabit ⁊ q̄ se exaltat hūiliabit. Ergo vt finis sit huiꝰ sermonis id agere vnusq̄sq̄ debz: vt considerata potentia dei reuertat ad pniam: ⁊ cū plebe collaudet illū q̄ patus est penitētibus liberaliter indulgere: p̄cedēs hic gram: ⁊ in futuro gloriā. in qua viuit ⁊ regnat deus: per infinita secula seculoꝝ. Amen.

Feria scōa post dn̄icam in q̄nquagesima, de timore dei q̄ est efficacissima medicina ad puertēdū pctōres ad pniam. Sermo. XVI.

Onis plebs vt vi

o dit dedit laudem deo. Luc. xviij. h verba scribūtur. Que dicta sunt in p̄cedētibus mouere debēt oim hoim corda ad deū vt oipotētē vt illū timeant ⁊ vereant. Qm̄ aūt paucissimi sunt q̄ eius timorē hūc sanctū habeant: idcirco in hoc sermōe de ipso erim tractaturi. Ipse eteni deū optime laudat qui eū vt decet timet ac colit. Namybi timor est ibi ⁊ fuga mali siue peccati: qz vt dicit Aug. super. x. c. Job. Timor est fuga mali spiritualis ne perdat homo qō amat. Ut igitur plenam de ipso habeamus noticiā tria principalia mysteria ꝓponimus declaranda.

Primum dicitur ratio.
Secundum distinctio.
Tertium duratio.

Cur deus qui summe bonus est ac totus suauis ⁊ dulc̄ timeri debeat ⁊ possit a nobis

Capitulum. I.

Primo ieiunij̃ pdest corpori ipm refrenã do. Nam nullũ remediũ est ita efficax ad rep̃ medũ carnis rebellionẽ ad spm̃ sicut macerare t affligere illam t potissimũ p ieiunij̃. Et ꝯs non indigeat tali medicina quando oñes pungũtur vexant t agitant stimulo carnis. Jõ Paul⁹.j. Cor. ix. dicebat. Castigo corp⁹ meũ t in seruitutẽ redigo. Et hoc Hiero. ad rusticũ monachũ iqt. Vas electiõis i cui⁹ pectore xps sonabat: macerat corpus suũ: t subijcit seruituti: t tñ cernit naturalẽ carnis ardore sue repugnare spiritui: vt quod nõ vult hoc agere cõpellat t quasi vis patiẽs vociferat. t. d. Miser ego hõ quis me liberabit de corpore mortis huius: t tu te arbitrgris abscꝫ lapsu t vulnere posse trãsire nisi oĩ custodia seruaueris cor tuũ. Et idẽ in epla ad Furiam de vidualitate suãda. Apostolus inqt macerat corpus suũ t aie subijcit impio⁹ne quod alijs p̃dicauit ipe nõ seruet. Et tu adolescẽtula seruãte cibis corpe de castitate secura es. q. d. non Et idẽ in epla ad Eustochiũ. t ponit in. c. Si paul⁹. xxxij. q. v. Si paul⁹ inqt apls vas electionis t pparatus in euangelio xpi ob carnis aculeos t incẽtiua viciorũ reprimit corpus suũ t seruituti subijcit: ne alijs p̃dicãs ipe reprobus efficiat. t tamẽ videt aliã legem in mẽbris suis repugnãtẽ legi mẽtis sue et captiuãtẽ se in lege peti. Si post nuditatem se iunia fames carceres flagella supplicia in semet reuersus exclamat. Jnfelix ego homo ꝯs me liberabit de corpore mortis huius: tute putas securam esse debere. Jn epistola vero ad Saluinianam de nebridio t viduitate idẽ Hiero. sic loqtur. Sicut trasci hoim est t iram nõ pficere xpiani. sic omnis caro cõcupiscit ꝯdꝫ ea que carnis sunt: quibus dam illecebris ad mortiferas animẽ voluptates trahit. Sꝫ no strũ est voluptaꝫ ardorem maiore xpi amore restringere t lasciuiens tumentum frenis inedie subigere vt nõ libidinẽ: sed cibos que rat ac desideret t sessorem spũsanctũ moderato atꝫ composito portet incessu. Quorsus ista? Et hominẽ te esse noueris: t nisi caueas passionibus humanis subiacere. De eodẽ cũcti facti sumus luto ijsdem cõpacti ex ordijs t in cerico t pãnis eadem libido dominatur. Nec regum purpuras timet nec mendicorum spernit squalorem: mei iusꝫ est stomachum te dolere ꝯ mentẽ imperare corpori ꝯ seruire gressu vacillare ꝯ pudicitia. Et in epla ad Demetriadẽ. virg. idẽ. d. Jgnita sunt diaboli iacula que simul vulnerãt t inflammant: t a rege babylonis tribus pueris preparant: sed quõ ibi quartus spẽm habẽs filij dei intẽsos mitigat ardores. sic in animo virginali rore celesti t ieiunioꝝ frigore puellaris calor extinguit t humano corpori angelorũ cõuersatio pparat. Jtem in epla ad Eustochiũ sic refert Sollicite puidẽdũ est ut quos saturitas a paradiso expulit esuries reducat: nõ ꝯ deus intestinoꝝ nostrorum delectet rugitus: ꝙ ꝯ alit pudicitia tuta eẽ nõ possit. Propterea t ipe Hiero. in seipo ostendit quod alijs p̃dicauit. Ei⁹ verba sunt ad Eustochiũ loquẽtis. Quotiẽs i heremo cõstitut⁹ t in illa vasta sollitudine q̃ exusta solis ardoribus horridum monachis prestat habitaculum putabã me romanis interesse delitijs sedebã solus: quia plen⁹ eram amaritudine. Horrebant sacco mẽbra deformi. t squalida cutis situs ethiopisse carnis obduxerat. Quottidie lachrymꝫ: quotti die gemitus: t si quãdo repugnantem somn⁹ imminens oppressisset: nuda humo vix ossa herentia collidebã. De cibis ho t potu taceo cum etiam languẽtes monachi aqua frigida vtanꝫ t coctum aliquid accepisse luxuria sit. Ille igitur ego qui ob gehenne metũ tali me carceri damnauerã: scorpionum tm̃ socius t ferarum sepe chorus intererã puellarũ: pallebãt hora ieiunijs: t mẽs desiderijs estuabat t in frigido corpore: t sic ea iam carne p̃mor tuo: sola libidinũ incẽdia bulliebant. Jtaqꝫ oĩ auxilio destitutus ad iesu iacebam pedes rigabam lachrymis t crine tergebam: t repugnãtem carnẽ hebdomadarũ inedia subiugabam. Nõ erubesco confiteri infelicitatis mee miseriã q̃n potius plango nõ esse qõ fuerim Memini me clamantẽ diem crebro iunxisse cum nocte: nec pus a pectoris cessasse ũberibus ꝯ rediret dño imperãte trãquillitas. Jpaꝫ quoꝫ cellulã meã quasi cogitationũ mearuꝫ conscientiã pertimescebam. Et mihimet ipi⁹ t rigidus solus deserta penetrabam. Sicubi concaua vallium aspera montiũ rupium pe rupta cernebam: ibi mee orationis locus. Et vt mihi testis ẽ dñs post multas lachrymas post celo oculos inherentes nõnun ꝯ videbar mihi interesse agminibus angelorũ. hec Hieronymus. Sed quid de alijs oibus ſcis dicã Nonne p abstinẽtiã afflictionẽꝫ ieiuniorũ superauerũt luturiã. Ecce de alijs taceam dicam tantum quod de beato Francisco scribit

UVA. BHSC. IyR_227

in sua legēda. d. Boñ. Jnčt em̄ sic attēdēs illud apli. ꝯbū. Qui aūt sunt xpi carnē suā crucifixerūt cū vitijs ⁊ cōcupiscētijs. Ut crucis armaturā iugit suo ferret in corpe tāta discipline rigiditate sensuales appetitus arcebat vt vix necessaria sumeret sustētationi nature Difficille nāq; fore dicebat necessitati corpis satisfacere ⁊ pnitati sensuū ñ pere. Propter quod cocta cibaria sanitatis tpe vix admittebat ⁊ raro. Admissa ꝯo aut cōficiebat cinere aut cōdimēti saporē admixtione aque vt plurimū reddebat insipidū. De potu vini quid dicam cū de aqua duz sitis estuaret ardore vix ad sufficiētiā biberit. Patet ergo q̄ p ieiunium corpus anime inimicū maxime refrenatur. Scōo pdest ieiuniū corpori ipsum sanādo. Nam visum est per experiētiā q̄ magis pdest sanitati corpis abstinentia moderata ꝙ̄ nimius ⁊ excessiuus ciboꝝ vsus. Quinimo vt plurimū ex gula oēs egritudines euenire solent. Unde de ꝑse. di. v. c. Ne tales. dicitur. Morbi saturitate nimia concitant. Et Señ. ad Lucillum sic ait. Medicina quōdā pauca rum scia fuit herbarū quibus sisteret fluens sanguis vulnera coīret paulatim. Deinde in hanc puenit tam multiplicem varietatē. Nec est mirū tunc illam minus negocij habuisse: firmis adhuc solidisq; corpibus ⁊ facili cibo nec p artem voluptatēq; corrupto qui postq̄ cepit nō ad tollēdam: ꝫ ad irritandam famē. quare inuēte sunt mille ꝺditure quibus adhibitis excitaret. Que desiderantibus alimenta erant onera sunt plenis. Unde pallor ⁊ nervoꝝ vino marcentiū tremor ⁊ miserabilior ex cruciatibus ꝙ̄ ex fame macies. Unde incerti tabentiū pedes ⁊ semp quasi in ipa ebrietate titubatio. Unde ⁊ in totā cutez humor admissus distentusq; venter dum male assuescit plē cape ꝙ̄ poterat. ⁊ tandem concludit multos morbos multa fercula fecisse. Et Jobes os aureum de ꝑse. di. v. in. c. Nihil. hoc ipm confirmat di. Abūdātia morbū facit ⁊ molestias igerit ⁊ egritudines gñat. Jdeo Hiero. cōtra Jouinianū ait. Egrotanti tibi nō alit sanitas restituitur nisi tenui cibo victuq; castigato que dieta ōr. Et idem Hierony. in .c. Legim⁹ de ꝑse. di. v. Legim⁹ quoddā morbo articulari et podagre humorib⁹ laborātes: pscriptione bonoꝝ ad simplicē mensam ⁊ paupes cibos redactos cōualuisse. Caruerūt em̄ sollicitudine dispensande domus ⁊ puellarū als epularuz largitate que corpus frangūt ⁊ aiam. Tertio pdest ieiuniū corpori ipsum fortificando. Nam moderata ieiunia ex ꝓnti corpa magis sana ⁊ magis robusta reddūt. Et si dicaf hoc nō ee verū qm̄ p ieiunia debilitanf corporis vires. Sm illud ps. Benua mea infirmata sf a ieiunio. Rñdere possumus qō Paulus dicebat. ij. Cor. xij. Cum infirmor tunc fortior sum eo q̄ infirmitas ⁊ debilitas corpis reddebat eū fortem ⁊ pmptum ad dei obsequia.

Scōs ieiunij fructus ōr tempalis prodest em̄ adhuc triplr tempozaliter.

Primo placando.

Scōo liberando.

Tertio impetrando.

Primo pdest tpalr placādo deū: qñ irat⁹ ppter pcā populi tempali flagello eos pcutere cōminaf. sicut ptz Jone libro p totum de Niniuitis. de qbus ita ait Hiero. li. ij. contra Jouinianū. Niniue ciuitas magna iram dei ieiunioꝝ miseratione retrozsit. quā vticz Sodoma atcz gomorra placassent si penitentiaz agere lachrymascz pnie fundere ieiunio patrocināte deum cōciliare voluissent. Addisus liquidē fuit ad niniuitas ionas. ⁊ audierunt illi vocē ei⁹ ⁊ timuerūt deū ⁊ ieiunātes ⁊ ozātes irā ei⁹ placuef. Scōo pdest hoi ieiuniuz tpalr liberādo. ſ. a picuf ⁊ aduersitatib⁹ hui⁹ scli sicut pz de mulī q̄ ieiunātes ob reuerētiā ꝺ̄ginis ⁊ alioꝝ sctoꝝ liberati sf a mlī picuis celi fre ⁊ marū. Tertio pdest ieiunū tpalit ipetrādo. ſ. tpalia bñficia vt pluuiā tpe siccitatis: sanitatē tpe infirmitaf: serēitatē tpe ibrū pacē tpe guerraꝝ ⁊ fil'ia. Tertij fructꝰ ieiunij ōr spūalis. Prodest em̄ spūalr triplr.

Primo clarificando.

Scōo cibando.

Tertio glorificando.

Primo pdest clarificādo. nā ad pspicacitatē ⁊ puritatē oronis ⁊ ꝓplationis miro mō disponit. Nōne lectio oro pdicatio ieiuno sto macho melꝰ capiūf ⁊ exercef. Dic Hiero. Jouinianū ait. Dāiel atcz tres pueri iterpratōem sōnioꝝ ieiunio reuelant pasticz legumi bus pudētiozes ⁊ pulchriozes iueniūf. Ꝫ ille Jobi euāgeliste i ysula pathmos ieiunāti reuelata sunt secreta celestia. Apli ieiunātes spūsancti lūme sf illustrati. Act. ij. Scōo pdest ieiunū spūalr cibādo. Cū em̄ mēs fuerit illūnata ⁊ dine ꝓplationi intēta ex ꝓnti del ectatōe spūali mebriaf. Tertio pdest ieiunū spūalr glificādo: qz p illud introducimur i beatā vitā. sicut helias post ieiunū raptus est in celū ij. Reg. ij. Jn huius aūt mysterium post ieiunij quadragesimale statim resurrectionis ce

UVA. BHSC. IyR_227

lebratur gloria. Ergo anima feruẽti vnusq̃q; ꝑ suã facultatẽ suã hodie ieiunũ incipiat: vt sic in fine adipiscat eternã gloriã. Amen.

Feria quinta post diẽ cinerũ de vsu & laudibus sanctissime oronis. ℞ eos qui dicũt nõ esse orandum: neq; ꝑ bonis acquirẽdis: neq; ꝓ malis euitandis. Sermo. XIX.

Cessit ad eum Centurio rogans eũ.

Notanꝺ hec verba Matth. viij. c. & in euãgelio hodierno. Promptissimus deus semp est ad liberaliter exhibendũ nobis bñficia sua. q̃ ideo sepe nõ accipimus: qz negligẽtes sumus ad fiducialiter postulandũ. Nã qui petit accipit: & q̃rit inuenit: & pulsanti apiet. vt ỏz Lu. xj. Et vtiq; satis clarũ est in hystoria sancti euãgelij die hodierno recitati in q̃ cõmemorat sanitatis denũ a xpo collatũ puero Centurionis paralytico & male habẽti. ℞ vtiq; xps fecit cõmotus fidelibus ꝑcibus Centurionis humiliter eũ deꝓcãtis. Qm̃ aũt apud aliquos incredulos & indeuotos oronis vsus vilis & inutilis reputat: idcirco in pñti sermone de cõmendatiõe & laudibus oronis erimus tractaturi vt sic ois vere penitẽs audeat cũ Centurione clamare securius ad dñm iesum xpm. Notabimus ergo tria ꝑ que principaliter ostendem⁹ vsum orationis commẽdabilem esse, & in hac vita omnibus conuenire.

Primum dicitur ꝓtrarioꝝ debilitas.

Secundum dicitur sanctoꝝ dignitas.

Tertium dicitur omnium indigentia.

Cõfutatio debilitũ rõnum quas pleriq; ad ducere solent ad ostendendum ꝙ sit superfluum orare. Capitulum. I.

Primũ quo oñdit cõmẽdabilis vsus oronis ỏz ꝓrioꝝ debilitas. Nam qui dicũt nõ esse orandũ: neq; ꝑ bonis acquirẽdis: neq; ꝑ malis amouẽdis: assumunt ad defensionẽ errozis sui triplicẽ rõnẽ. videlz

Prima est diuine prouidentie.

Secunda diuine permanentie.

Tertia diuine clementie.

Prima rõ est diuine ꝓuidẽtie. Dicũt enim ꝙ facta nra & ista oia inferioza nõ regunt a ꝑuidẽtia dei. & ex pñti pspa & aduersa bona et mala ab ipo nõ ꝓuenire. Si aũt interrogent a q̃ ista gubnant: aliq; rndebũt ꝙ a fato alia q̃ ꝙ a fortuna. aliq; ꝙ a nulla ꝓuidẽtia: si venirent sic. Primi dicũt ꝙ oia ista q̃ in ℔ mundo fiũt: & q̃ hoiꝫ accidũt veniũt a fato: noie fati intelligendo influentiam celi & planetaꝝ ℈ quã asserũt oia regulari. Et huius opinionis fuit Ouidi⁹ q̃ in li. de tristi⁹ dixit. Rõ fatuꝫ vicere nulla valet. Idẽ ꝓfirmauit Sen. in tragedijs. d. Fac̃ agimur credite fac̃. q̃q; agit mortale genus venit ex alto. Et de ꝓsolatiõe ad Paulinũ di. Mutare fata non possumus stãt dura & inexozabilia. Et lucan⁹ li. vj. inq̃t Preceps agit oia fatuꝫ Nec medij dirimunt morbi vitãq; necẽq;. Et Iuuenal⁹ satyra. viij. Seruis regna dabũt captiuis fata triũphos Et Tullius li. j. de diuinatiõe. Fato oia fiunt Et ãntilianus in declamatiõibus. Fato viut mus languem⁹ qualescimus morimur. Medicina quid ꝓstat nisi vt vita nemo desperet. Inde est ꝙ quidã astrologi ingerũt se ad iudicandũ de futuris euẽtibus hoim: de vita et moꝛibus regũ. de pace & guerris populoꝝ. de diuitijs & pauꝑtate: de fecũditate & sterilitate vtozũ. de honozibus & dignitatibus acquirẽdis: & filibus. q̃si ista oia dependẽtiã habeãt sicut a causa necessaria: ab infl uẽtia planetarũ & celestiũ corꝑoꝝ. Et ex ℔ versum est in ꝓuerbijs inter vulgares: ꝙ nõ iuuat ozare deũ cũ iã diffinitũ sit: q̃d vnusquisq; aut boni habere aut mali pati habeat. Cõtra quos Aug. li. v. de ciui. dei. c. j. sic ait. Prozsus diuina ꝑ uidẽtia regna ꝓstituunt humana. q̃ si ꝓpea quisq; fato tribuit quia ipsam dei voluntatẽ vel potestatem fati noie appellat: sniam tenet: linguam corrigat. Cur enim nõ hoc primuꝫ dicat: qõ postea dicturus est: cũ ab illo quisq; quesierit q̃d dixerit fatũ. Naz id hoies qñ aiunt vsitata loquẽdi cõsuetudine nõ intelligunt nisi vim positiõis syderũ: qualis est qñ quis nascit siue ꝓcipitur. qõ aliqui a dei voluntate alienãt. aliq; etiã ex illa hec pendere cõfirmãt. Sed illi q̃ sine dei volũtate decernere opinãtur fidera. q̃d agamus vel quid bonoꝝ habeamus maloꝝ ve patiamur: ab auribus oim repellẽdi sunt. nõ solũ eoꝝ q̃ verã religionẽ tenent: ℈ qui deoꝝ qualitũcũq; ls falsoꝝ volũt eẽ cultozes. Hec enim opinio q̃d agit aliud nisi vt nullus oino colaꝛ aut rogetur de⁹. Et paulo inferi⁹ subdit. Quale deinde iudicium de hoim factis deo relinquit: q̃b⁹ celestis necessitas adhibetur cũ dñs ille sit & fidẽ & hoim: hec ille. Si q̃s vero obijceret ꝙ astrologi ꝓsepe ꝛa dicũt: audiat Aug. ꝓfati. li. c. vij. di. Nõ imerito credit cũ astrologi multa vera respondeãt & occulto instintu fieri spirituũ non bonoꝝ: quoꝝ cura est has falsas & noxias opiniones de astralibus fatis inserere humanis mẽtib⁹ atq; firmare. Ideo friuola est

UVA. BHSC. IyR_227

mathematicoꝝ ſnia q̄ nos noſtroſq; ſucceſſ⁹ aſtris ſubdere molliūf. Scōi aſſerūt oia ifra inferiora moueri ad imperiū foꝛtune ⁊ diſpo ni. Unde Plutarchus li. de remedio ire d. ⁊ in ducit Euripidē ſic loquentē. Deus magna re git. parua ꝺo in foꝛtune manib⁹ derelinquit Hanc foꝛtunam rudes hoies ⁊ idolatre gen tiles deam quādā eſſe putauerūt. Unde La ctan. li. iij. Crediderūt inquit populi foꝛtunā quandā deam eſſe res humanas varijs caſi bus illudentem: quia neſciebāt vnde ſibi aut bona aut mala venirēt. Hos tñ ſic opinātes Aug. li. iiij. de ci. dei. c. xviij. ſic deridet. Foꝛtu na dea puraſ ⁊ colif. Certe oēs deos vtriuſq; ſexus: ſi ⁊ ſexū habent: non niſi bonos exiſti mare debemus. Hoc plato dicit. hoc alij pbi hoc excellētes reipublice populoꝝq; rectoꝛes Quō ergo dea foꝛtuna aliquādo bona eſt: ali quando mala. An foꝛte qñ mala eſt dea non eſt: ſed in malignū demonē repente cōuertiſ. Sed Ariſt. li. ij. Phi. dicit foꝛtunā eē cauſaꝫ p accidēs in agētibus ſm ꝓpoſitum. Et tunc vt dicit Tho. in. ij. ſumme cōtra gētiles. ⁊. d. Boñ. di. xxxvij. ſecūdi li. Licet aliq̄d ſit cauſa le vel foꝛtuitū reſpectu agenꝭ particularis vt pote particularis nature ⁊ intellectus creati: nihil tñ eſt caſuale aut foꝛtuitū reſpectu pai dētie dei: a qua omnia ꝓuiſa ſunt ⁊ ꝓordina ta. Tertij cōtendūt ꝓuidentiā dei nullā eſſe circa iſta inferiora ⁊ hoim facta: ꝙ oia curre re ſic ſine vlla ꝓuidentia regulāte. Qui erroꝛ pniciioſiſſimus eſt ⁊ dānaf: tum rōne: tū auctoꝛitate. Et ly multe rones ad ꝺ poſſent in duci. ramē dicā eam quaꝫ Tho. ponit in. iij. ꝺ gentiles. c. lxiij. Ait em̄ ſic. Impoſſibile eſt ꝙ aliqua nō cognoſcētia finē operent ꝓ pꝛ finē ⁊ ordinate ꝓuentāt in ipm̄: niſi ſint mota ab aliquo habente finis cognitionē: ꝙ oia coꝛpo ra naturalia mouent ⁊ opant ꝓpter finem li cet illū nō cognoſcāt. Ergo opꝫ ꝙ tota opera tio nature ab aliqua cognitōe ordinef. Pre terea oia q̄ ſunt natura diſtincta in vnū ordi nē nō ꝓueniūt niſi ab vno ordināte colligāf in vnū. In vniuerſitate aūt reruꝫ ſunt res di ſtinctas ⁊ ꝺiuas naturas habentes que tamē in vnū ordinē cōueniunt. Ergo opꝫ ꝙ vn⁹ ſit vniuerſoꝝ ordinatoꝛ ⁊ gubernatoꝛ. Sunt ad hoc etiā ſcꝑture ſacre ⁊ auctes. Ait ei ſapiēs Sap. xiij. Tua aūt pꝛ ꝓuidētia cūcta guber nat. Et Eccl's. v. Ne dicas coꝛam angelo tuo nō eſt ꝓuidentia. Et Mat. vj. reprehendens ꝛps imoderatā ſollicitudinē coꝝ q̄ diffidunt gubernari poſſe a deo, oſtendit qualiter ipſe ꝓuidētia ſua decoꝛat terrā floꝛibus: paſcitꝫ aues ⁊ volucres celi. Ideo Zach. li. ſ. di. iuſti. ꝺ dei ꝓuidentiā negantes: ſic pulchꝛe loquiē Suſcepto igiſ illuſtrāde ꝛitatis officio: non putaui adeo neceſſariuꝫ ab illa qōne initium ſumere q̄ videf ꝑma eē natura ſit ne ꝓuiden tie q̄ rebus oib⁹ cōſulat an foꝛtuitu vel facta ſint oia vel gñanf. Cui⁹ ſnie auctoꝛ eſt demo critus confirmatoꝛ. Epicur⁹: q̄s tñ ceteri pbi ac maxime ſtoici acerrime retulerūt: docētes nec fieri mundū nec cōſtare niſi ſumma rone potuiſſe. Sꝫ ⁊ Marcus Tullius ꝙ achae demice diſcipline defenſoꝛ eſſet: de ꝓuidētia gubernatrice reruꝫ ⁊ mīra ⁊ ſepe diſſeruit: qō facit: tū in oibus pbie ſue libꝛis: tuꝫ maxime in his q̄ ſunt de natura deoꝝ. Nec difficile fa ne fuit paucoꝝ hoim ꝓtaua ſentientiū redaꝛ guere mendacia: ceteris pbis in hac vna re non diffidētibus. Nemo em̄ eſt etiā tā rudis tam ferꝛ moꝛibus q̄ oculos ſuos in celū tol lens: tāetſi neſciat cui⁹ ꝓuidētia dei regaf ꝺ omne qō cernif: non aliquā tñ eſſe intelligat ex ipaꝝ motu magnitudie pulchꝛitudine vti litate tempatōe nec fieri poſſe q̄n ſilud quod mirabili rone cōſtat conſilio aliq̄ maioꝛe fit inſtructū. hec ille. Dicim⁹ ergo ⁊ catholice te nem⁹ ꝙ oia reguntf ſm ꝓuidētiā dei q̄ bona vel mala hoiꝺ iuſte diſtribuit ſm ꝙ iudicat melius conuenire. Scōa rō quare dicunt aliqui nō eſſe ordandum eſt diuine ꝓmanentie Dicūt em̄ ꝙ ly oia fiant ſm diuinā ꝓuidētiā cum ipa nihil aliud ſit q̄ ipe deus: ⁊ deus ſit immutabilis. ſm illud Nume. xxiij. Non eſt deus quaſi homo vt mētiaf neq; vt filiꝰ hoꝺ minis vt mutef. Et Malach. iij. Ego dns et nō mutoꝛ. Et Jaco. j. Apud quē nō eſt tranſ mutatio. Et Aug. in lib. de natura boni. So lus deus imutabilis eſt. Ergo ſi diſpoſuit bn facere hoibus indigētibus abſq; ꝛone illoꝝ illud implebit. Et ſi deliberauit mala aliqua impartiri: nō ꝓpter ꝛones ceſſabit. Sꝫ ꝛtra iſtos eſt auctoꝛitas Piere. vbi deus ſic loquit tur. Repente loquar aduerſum gentem ⁊ ad uerſus regnū vt eradicē ⁊ deſtruam ⁊ diſper dam illud. Si pniam egerit gens illa a malo ſuo: quod locutus ſum aduerſum eā: agam et ego pniam ſup malo quod cogitaui vt face rem ei. Et ſubito loquar de gente ⁊ de regno vt edificem ⁊ plantē illud. Et iterum Ezech. xxxiij. deus. d. Si diſtero iuſto ꝙ vita viuet. ⁊ confiſus in iuſticia ſua fecerit iniquitatem: omnes iuſticie eius obliuioni tradentur: ⁊ in iniquitate ſua quaꝫ operatus eſt moꝛietf. Si

UVA. BHSC. IyR_227

aūt dixero ipso morte morieris: & egerit peni
tētiā a pcō suo vita viuet & nō morief. Et ꝺ
est qō ōz. xxij. q. iij. c. Unusqsq. Ipe ꝺns fre
quēter suā mutat sniam. & in. c. cō mutabilis
idē hr. & de pe. di. j. c. nouit. Nouit ꝺns muta
re sniam si tu noueris emēdare delictū. Ex q̄
bus ꝟbis pz q̄ ꝑm q̄ nos mentē nr̄am & vo
lūtaria opa siue in bonū siue in malū dirigi
mus ita & ipe sniaz suā aut reuocat & imutat
aut exequit sine sui imutatōe. Nāyt dicit pbs
viij. phi. & xj. metha. Deus est mouēs oia im
mobilis. Et Boeti⁹. Stabilisq; manēs das
cūcta moueri. Jō dicit sctūs Boē. di. viij. pri
mi lib. ar. ij. q. j. q̄ diuina essentia est imuta
bilis. Nā nō mutat locoz: q; vbiq; est. nō tpe:
q; eternitas simul est. nō fozma: quia pure e
act⁹. Ubi mutatione ꝑm fozmā tollit simplici
tas. ꝑm tps tollit eternitas. ꝑm locū tollit im
mēsitas & ideo i deo est sūma stabilitas. & ide
omis motus causalitas. Sine sui tacq; mu
tatione pduxit de⁹ in tpe mūdū. Sine sui mu
tatione carnē nr̄am assumpsit. Sine sui etiaz
mutatōe peētib⁹ & ozantib⁹ sua dona largit
Nāyt ināt Tho. ij. ij. q. lxxiij. ar. ij. ex diuina
puidētia nō solū disponit q̄ effect⁹ fiāt: sed
etiā ex quib⁹ causis & quo ordine pueniant.
Inter alias etēm cās sunt etiā quozūdā effe
ctuū cāe act⁹ hūani. Ubi opz hoies agere aliq̄
nō vt p suos act⁹ diuinā dispositione imutēt
ꝟyt p act⁹ suos impleāt quosdā effect⁹ ꝑm oz
dinē a deo dispositū. Et idē etiā est in natu
ralib⁹ causis. Nā neq; q̄ plātat est aliquid ne
q; q̄ rigat. ꝟ q̄ incremētū dat de⁹: vt ōz i. c. cū
nō fit in hoie. ex̄ de decimis. & tū si hō nō plā
tat aut nō semiat. de⁹ nō dat incremētū. Si
mile ē de ofone. Nō em̄ ꝓpt̄ hoc ozam⁹ vt di
uinā dispositionē imutem⁹. ꝟ vt illud ipetre
mus q̄ de⁹ disposuit mediātib⁹ ofonib⁹ nob
donare. vt Greg. dicit. j. diał. li. Tertia ratio
quā assumūt negātes & dānātes ofonis vsū
est diuine clemētie. Deus inquūt clemētissi
mus est & liberalissimus. ideo cū nosceat oia
quibus indigemus. nō opus est ofonibus ab
illo ea petere. q; vt inquit Seneca. Nulla res
charius emit⁹. q̄ que precib⁹ empta est. Ideo
summe liberalitati eius nō conuenit benefi
cia prestare rogatus. Ad hoc rndet Aug. ad
probū de ozando deū. q̄ de⁹ multa nobis ex
sua liberalitate prestat nō petita. Sz q̄ aliq̄
vult prestare nobis petentib⁹. hoc est ꝓpter
nostrā vtilitatē: vt scz fiduciā quādā accipia
mus recurrendi ad deū. & vt recognoscam⁹ eū
esse bonoz nostroz actoz. Et sic interimus
tur oēs obiectiōes suptadicte quibus ofonis
vsus impugnabat: q; debiles sunt & nullius
roboris aut nocumēti.

Qō vsus ofonis cōmendat auctoritate et
exemplo sanctoz veteris & noui testamēti et
ꝑcipue dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Capl'm II

Secundū quo commēdabilis ofonis
vsus ōz est sanctoz dignitas. Oēs
etēm scti verbo pariē & exeplo ozare
nos docuerūt. Unde dō in ps. xxxvj. ofonez
cōmendās ait. Subditus esto dn̄o & oza eū.
et ps. v. Qm̄ ad te ozabo dn̄e: mane exaudi
es vocē meā. & ps. xxxiij. Exāstiui dn̄m & exa
audiuit me: & ex oībus tribulatōnibus meis
eripuit me. & sapiens Eccl'i. xxxv. Oratio hu
miliātis se nubes penetrabit. & Tho. xij. Bo
na ēoko cū iciunio. & Piere. xxxiij. Clama ad
me & ego exaudiā te dicit dn̄s. & j. Petri. iij.
Omnes vnanimes in ofone estote. et Jac.
v. Ozate pro inuicē vt saluemini. & doctor gē
tiū Paulus Rom̄. xij. Spe gaudentes: & tri
bulatione patientes: ofoni instātes. & j. Cor.
vij. Uacetis ofoni. & Phil'. iiij. Nihil solliciti
fitis. sed in omni ofone et obsecratione cum
gratiarū actiōe petitiones vestre innotescāt
apud deum. & Col'. iiij. Orationi instate vigi
lantes in ea. & j. Timoth. ij. Uolo viros oza
re in oī loco: leuantes puras manus. et. j.
Thessal. v. ltimo. Sine intermissione ozate. &
ꝟ in euāgelio Lu. xj. Petite & accipiet: q̄ri
te & inuenie: pulsate & aperiet vobis. & Lu.
xviij. Oportet semp ozare & non deficere. et
Luce. xxij. & Matth. xxvj. Uigilate et ozate
ne intretis in tētationē. & Marthei. xiiij. c.
Ozate vt nō fiat fuga vestra in hyeme vl sab
bato. & Marci. xiij. Uidete vigilate et ozate.
Et quod docuerūt sancti verbis: ope comple
uerūt: tacq; ozando amplissima dei munera
ꝑ petrauerūt. Unde Sēn. xxv. ysaac depcatus
est deū pro vxore sua Rebecca eo q̄ eēt ste
rilis qui exaudiuit eū: & dedit rebecce conce
ptuz. & Exo. viij. & x. et. x. c. Orauit moyses ꝑ
amotione plagarum ab egypto & exauditus
est. lz illi mali essent. & Exo. xvij. In bello qō
habuerūt filij israel cōtra Amalechitas plus
fecit Moyses ozando q̄ Josue pugnando.
et Exodi. xxxij. capl'o. Post adoratiōem vi
tuli quando videbatur dominus velle delere
popnlum: moyses per ozationis instantiam
obtinuit veniam. et Numeri. xj. capl'o. Per
ozationem Moysi absorptus est ignis qui de
uozabat castra murmurantium. et Numeri
xij. capl'o. Per ozationem Moysi curata est

UVA. BHSC. IyR_227

Maria a lepra. Et Nu.xxj.per orationē etiā moysi liberat⁹ē ppl's a serpētib⁹. Et.j.Reg. j.Anna que sterilis erat orauit dñm ⁊ cōcepit ⁊ peperit filiū ⁊ vocauit nomen eius Samuel:eo ꝙ a dño postulasset eū.⁊.j.Regum vij.Orante Samuele filij isrl' debellarūt philisteos.⁊ Thob.vj.Raphael angelus monuit thobiā iuniorē ne demones haberēt ptātez in eum vt oraret.Et Judich.iiij.Tempe ꝑsecutionis Holofernis filij israel orabāt deum vt visitaret ppl'm suum.et Judich.iij.Armis orōnis munita illa mulier vidua caput āputauit holoferni.⁊ Esa.xxxviij.Orantem cuz lachrymis ezechiā exaudiuit deus ⁊ addidit diebus eius annos q̄ndecim.Et Dañ.xiij.c. Susanna per orōnem liberata est a criminatione falsa ⁊ damnatiōe mortis.Et Jone.ij. De ventre piscis per orōnem ad littus maris adductus est ionas.et.j.Mach.xj.c.Uidens Jonathas ꝙ oēs exceptis paucis dereliq̄rūt eum pugnantē cōtra alienigenas:scidit vestimenta sua ⁊ rogauit dñm ⁊ postea miaz obtinuit ⁊ victoriā.Et.ij.Mach.iij.Onias sūmus pontifex oranit pro Heliodoro diuina virtute grauit' flagellato:eo ꝙ voluerat erarium expoliare.Deus autē illi vitaz donauit Quid referam de orōnibus apostoloꝝ: aliorumq̄ sanctoꝝ qui orando tot mira fecerūt. Sed omnibus dimissis breuitatis causa: ad xp̄um est deueniendū.De ip̄o siquidē dicitur Marci.j.Abijt in desertum locuz ibiq̄ orabat.et Lu.vj.Erat pernoctans in orōne del, et Lu.ix.Facta est dum oraret spēs vultus eius altera.⁊ Lu.xxiij.⁊ Matth.xxvj. legit' ad patrem orasse.⁊ ad Heb.v. de ipso dicit'. Cum clamore valido ⁊ lachrymis exauditus est pro sua reuerētia. Sed circa hoc nōnulli dubitant cur xp̄s orauit.cum Augnst. dicat lib.de correptione ⁊ gratia.Nemo querit ab alio quod ꝑ se potest.sed xp̄s oīa poterat per se,ergo nihil debebat ab alio petere nec orare.Ad hoc rñdet Boñ.di.xviij.tertij libri.ar. ij.q.j.ꝙ decens fuit ⁊ cōueniens orare xp̄m ꝓpter tria.Primo ꝓter meritū.Secundo ꝓpter exemplum.Tertio ꝓpter argumentū Primo ꝓpter meritum quia sua petitione et postulatione merebat' nobis qui minus idonei eramus ad susceptionem beneficioꝝ dei. Secundo orauit ꝓpter exemplum.scilz vt in seip̄o inuitaret nos ad orōnis studium.in cuius exercitio maxime superat' aduersarius. Tertio orauit ꝓpter argumentū.vt ostendedret se esse verum hominē ⁊ vere a deo missum.Petere ergo ⁊ orare competit christo ꝑm naturam assumptam.Et sic soluitur quod dicebatur in contrarium.Concludēda est ergo hec secunda pars principalis nostri sermonis in qua probatum est ꝑ exempla ⁊ auctoritates sanctorum ꝙ orationis exercitium apprime est cōmendabile.

Q̄ omnes indigent auxilio dei ad acquirēdam beatitudinem:ad vitanda pericula:⁊ad bona tempalia impetrāda. Capl'm III

Tertium quo ostendemus ad orationem omnes obligari debere dicitur indigentia.Omnes etem̄ cuiuscūq̄ status gradus ⁊ conditionis existant: egent a deo adiuuari maxime quantum ad tria.

Primo quantum ad beatitudinem acquirendam.

Secundo q̄tum ad pericula vitāda.

Tertio quantum ad temporalia bona impetranda.

Primo indigent omēs a deo adiuuari quātum ad beatitudinē acquirendam:eo ꝙ nullus illam viribus ꝓprijs aut virtute valet adipisci.Ideo vnusquisq̄ orare debet cū Petro dicente.Dñe salua nos.qr vt inquit p̄s.Gratiam ⁊ gloriam dabit dominus.Secundo indigent omnes a deo adiuuari propter pericula euitanda:quibus fragilis nostra conditio subiecta est.Et de his sic eleganter loquitur Aug.xxij.li.de ci.dei.c.xxij.Sed preter pueriles penas sine quibus disci non potest quod maiores volūt:qui vix aliquid vtiliter volūt quot ⁊ quātis penis genus agitet' humanū que nō ad malicia m nequitiāq̄ iniquoꝝ. sed ad cognitionē pertinēt miseriāq̄ cōem:quis vllo sermone digerit?Quis vlla cogitatiōe cōprehendit quantus est metus:quāta calamitas ab orbitatibus atq̄ luctu a dānis ⁊ a dānationibus a deceptionibus ⁊ mēdacijs hominū:a suspitiōibus falsis:ab omnib⁹ violentijs facinoribus ⁊ sceleribus alienis. quādoquidē ab eis ⁊ dānatio ⁊ captiuitas ⁊ vincula ⁊ carceres:⁊ exilia ⁊ cruciatus ⁊ amputatio mēbroꝝ:⁊ priuatio sensuū ⁊ oppressio corporis ad obsceuā libidinē opprimētis explēdā ⁊ alia multa horrēda sepe cōtingūt?Quid ab innumeris casibus qui forinsecus copori formidant' estib⁹ ⁊ frigorib⁹:tempestatib⁹ imbribus illuuionibus: coruscatione tonitruo grandine:fulmine:motibus:hiatibusq̄ terrarū:oppressionib⁹ ruinarū:ab offensiōib⁹ ⁊ pauore.vel etiā malicia iumētoꝝ:a tot venenis fructuū:aquarū:aurarū,bestiarūq̄ ac ferarū

UVA. BHSC. IyR_227

vel tm̄mō molestijs: vel etiā mortiferis mor
sibus a rabie q̄ ꝯtingit a rabido cane vt etiaꝫ
a blanda ⁊ amica suo dn̄o bestia nōnunq̄ ve
hementius ⁊ amarius: q̄ leones: draconesq̄
metuat: faciatq̄ hoīeꝫ quē forte ꝯtaminaue
rit cōtagione pestifera: ita rabiosum vt a ꝑen
tibus filijs ⁊ ꝯiuge peius oī bestia formidet.
Que mala patiunt nauigantes Que terrena
itinera gradientes. Quis ambulat vbicunq̄
nō inopinatis subiacēs casibus. De foro qui
dā domū rediēs sanis pedibus suis cecidit pe
dē fregit: ⁊ ex illo vulnere finiuit hanc vitam
Quid videt sedente securius. De sella in qua
sedebat Hely sacerdos cecidit ⁊ mortuus est
Agricole imo vero oēs hoīes quot ⁊ q̄tos a
celo ⁊ terra: vel a ꝑniciosis aīalib⁹ casus me
tuunt agroꝝ fructibus. Solēt tn̄ de frumētis
tandē collectis ⁊ recōditis esse securi. Sed q̄
busdā qd̄ nouimus ꝓuentū optimū frumen
toꝝ fluuius improuisus fugientibus hoībus
de horreis eiecit atq̄ abstulit Cōtra millefor
mes demonū incursus q̄s in innocētia sua fi
dit. Qn̄ quidē ne q̄s fideret etiā paruulos ba
ptisatos q̄bus certe nihil est inocētius aliqn̄
sic vexāt vt in eis maxime deo ista finēte mō
stretur huius vite flenda calamitas: ⁊ alteri⁹
desiderāda felicitas. Iam v̄o de ip̄o corpore
tot exeunt morboꝝ mala: vt nec libris medi
coꝝ cuncta ꝯprehensa sint: in quoꝝ pluribus
ac pene oībus etiā ad iumenta ipsa ⁊ medica
mēta tormēta sunt: vt hoīes a penarū exitio
penali eruant auxilio. Et licet in p̄fata aucto
ritate multa dixerit Aug. ꝓpter que null⁹ vi
uere securus debet nisi q̄ cōfidit in deo. Nos
tn̄ diebus nr̄is tanta vidimus euenisse q̄ me
rito fatuus reputari posset q̄ ꝑ or̄ones ad dn̄i
auxiliū nō ꝯfugit. Tēpore nāq̄ iubilei anno
dn̄i. M.ccccl. regnāte Nicolao q̄nto pōtifice
maximo hora. xxiij. cū ingēs multitudo ppl̄i
euntis ⁊ redeūtis ꝯgregata esset apud pontē
sub castro sancti angeli: adeo intra sese existē
tes ibi cōpressi sunt vt illis excepti q̄ in flumi
ne cadētes submersi sunt ducētoꝝ ⁊ septē ho
minū suffocatoꝝ in pōte predicto corpa sunt
inuēta. Tpe Alfonsi regis arragonie ⁊ vtri
usq̄ sicilie ex nocturno ⁊ repētino terremotu
in ciuitate Neapolitana: alijsq̄ ciuitatib⁹ re
gni ⁊ terris ruētib⁹ ex improuiso domibus ⁊
edificijs multa milia hoīꝫ periere. Anno dn̄i
M.ccccl.xv. in dn̄ica de passione in ciuitate.
Venetiarū p̄ter morē in lacunis illis nauicu
le plurime submerse sunt: multisq̄ vtriusq̄ se
xus ꝑiter naufragiū passis. Noui ⁊ ego epm
Brixien̄. q̄ morsu caniculi sui quē ī camera de
tinebat: post quadraginta dies in rabiē v̄sus
extinctus est. Noui ego nō vnū sed plures q̄s
fulgur de celo veniens ex improuiso vita pri
uauit. Vidi tot ⁊ tanta ꝑicula q̄ si illa enu
merare vellē longissima ꝓfecto tēpoꝝ spacia
occuparē. O vita labilis. o vita innumerabi
libus periculis circūdata. o vita misera ⁊ la
boriosa in qua nullus securus esse pōt nō ꝑꝑ
diuitias: nō ꝓpt celsitudinē gradus: nō ꝓpt
amicoꝝ copiā: non ꝓpter acutā prudentiam
Ideo hoc vnū nobis dꝫ esse singulare refugiū
vt orātes recurramus ad deū. Tertio indi
gēt hoīes a deo adiuuari q̄tū ad bōa tꝑalia
impetrāda q̄ etsi tanq̄ p̄ncipalia petēda non
sint. vt Aug. inq̄t ad Probā. postulari tamen
pn̄t tanq̄ quedā admicula quibus adiuua
mur ad tendendū ad beatitudinē inq̄tū. s. ꝑ
ea vita corꝑalis sustentat: ⁊ inq̄tū nobis or
ganice deseruiūt ad actus virtutuꝫ. vt etiam
ph̄us dicit in. i. ethicoꝝ. Centurio etem̄ ora
uit ꝓ sanitate pueri ⁊ exauditus est. Acceda
mus ergo ⁊ nos cum ipso orantes deum om
nipotentē ⁊ or̄onibus insistentes: vt dignet
nobis salutem anime. deinde si ei placuerit et
corporis impartiri: concedens hic gratiā suā
⁊ in futuro gloriam. Amen.

Feria sexta post diem cinerum. de cōditio
nibus que requiruntur in orationibus vt de
bito modo fiant. Sermo. XX.

Rate. Verba sunt

o domini nostri iesu xp̄i in euāgelio ho
dierno. Matth. v. c. Puto multos ex
his qui audierunt considerauerunt q̄ diligen
ter ea que diximus in sermone precedenti iaꝫ
deliberasse de cetero feruentius solito oratio
ni vacare. Sed scire vellent qualiter orandū
est vt oratio ipsorum non sit inanis ⁊ infru
ctuosa. Ea ꝓpter hodierna die de modo ora
tionis aliqua: ⁊ quidem necessaria declarare
curabo. Nam audiuimus xp̄ꝫ saluatorem in
verbis in themate allegatis ad or̄onem nos
exhortantem. vt ergo voci eius promptiore
animo vnusquisq̄ parcat ⁊ obediat: triplicē
modum in oratione obseruandum ostende
mus.

Primus modus dicitur expressionis.
Secundus modus dicitur attentionis.
Tertius modus ordinationis.

Qualiter in or̄one necessaria est vocalis ex
pressio vt in pluribus: ⁊ quare nō sufficit ora
re tantum mentaliter. Capitulum. I.

UVA. BHSC. IyR_227

Primus modus qui seruādus est in orone dicit expssionis.qr debet orās exprimere voce qd gerit in corde.sm illd ps. Voce mea ad dnm clamaui voce mea ad dnm deprecat⁹ sum. Effundo in conspectu eius orone meā:⁊ tribulationē meā ante ipz pnuncio. Et Matth.vj. Xpus docuit orantes voce dicere. Pr nr ⁊c. Et ad inflāmandū fideliū corda que rerū varietate satis mouēt sctā eccl'ia vltra oronem dnicā hymnos.ps. ⁊ alias diuinas laudes in officijs in quibus oratur deus statuit decantari. Sed cōtra hoc argui pōt ꝙ oratio nō dz esse verbo aut voce expssa. Sunt ad h auctoritates sctōꝝ doctorū. Vn Amb.li.de sacris. Qn oras inqt noli vbis clamare. Et glo. Matth.vj. In fide interiori orat de⁹:nō strepitu labioꝝ:s deuotione vtutuz. Et Isidor⁹ li.de sūmo bono. Oro cordis est nō labioꝝ. Nō em verba depcātis de⁹ attēdit:sed orantis cor inspicit. Et Aug. in li.de sermone dni in monte. Vos aūt cum oratis introite in tabernacula vestra. q sunt ipsa corda. Et iterū ibidem ait. Claudendum est ostiū.i.corporali sensui resistenduz:vt oro spūalis dirigatur ad patrē que fit in hymnis cordis vbi pater orat in abscondito. Et iterū ibi. Agere debemus apud deū:nō verbis: sed rebus quas aio gerimus cū deuotione pura ⁊ simplici affectu. Et Aug.ad Probū. Multū loq in orādo est rē necessariā supfluis agere vbis. Et Grego. Veraciter orare est amares in cōpūctione gemitus nō cōposita vba resonare. Ergo sm tātoꝝ doctoꝝ documēta nō videt in oronevox fore necessaria. Rndēt ad hāc difficultatē tollendā. Alexā.de halis in.iiij.volumine sūme.q.xl.mē.ij.in diuersis ar.⁊ Ric.in.iiij.dist.xv.ar.iiij.q.v.⁊ Tho.ij.ij.q.lxxxiij.ar.xij.ꝙ duplex est oro. Prima est cōis q.s.fieri hz p ministros eccl'ie.in psona toti⁹ ppli q ad horas dicēdas obligantur vt in.c.psbyter ex de cele.mis. Et talis oro dz innotescere ppl'o p quo offert vt excitet ad deuotionē. Jō clerici q obligant ex statuto ecclesie⁊ religiosi q tenēt ex voto regule aut statutoꝝ vigore dicē horas:debēt illas voce expmere etsi qn cōtigat vt extra choꝝ p se illas psoluāt tā alte debēt vba pferre:vt ipi saltē intelligāt qd loquūt ⁊ vbi pus.c.dolētes.reprehēdūt illi q sincopisando ⁊ sine deuotiōe diuinū offm celebrāt. Scda est oro singularis.s.q offert ab hoie inqtum est singularis psona:siue oret p se:siue p alio. Et quis nō sit necessariū talē orationē esse sensibili voce; tn vox ei adiungitur triplici ratione.

Primo ratione deuotionis excitande.
Secundo ratione reuerentie exhibende.
Tertio ratione affectionis explicande.

Primo rōne deuotiōis excitande. vt scz p vocē ⁊ verboꝝ sonū cor excitet ad deuz magtimendū:colendū:diligendū:siue desiderādū Ex quadā em nāli vnione aie ad corpus motus corpis diuersimode aie affectōes excitāt ⁊ affectiones aie maxime si sint fortes diuersas mutatiōes faciunt in corpe. Jō cū qnqz ⁊ qsi sepius ꝯtingat ꝙ orare volētes: ⁊ ppter pōd⁹ carnis ⁊ ppt occcupatōes seculi:⁊ ppt diaboli tēptamenta:mentē habeant aridā insipidā debilē:⁊ de deo parū cogitātē: aut certe nihil adiūgēda est taliū oroni vox viua in qua nomiat magnus ⁊ excelsus bonus:pius clemēs:misicors:⁊ hmōi vt p talē plationē euigilent quasi sensus interiores. Jdē dico de genu flexionibus de pstratiōe ad terrā de tōsionibus pectoris.⁊ silibus. Nō indiget his q oim corda scrutat ⁊ videt:sed ideo fiunt vt p tales mot⁹ gestusqz corpis:torpor mentis excitet:⁊ mēs magi inflāmata efficacius per orationē vniat deo. Scdo adiungitur vox orationi rōne reuerētie exhibēde.vt.s.deo reuerentiā impendam⁹ nō tm corde:sed etiam lingua.qm vt ait.Joh.Dama.in.iiij.li.qr ex duplici natura cōpositi sum⁹intellectuali.s.⁊ sensuali duplicē honorē debem⁹ deo offerre: scz spūalē ⁊ corpalē. Si tn in casu adeo quis esset in ꝯtemplatiōe pfect⁹ ꝙ vocalis oratio remitteret interiorē feruorē:tunc nō esset vocaliter orādū oratione singulari. Tertio adiungit vox oroni rōne affectionis explicāde. Nam ex abūdātia cordis os loquit.vt dicit Matth.xij. Qnqz ita feruet interius anima itaqz inflāmatur in dei amore:aut humiliat in ei⁹ timore:aut obligat in ei⁹ recordatione beneficioꝝ:ꝙ quasi vim patiens in vba prūpere cogit. Sicut legit de btō Frācisco:quez semel audiuit btūs frater Leo eius socius et ꝯfessor p longū spaciū in oratione eleuatū a terra clamantē ⁊ dicētē. Quis es tu ⁊ q sum ergo. Et dū hec eadē verba sepius replicaret suspirabat lugebat:⁊ totus videbatur liqfactus amore. Nā vt ipse postea interrogāti eū fratri Leoni pdicto qui cū explorauerat retulit pdicta verba.ideo sic dixisse:quoniā in corde suo taz pfunda versabat sui cognitio sue scilicet paruitatis ⁊ dei magnitudinis a quo ipe paruulus et minimus tam copiosa beneficia susceperat;sperabatqz se vberiora susce-

UVA. BHSC. IyR_227

pturū ꝙ ex vehemētia animi cū admiratione deū compellebat laudare ⁊ bñdicere dicendo sibi. Quis es tu deus meus ꝙ nullo indiges i quo est oīe bonū. ⁊ ꝙ sum ego ꝙ nihil boni habeo nec hre possum nisi tu de⁹ me⁹ dederis ꝙ es tu ꝙ teipm etiaz mihi dare promitt⁹. Et multa alia bulliebāt in corde eius ꝑpter quæ ꝛba ꝓdicta ingeminabat. Sil'r dñs Ber. milles ⁊ doctor de assisio ꝙ fuit pmus quē sanct⁹ Frācisc⁹ traxit ad xpm anteq̄ mūdū reliquisset inuitasset⁹q; quod á sero in domo sua pauperē Franciscū. Cū in pma vigilia noctis obseruasset cū ꝙd faciebat. audiuit eū in oone positū cū suspiriis ⁊ lachrymis sepi⁹ replicāte. De⁹ meus ⁊ oia: de⁹ me⁹ ⁊ oia. Jn qb⁹ verbis vt ipe postea declarauit dño Ber. ꝑfudissime ꝓplabat excessum maiestat⁹ diuine ⁊ infinitā bonitatē summi dei.

Qui oone necaria ē attētio ꝑm vim pme intētois: ⁊ q̄liter b mō oro est fructuosa licz nō sit per oia attenta. Caplm II

Ecūdus mod⁹ ꝙ ꝑuādus ē in oone ꝛ attētionis. Debet nāq; oratio q̄ tum fieri pōt esse attēta. qm vt dicit Viero. ⁊ ponit de ꝑse. di. v. c. Non mediocrit Nō ꝛbis tm. ꝫ corde orandus est de⁹. Qua ꝓpter melior ē q̄dq; psalmor decāratio cū cordis puritate ac serenitate ⁊ spūali hylaritate q̄ psalterij modulatio cū anxietate cordis atq; tristitia. Et ad b facit. c. nūq̄. de ꝑse. di. v. ⁊. c. qñ. de ꝑse. di. ſ. Et ad idez sunt apl'i ꝛba. ſ. Cor. xiiij. dicētis. Nā si orem lingua spūs me⁹ orat: mēs aūt mea sine fructu ē. ꝙd ergo est. Orabo spū orabo ⁊ mēte. Bz satis durū hoc videt qñ etiā ⁊ sanctiviri orates mētis euagatione patiunt. ꝑm illū. ꝑs. Cor meum dereliquit me. Quō ꝙ ꝙ impfecti sūt potest orando semp esse attenti. Et si oratio sit ne attētione in fructuosa ē: qs poterit orādo mereri. Jdcirco ad hoc clare intelligēdū tria sunt notāda ꝑm Ric. q. vſ. Tho. ar. iij. ⁊ Alexā. ar. v. vbi s. Primo notādū ꝙ si adsit intentio debita ⁊ actualis in ꝓncipio oonis vocalis q̄uis postea nō ꝓcomitet. tū oro vocalis est meritoria ⁊ impetratiua p ꝛtutē pme intētionis. nisi interrūpat postea p intētionē ꝛriaz. sicut cū aliq̄s ex bona intentione icipit pegrinari vel elemosynā dare. tor⁹ actus sequēs meritor⁹ est ꝛtute pme intētionis. quā uis cesset sua intētio actualis. Scōz notādū ꝙ triplex est oonis effect⁹ pmus merēdi. ⁊ ad hūc effectū nō ex necitate reqrit ꝙ attentio adsit oroni p totū. ꝫ vis pme inteptionis sufficit vt dictū est. Scōs effect⁹ impetrādi. ⁊ ad hūc etiam sufficit intētio vt in pmo.

Tertius effect⁹ est spūalis delectādi in ꝙtū orans spūali delectat ꝓplatiōe dei ⁊ ad talem effectū necessaria est attētio. ⁊ q̄to maior est: tāto maior delectationem ⁊ spūalez gustū sentit ille q̄ orat. Si tñ aliq̄s hoc gustu bona intētione orās eo ꝙ nō esset attentus etiā contra voluntatē suā gauderet. non ꝓpterea tanq̄ infructuosam oronem relinqre debet: qm rarissimi sunt qui orādo semp possint mentē attentā hre. Jdeo dr in legēda sci Bern. ꝙ quadā vice cū ipe equitās in timere cuidā rustico obuiasset: materia fit se offerente de cordis istabilitate in oone. Bern. conq̄stus est. Q̄ rusticus audiēs mox eū desp̄exit ⁊ in oronb⁹ suis cor fixū ⁊ stabile dixit se hre volens aūt Bern. eū cōmcere ⁊ a sua temeritate coercere dixit. Sequestrare parūper a nobis ⁊ tota qua poteris attētione oronez dñicā inchoato: q̄ si fine aliqua cordis euagatione finiri poteris equū cui insideo. paulo dubio tibi dabo. Tu aūt mihi in fide tua spōdeas ꝙ si aliq̄d ibidem cogitaueris. hoc aliq̄tenus nō mihi celabis. Letat ille ⁊ tanq̄ se lucratū iam reputās audacter secedit. Et se ipsum recolligēs oronem oīcam dicere inchoauit. vix aūt oronis expleuit dimidiū: ⁊ ecce importuna cogitatio de sella cordi suo se ingerit vtrum habere eam debeat cū iumēto Q̄ ille aduertens concitus ad Bernardum rediit: ⁊ quid in ipa oone sollicite cogitauerit indicauit: ⁊ de se vt pus temere non ꝓsumpsit. Tertium notandū ꝙ triplex est attentio que oroni vocali potest adhiberi. Una quidem qua attēdit ad verba ne quis in eis erret. Secūda qua attendit ad sensum ꝛborum. Tertia qua attendit ad finem oronis ꝛz ad deū ⁊ ad rem ꝓpter quam orat⁹ que est maxime necessaria. ⁊ hanc habere possunt ēt idiote. Quicūq; ergo ad oronem accedit ea intentione vt honoret deū ꝛzq; orādo sibi subiiciat ⁊ cōmendet si dolēs ⁊ male ꝓtetus mēpatit vagationē nō pdit oronis fructū q̄tū ad affectū meriti impetratōis: licz priuet effectu delectatōis. Jdcirco deponendi sūt scrupuli ⁊ extremitates cōscientie quibus nōnulli diabolo instigāte deuicti ab oone desistūt existimātes eo ꝙ attēti nō sunt in vanū oration⁹ vacare.

De ordine in oone seruando: et qualiter possumus rogare sanctos tanq̄ intercessores et aduocatos nostros. Caplm III

UVA. BHSC. IyR_227

Tertius modus in oratione seruādus dicitur ordinationis. Debet oratio eē ordinata vt orans intendat impetrare a deo omne donum quod postulat. quia vt inquit p̄s. Gr̄am ⁊ gl'iam dabit dn̄s. Sanctis vero preces sunt porrigende tanq̄ intercessoribus ⁊ aduocatis nostris apud deū. Nā vt inquit. Boñ. di. xlv. quarti libri. Deꝰ instituit ⁊ voluit ꝙ sctōs rogaremꝰ triplici ex cā.

Prima propter nostram inopiam.
Secunda propter dei reuerentiam.
Tertia propter sanctorum gloriam.

Prima propter nostrā inopiā siue in contemplando siue in amando siue in merendo. Sumus inopes in contemplando summā lucem que ip̄e deus est. Sumꝰ inopes in amādo: qꝛ miser homo magis qn̄q̄ sentit se affectū ad vnū sanctū q̄ ad ip̄m deū. Sumꝰ inopes in merēdo: eo ꝙ exigua sunt ⁊ parua merita nostra. Ideo deus voluit nos rogare sanctos vt in ip̄is eū cōtemplemur. vt ꝑ ip̄os fiduciā habeamus: ⁊ ꝑ eoꝝ merita indigentiā nr̄am suppleamus. Secūda causa est ꝓpter dei reuerentiā. vt homo peccator ad deum quasi ꝓ reuerētia nō audens cōfugere imploret auxiliū amicoꝝ eiꝰ. Tertia causa est ꝓpter sctōꝝ gl'iam: vt ip̄e deꝰ glorificet̄ in sanctis suis: quoꝝ amore deuotis eoꝝ gratias: dona ⁊ bn̄ficia plurima dignat̄ cōferre. Neq̄ audiendi sunt illi qui dicūt superfluū esse ad sanctos per or̄ones confugere: qn̄ eccl'ia sanctis or̄ones porrigere ꝯsueuit Quinimo quotidie experimur quātū ꝓdest nobis deuotionem sanctis dei exhibere. de quibꝰ dicitur in p̄s. Leuaui oculos meos in mōtes: vnde veniet auxiliū mihi. Pijs nāq̄ sanctoꝝ precibꝰ ⁊ precipue virginis gl'iose liberati sunt multi a periculis maris. Alij ab vlceribꝰ ⁊ egritudinibus desperatissimis sanati. Alij a diaboli temptationibus penitus mūdati. Alij ab infamijs ⁊ criminibꝰ falsis plene purgati. Alij a varijs diuersisq̄ tribulationibꝰ ⁊ angustijs ad quietē ⁊ tranquillitatem perducti. Narrēt ista qui experti sunt. Dicant deuoti sancti Nicolai. sancti Frācisci. sancti Anthonij. sancti Bernardini. sancti Petri martyris ⁊ alioruꝫ sanctoꝝ quid acceperūt: quid obtinuerunt illos inuocando. Clament pijssime virginis fideles deuoti quot munera dei ad inuocationē nois marie abūdanter impetrauerunt. De qua Bern̄. ait. In ꝑiculis in angustijs mariā cogita mariā inuoca. Ergo simus prompti ⁊ fiducialiter orando inuocemꝰ sanctos: quoꝝ patrocinio obtinere poterimꝰ hic gr̄am et in futuro gl'iam in q̄ua viuit deꝰ trinus ⁊ vnus ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amen.

Sabbato post diem cinerū de impedimentis contrarijs orationi: propter que orantes non exaudiunt̄. Sermo XXI

Erat enim vētus contrariꝰ eis. Scribunt̄ hec v̄ba Marci. vj. ⁊ in euāgelio hodierno. Conquerunt̄ plurimi ⁊ q̄dem absq̄ vlla ratiōe ꝙ in suis or̄onibus nō exaudiūt̄ a deo: nec impetrāt orādo qd̄ volūt. Sꝫ nō itelligūt ꝙ vt Aug. inq̄t. xvj. q. j. c. decime. Bn̄facere semꝑ deus paratꝰ est: sed hoim malitia prohibet̄. Cessante ergo ex parte hoim defectu: non est correpta ad dandū manꝰ oīpotētis dei liberalissima. Querit nanq̄ ip̄e vt sua beneficia eroget mētes nr̄as bn̄ dispositas. Unde naufragiū timētibus discipulis in nauicula constitutis: sicut in euāgelio hodierno legit̄ xp̄s dixit. Confidite. Nā ꝓpterea iminebat eis periculū ⁊ ꝯriebant̄ vēti: qꝛ erat cor eoꝝ obcecatū: nec vt decebat ꝯfidebāt in v̄tute magr̄i sui. Sic ⁊ orātibꝰ euenire solet ꝙ qn̄q̄ nō exaudiunt̄: qm̄ non orant cum ea spe et fiducia quam habere debēt in benignissimo deo. Verūtn̄ vt magis quietet̄ animꝰ eoꝝ qui dolēt ꝙ eoꝝ preces deus nō implet: in presenti sermone de impedimētis or̄onis erimꝰ tractaturi. videbimusq̄ qualia sint īpedimēta que cōtrariant̄ orātibꝰ ne exaudiant̄. sicut venti cōtrariebant̄ in mari discipulis. ⁊ notabimꝰ tria p̄ncipalia impedimēta.

Primū dicit̄ iniusticia.
Scd̄m dicit̄ iniquitas.
Tertium dicit̄ impatientia.

Qd̄ ꝓpter iniusticiā vel orātis vel or̄onis vel eorum ꝑ quibus orat̄ qn̄q̄ deus or̄ones non exaudit. Capl'm I

Primū impedimētū q̄re multotiēs deus nō exaudit orātes d̄r iniusticia. que triplex esse potest.

Prima est ex parte orātis.
Scd̄a ex parte orationis.
Tertia ex parte eius ꝑ quo orat̄.

Prima iniusticia est ex parte orātis: quādo orās adeo est iniustus vt exaudiri nō mereat̄. Sed pro clariori noticia querit̄ vtrum pctōres impetrēt aliquid a deo suis orationibus? Et arguit̄ ꝙ non ex verbis scripture. Scribit̄ nāq̄ Esaie. j. Cū extēderitis manꝰ vestras auertam oculos meos a vobis, ⁊ cū

UVA. BHSC. IyR_227

multiplicauerit oratione nō exaudiā. manꝰ eñ vestre sanguine plene sunt. Et Esa. lix. Ecce non est abbreuiata manꝰ dñi. vt saluare ne queat: nec aggrauata est auris eius vt nō exaudiat: sed iniquitates vre diuiserūt inter vos et deū vestrum: et pcta vra abscōderūt facie eius a vobis ne exaudiret. Manus eñ vre sāguine pollute sūt: et digiti vestri iniquitate. Labia vra locuta sunt mendaciū: et lingua vra iniquitatē fatur. Et Iere. Trenoz. iij. Nos inique egimus et ad iracundiā puocauimꝰ te: idcirco tu es inexorabilis. Et Dauid in. ps. Iniquitatē si aspexi in corde meo: nō exaudiet dñs. Et puer. xxviij. Qui declinat aures suas ne audiat legē: oratio eius erit execrabilis. et Job. ix. Sciāꝰ qz pctores deꝰ nō exaudit. et Chrysō. sup Mat. Qui orat et peccat: nō orat deū sed deludit. et puer. xv. Loge est dñs ab ipius et orones iustoꝝ exaudiet. Et ptra est auctoritas Chrysō. qui sic glosat dictū xpi Luc. xj. Omnis qui petit accipit: siue iustꝰ siue pctor Et ad idē Aug. sup Jobez ait. Si pctores nō exaudiret deus: frustra publicanus dixisset. Deus ppitius esto mihi peccatori. Rndeo p huius dubij solutōe sequēdo Alex. in. iij. volumine sūme vbi. s. q. xcj. mē. iij. q orātes homines in triplici varietate pñt inueniri. Naz aliq̄ sz valde pauci iusti sunt. i. fine pctō mortali. et oro eoꝝ potētissima ē vt oftēdemus in sermone de vsu orois in ipo Moyse. et iō Jaco. v. dz. Multū eñ valet deprcatio iusti assidua. Aliqui sunt pctores obstinati: q diutius in malo perseuerantes nō sevoluerunt corrigere: a deo vocati non se voluerūt emendare: obdurauerūt corda sua spernētes dei iudicia Vñ cum quādoq; ppter suā duritiē dei manū eos castigantē sentiāt. i. tribulatōe positi clamant. Dne dne. et dñs auertit faciē suā ab eis q̄bus dicit illud puer. j. Vocaui et renuistis. extendi manū meā et non fuit qui aspiceret. despexistis omne cōsiliū meū: et increpatiōes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vro ridebo: et subsannabo vos cū vobis q̄ timebatis aduenerit: cū irruerit repētina calamitas et interitus quasi tēpestas igruerit: q̄n venerit supvos tribulatio et angustia: tūc inuocabūt me: et nō exaudiā: mane cōsurgēt et nō inueniēt me. eo q exosam habuerint disciplinā

perit paradisi. Et de pe. dist. f. c. Multiplex mia dei. Leo papa inqt, Mediator dei ⁊ hominū xps iesus: hāc ppositis ecclesie tradidit ptātes vt ꝑfitētibus pnie satisfactionē darēt et eadē salubri satisfactiōe purgatos ad cōionem sacramētoꝝ p ianuā recōciliationis admitterēt. Et idem in ꝓmonib⁹. Non remanet in iudicio cōdēnāduꝫ quod fuerit confessione purgatū. Ex ꝺbus collgit ꝙ penitētes ad cōfessionē sunt obligati. Sed contra posset ꝺs arguere. Primo ꝺa nullus tenet manifestare inhoneſta corpis sui; ergo multo minus nec anime. Secundo ꝺa vt dicit Amb. sup Lucā. Petrus doluit ⁊ fleuit: quia erranti vt homo nō inuenio quid dixerit: scio ꝙ fleuerit. Lachrymas lego: satisfactionē nō lego. Et Chrysostomus ait. Lachryme lauant delictum quod voce pudor est cōfiteri. Tertio arguit ꝺa si eēt necessariū homines cōfiteri sacerdoti: nō videret esse nisi ad taxādā emendā pcti. Sed homo pōt sufficienter taxare emendam ꝓ peccato suo. ergo videt ꝙ confessio nō sit necessaria. Rēspōdet ad hec Ric. in. iiij. dist. xvij. ar. ij. q. j. dicens ad primū. Q̄ inhoneſta corpis expedit aliquādo manifestare medico ad sanitatem consequendam. iuxta illud Boetij. Si operam medicantis expectas oportet vt vulnus detegas. Sic etiam inhoneſta anime manifestēda sūt sacerdoti tanq̄ medico spirituali. Ad secundum vero dicit Ric. ꝙ multa facta sunt que scripta non sunt. Et quando dicitur ꝙ lachryme lauant delictum excluditur confessio publica: nō autem secreta que cum ipsis lachrymis intelligit. Ad tertium insup argumentum dicit Rich. ꝙ ille qui est nimis familiaris vni parti: iudex nō debet esse in illa causa vt notat extra de officio ⁊ potestate iudicis dele. c. insinuāte. Quia dicit glo. ibidē Familiaritatis affectio veritatem impedire solet. Homo autē nimis familiaris est carni sue. ⁊ ideo nō est rationabile ꝙ sit iudex in illa causa in qua agenduꝫ est de punitione carnis sue q̄uis illa punitio sit ad anime correctionē. Multi insuper si seipos iudicare debēret: de grauissimis peccatis sibi conscientiam nō faceret: reperiretur q̄ vsurarij q̄ vsuras nō ꝺdemnarent. raptores ⁊ fures qui restitutionem nō approbarent adulteri ⁊ fornicatores qui luxuriam excusarent. ⁊ hmōi modi. Quare opportune prouisum est: vt in foro consc⁹ientie alij. scilicet sacerdotes de peccatis nostris quando illa confitemur habeant iudicare.

Q̄ cōfessio est de necessitate salutis eo ꝙ tpe legis gr̄e fuit instituta a dño iesu xpo: et quō intelligit ꝙ sit de iure nature ⁊ qualr in lege scripta fuit figurata. Capm II

8 Ecūda rō qua ostendit ꝙ cōfessio sacramētalis sit ad salutem necessaria est ꝓpter xpi institutionem. Instituta quippe fuit cōfessio in lege gr̄e a dño iesu xpo ꝺm Ric. vbi. s. ar. j. q. j. implicite ⁊ explicite. Implicite in figura cum dicit leprosō mundato. Mat. viij. Vade ⁊ ostēde te sacerdoti. Et etiā explicite sine figura in hoc ꝙ non tātum potestatē iudicādi in foro exteriori dedit discipulis accipiendā ab alijs mediante petro cui eam ꝓmisit ante passionē cum sibi dixit illud quod scriptū est Mat. xvj. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Et dedit post resurrectionem cum dicit. Joh. xxj. Pasce oues meas. Sz et dedit eis potestatē iudicandi in foro ꝺscie nō tm̄ apostolis quoꝝ sunt epi successores. sed etiam alijs discipulis quoꝝ sunt successores inferiores sacerdotes. Et illam ptātem oīb⁹ immediate dedit p seipm̄ cū post resurrectionem dixit eis. Quoꝝ remiseritis peccata remittunt eis. Quib⁹ aūt daf potestas iudicādi de aliqua causa daf eis potestas cognoscēdi de illa. Nullus em̄ pōt iudicare ⁊ esse bon⁹ iudex de his q̄ ignorat. Sacerdos autē non pōt cognoscere sufficienter factapctōis ꝺscie nisi peccatoꝝ ei confessione cōscientiam aperiat Alex. aūt in. iij. summe. q. lxxvj. mē. iij. arti. ij. dicit ꝙ duo sunt in confessione. Unum formale ⁊ completiuū. ⁊ hoc est absolutio vel potestas absoluēdi vel medicandi. Et hoc dñs instituit q̄ ptātem clauium concessit. Et penes b̄ residet vīrtus. Aliō aūt est materiale: ⁊ b̄ est detectio pcti siue morbi. Et hoc dñs nō instituit: ſ̄ insinuauit: quia sufficit egroto exponere medicū ⁊ medicinā. Unde Aug. li. j. de penitentia. ⁊ ponit de pe. di. s. Quem peniter. Lazarum ait de monumento iam resuscitatū obtulit dñs discipulis soluendū. p hoc ostendens potestatem soluendi sacerdotibus fuisse cōcessam. Et hic queri potest, vtrum cōfessio instituta fuerit in lege nature ⁊ i lege scripture ficut in lege gratie. Et de lege nature dicere possumus ꝺm Boñ. in. iiij. di. xvij. parte. i. ar. j. q. j. ꝙ dupl'r sunt aliqua de dictamine iuris nature. s. aut in gñali aut in spāli. In spāli vt honorare parētes. In gñali ꝺo dicitat nā ea q̄ supaddit lex euāgelica. Intelligēdū est ꝙ est cōfessio de peccato mentalis ⁊ vocalis.

Mentalis cōfessio est recognitio peccati ⁊

UVA. BHSC. IyR_227

offense dei. ⁊ hoc est de dictamine nature in speciali. ꝺm ꝙ cognitio offense est de dictamine nature. Cognitio autem offense humane est de dictamine nature ꝓ se ꝺz ꝙ est rōnabilis. Sed cognitio diuine offense est de dictamine nature adiute aliquo modo per fidem. Quō aūt scit homo se offendisse deū quez nō videt. nisi ꝑ aliquē radiū fidei hoc cognoscat Cū ergo deū cognoscit hō se ꝑ ꝓuaricationē inhonozare. natura dictat ꝙ ab ipo mia est humilr petēda, ⁊ hoc nūꝯ est nisi recognoscaᷓ culpa. Vocalis ꝺo cōfessio est duplex scz que fit deo ⁊ que fit homini. Vocalr cōfiteri deo dictat natura nō simplr: sed in casu, vtputa qū deus exigit. sicut exegit ad Ādā ⁊ Cayn de qb⁹ scribit sic de pe. di. .c. voluisset, §. deni qꝫ. Deniqꝫ vt pspicue appareat neminē sine confessiōe a pcto mundari: ab ipsius humani generis pncipio sumamus exordium. Pec cato transgressionis pmi parentes corrupti a dño sunt reqsiti de culpa: vt pctm quod: trāsgrediendo commiserant cōfitendo delerent. Serpens aūt de culpa reqsitus non est: quia per cōfessionē nō reuocabatur ad veniā. Eayn quoqꝫ cū pme prezuaricationi fratricidiuz addidisset. simiłr a domino de culpa est reqsitus cum ei ꝺr. Vbi est Abel frater tuus. Sz qa supbus pctm suū cōfiteri noluit. poti⁹ mēdaciter negādo deū fallere conatus est dicēs Nunqd custos fratris mei sum ego indign⁹ venia iudicatus est. Vñ in desperationis pfundum mersus est dum ait. Maiozē iniquitas mea ꝙm vt veniam merear: ⁊ vagus ⁊ pfugus exist a facie dei. significās eos q̄ pctm suū cōfiteri dissimulāt: respectu dine miserationis indignos haberi. hec ibi. Vocaliter ꝺo confiteri homini nō dictat natura nisi in generali. Dictat em̄ oībus modis reconciliari opoz tere deo qbus ipse statuit. Jdeo natura dictat ꝙ si deus arbitrū cōstitueret inter se ⁊ petōrē: ꝙ ipi esset culpa reuelanda. ⁊ ita dictat in generali. De lege aūt scripture dicit Boñ. ꝙ duo pncipalr sunt in cōfessione ꝑpter q̄ opoz tuit ⁊ cōuenīes fuit ꝓfessionē instituī. Primū est ꝑpter declarationē pcti ⁊ manifestatiōez ⁊ ille est finis cōfessionis in se. Scōs finis ē ꝑprer reconciliationē faciēdā deo ⁊ eī⁹ ecclie. Primo ergo fit ꝑpter peccati detestationem Peccator em̄ dum mala agit odit lucē. ⁊ iō i reuersione ad iusticiaᷓ redargui infructuosa opera tenebrarū. Que aūt arguūtur a lumine manifestanᷓ. hoc aūt est ꝑ cōfessionē. Et ideo debuit in ea lege institui cōfessio. in q̄ est manifestatio ꝯitatis. Jn qua verbū caro factum ē. vt intelligibile fieret sensibile ⁊ manifestū. hec q̄dem lex est lex gratie. Jō ꝯtum ad pmū finem sibi competit cōfessionis institutio. Alī⁹ finis est ad reconciliationē faciēdā humano arbitrio mediante. Jdeo fit homini vt homo sit iudex ⁊ arbiter inter pctōrē ⁊ deū Arbiter aūt talis ꝺz esse qui possit apponere manū in vtrūqꝫ. Talis aūt nō potuit esse quo usqꝫ deus factus est homo. Et tūc homo deificatus datus est nobis mediator arbiꝝ xp̄s qui potuit arguere ⁊ manum ponere in vtrūqꝫ. Vnde reliquit in eccl'ia successores quos arbitros cōstituit ⁊ rectores eccl'ie: quibus commisit. auctem reconciliandi. Et quoniam ꝺ autoritas pmo fuit in xp̄o ⁊ in nullo potuit eē anteq̄ veniret. ideo tm̄ in lege noua debuit īstituit cōfessio. Confessio ergo ꝑt sacramentū nō fuit in lege scripta nisi in figura. Pcessit aūt in hoc ꝙ sacerdotib⁹ data erat prās et auctas discernēdi inter lepzā ⁊ nō lepzā sanctum ⁊ ꝓphanū. Sed hec quidē erāt corporalia ⁊ non spūalia.

Q̄ homines obligaᷓ de necessitate confiteri nō solum ꝑpter primam institutionem sed etiam ꝓpter ꝓceptum eccl'ie a quo nullus excipitur. nisi qui esset absq̄ peccato.

Capl'm. III

Tertia rō qua ostendit ꝙ cōfessio sit necessaria ad salutē est ꝑpter eccl'ie ꝓceptionē. Precepit nanqꝫ eccl'ia vt hoies cōfiterenᷓ. in .c. ois. extra de pe. ⁊ re. vbi ꝺr. Ois vtriusqꝫ sexus fidelis postq̄ ad annos discretionis puenerit oia sua solus pcā saltē semel in anno fideł cōfiteaᷓ ꝓpio sacerdoti ⁊ iniūctam sibi pniam studeat ꝑ viribus adimplere. Propter q̄ verba di. Boñ. ꝙ oēs siue boni siue mali obligaᷓ ad ꝓfessionē saltē semel in anno. Teneri q̄dē ad confessionē est duplr. Vel ex institutione prima: q̄a in stituta est sub ꝓcepto vt patuit. Vel institutione supaddita que est a generali cōcilio in .c. pzeall'. Rone mādati pme institutiōis qm̄ instituta est directe cōtra mortale pctm̄: tenebaᷓ oēs q̄ post baptismū peccauerunt mortaliter. Rone ꝺo sēde institutiōis tenentur oēs saltem ad semel in anno. Rō aūt huius institutiōis triplex est. Prima est vtilis indigētia. Omnes em̄ peccanerūt ⁊ oēs egerūt gra dei. ideo quilibet debet deum glorificare confitendo se pctōrē. Qui em̄ pctōrē se cōfitetur deum glorificat ostēdēs se deum offendisse ⁊ eius miseriꝯdia se indigere. Secunda ratio

UVA. BHSC. IyR_227

fuit sacre cōionis reuerentia: qz oēs tenenf in pasca cōicare tā pfecti q̄ impfecti. Et tūc qz agnus paschalis manducandus est cū solēnitate: vt mūdi essent manducantes z digni. oportuit premitti remediū purgationis z p bationis. z hoc est in pcti ꝓfessione. Tertia ratio fuit discretio gregis dn̄i: ne lupi abscōderentur in grege qui manducarent agnos. Ideo instituū est vt vultus cōscientiarū suarū sacerdotibus ostenderent: z ne heretici innocentiā palliarent: z sub pelle innocentie se absconderet. Unde si quis nullū haberet peccatū mortale: ꝓfiteri dz vēialia, nō q̄ hō obligetur illa cōfiteri de se vt declarabit inferius ꝑpter vinculū peccati: s̄ ꝑpter obligationem pcepti. Si aūt aliquis diceret q̄ non haberet remorsum peccati venialis. Dicit Boēt. q̄ impossibile est s̄m statū viatoris vt aliqs vnus die vel septimanā trāseat sine remorsu venialis. tñ q̄ totū annū transeat illud mag̃ est impossibile vt vix credaf q̄ fuerit b̄ donū in aliquo nisi in xp̄o z eius matre Et ideo vnusqsq; vel hz cōsciam de venialib⁹ vel dz habere. z ois hō petere dz. Dimitte nobis debita nra Vix enim est hō in vita ista sine venialī: tum ꝑpter ignorantiaz: quia in multis venialiter peccamus z ignoram⁹ z nō cōsideram⁹, tum ꝑpt adherentiā. qm̄ venialia ista magne sūt adherentie. Et ideo quantūcūq; aliqs sit perfect⁹ dz recognoscere z ope ꝓfiteri se pctōrez. Si tñ quis reperiref q̄ non haberet venialia pcta ꝑpter supabūdantē grām: talis nō tenetur ad illud mandatū: qz solis pctōrib⁹ z viatorib⁹ datū est. ipse vero iam habitat in celis q̄ venialiť nō peccauit. Hec Boēt. Addit his Richb. q̄ regulariter oēs tam fideles q̄ infideles tenenf ad cōfessionē faciendā sacerdoti xp̄iano: inquantū istud pceptū est pceptuz dei q̄ ptātem hz vniuersalr supoēs: z pceptū vniuersalr dedit. Si aūt non esset pceptum nisi ab eccl̄ia: ad ei⁹ obseruationē nō tenerēf nisi illi qui sacrm baptismi suscepерunt Quia vicario xp̄i non fuit concessa directe ptās sup illos qui sacrm baptismi nō susceperūt: q̄ est ianua qua intraf in eccl̄iam militantē. Et tā te obligatiōis est pceptū de ꝓfessione vt si qs nō pōt loqui: ꝓfiteri debeat nutu vel signo eo modo quo pōt, put notaf. xxvj. q. vj. c. q̄ recedunt. Istud etiā pceptū cū sit euangelicum quantū ad institutionē, quantū vero ad circūstantiā sit de iure positiuo: pōt a papa dispēsari quantū ad circunstantiā. Sed q̄ aliquis nullo mō teneaf ꝓfiteri: papa nō pōt: qz non pōt dispensare cōtra euangeliū. Un̄ Urban⁹ papa, xxv. q. j. c. sunt quidā. ait Sūt quidā dicentes romano pontifici semp licuisse nouas cōdere leges. q̄ō z nos nō solū nō negam⁹: s̄ etiā valde affirmam⁹. Sciēdū ꝙ summope est qm̄ z inde nouas leges ꝑdere pōt: vū euāgeliste aliquid z ꝑpbe nequaq̄ dixerūt. Ubi ꝙ apte dn̄s vel ei⁹ apli z eos sequentes sancti pfes sn̄aliter aliq̄d diffinierūt: ibi non nouaz legē roman⁹ pontifex dare: s̄ poti⁹ quod pdicatū est vsq; ad aiam z sanguinem confirmare dz. Si em̄ q̄ docuerūt apli z ꝑpbe destruere: q̄ abstinere nō sn̄iam dare: s̄ magis errare cōuincerek. hec ille. Jō vsq; nūc in hoc pcepto non est dispensatū: nec q̄tū ad institutionē: nec q̄tū ad circūstantiā. Ego autē dico q̄ in hoc pcepto: z male: tñ aliqs dispensauit. Nā vidim⁹ plerosq; stetisse p. x. xx. aut xxx. annos sine cōfessione. Et q̄s dispensauit cū istis? Nō de⁹, nō angel⁹, nō papa, nō legatus a latere, nō epūs. nō sacerdos, nec q̄sq̄ alius cleric⁹. Sed q̄s fuit ille dispēsator? Rūdeant ipi. Dic inquā mihi o infelix xp̄iane q̄ p tot annos sine ꝓfessione stetisti Quare nō es ꝓfessus: quis? dispēsauit tecū? Et statim dicet Ego nō ꝓfiteor ꝑpt luxuriā. Alter dicet, ego ꝑpter auariciā. Alter ꝑpter discordiā. Ergo cū his z silib⁹ dispēsat diabol⁹. Cū luxuriosis diabol⁹ luxurie, cum auaris diabol⁹ auaricie. cū ediosis diabol⁹ rixarū z discordie. O iniq̄ additio malorꝝ xp̄ianorꝝ. o pnacia dānabilissima. o venenata synagoga inferni. Cur tam diu o fatui vestrā salutē negligitis? Expgisci mini igit z ꝓfitemini pcta vestra: vt p cofessionē in presenti efficiamini digni dei gratia z in futuro eterna gloria. Amen.

Feria sexta post Jnuocauit de confessione sanctissima. Sermo XXVIII.

Espondit ei langui / r dus. Dn̄e hoiem nō habeo: vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinā Joh. v. z in euangelio hodierno. Egebat adhuc auxilio hois vt ponerek in piscinam infirmus z languid⁹. qui si ibi descēdisset nō hois s̄ dei vtute sanitatē fuisset ꝓsecut⁹. Ut mystice innuaf q̄ hz de⁹cā sit efficiens pctōz nrōz sanitatis: tñ opportunū est ad eā assequēdaz ministeriū sacerdotū. Jpsi equidē ex auctoritate sibi concessa peccatores penitentes p absolutionē adiuuant. v. saluentur. Quoniā autem in precedenti sermone multa diximus ꝑpter que nonnulli sua peccata confiteri dispo

UVA. BHSC. IyR_227

fuerunt: vt etiam feruentius animentur ad suum pro positum exequendum: idcirco hodi ernadie adhuc de confessione erimus dicturi De qua tria mysteria proponemus contemplanda videlicet.

Primum dicitur temporalitas.

Secundum qualitas.

Tertium integritas.

Qualiter excusantur aliqui si non confitentur semel in anno. ⁊ an post pctm necessarium sit confiteri Capitulum I

Primū mysteriū declarandum de confessione or tempalitas: in quo videre debem⁹ qñ fit cōfitendum. Circa hoc aūt triplex tps subdistinguemus.

Primum dicitur tempus assignatum.

Scom festinatum.

Tertium determinatum.

Primū tempus or assignatū. de q̄ fit mentio in. c. ois. ex de pe. ⁊ re. quando or. semel in anno. Ex quo colligit q̄ de iure cōi saltem semel in anno oēs homines confiteri teneant.

Notādū tm q̄ ab istius p̄cepti obligatione aliqui excusant: aut ppter infatuationez: aut ppter locutionē: aut ppter sacerdotis priuationem. Primi excusant ppter infatuationē cum essent fatui aut mente capti: q̄ in eo statu non possunt mereri nec demereri. Sz sunt in eo statu siue damnationis siue saluationis in quo repti sunt qñ pdiderunt sensum. vt or extra de baptismo ⁊ eius effectu. c. maiores. in fine. Obligant tamē tales ad cōfessionem quādo habent lucida intervalla. Secundi excusant ppter locutionez: q̄ sunt muti: aut ignorāt idioma patrie in qua morant. tales confiteant eo modo quo possunt scilz p signa aut per interpretē si potest inueniri: ⁊ tūc interpres ⁊ sacerdos p vna psona cōputantur Tamen dicit Ric. in. iiij. di. xvij. ⁊ videt aliquibus q̄ confiteri per interpretem nō est constitutum iure diuino nec positiuo: ⁊ cū confiteri sit multū difficile. non videt tutū plus artare confessionē q̄m artet per ius diuinū vel positiuum. Vt em or Prouerb. penul. ⁊ di. iiij. c. de nicq. Qui nimis emūgit elicit sanguinē. Tertij ppter priuationē seu absentiam sacerdotis excusant: quem tamē debent penitentes diligēter requirere: vt dicit magr in. iiij. di. xvij. c. nunc pus. Et illud dictum magistri videlz Si defuerit sacerdos prio vel socio faciendā est confessio: exponendum est de congruitate non de necessitate ꝛm Ric. Vtrū vero absente sacerdote penitēs debet ei per lras cōfiteri Dicit Ric. q̄ non: quia hoc non inuenit institutum. Et quia imminet periculz ne esset defectus in examinatione peccatorum: quam facere debet sacerdos vt possit salubria prebere remedia: ⁊ ne reuelarentur pctā alicuius: Littere em facilr possunt perdi: ⁊ p nuntium malitiose aperiri: aut p nūtij ignorantiā tradi illis quibus nō mittunt: qui eas aperirent ⁊ etiā quia alias malitiosus sacerdos posset contra penitentē agere ostendēdo scripturaz suam. Secundū tempus circa confessionē or festinatum. Pro quo dubitari solet. an peccator stati teneat ꝓfiteri pctā hita opportunitate sacerdotis. Et circa hoc sunt varie opiniones. Prima est Jnocentij super. c. omnis ex de pe. ⁊ re. ⁊ Archidiaconi super. c. ille rex. de pe. di. iij. qui vident dicere q̄ omnis q̄ cecidit in peccatū mortale: tenet q̄m citius potest ex debito necessitatis confiteri. Idez dicit Postie. in summa sua lib. v. titulo de pe. ⁊ re. ℣. quando confitentē. Cui opinioni quidam inherentes dicūt q̄. c. omnis. nō subuenit negligentibus vt nō obligent ad confessionem nisi semel in anno: sed potius punit negligentiam illoz qui sic saltem nō confitent Ratio aūt est: quia quādocūq̄ fit aliquod p̄cepti absq̄ determinatione tempis debet impleri q̄m citius cōmode fieri pōt. Cum ergo homo obliget ad ꝓfessionē post pctm mortale ex p̄cepto diuino: ergo q̄m citius confiteri tenetur Scdo addunt rōnem aliā. quia oēs deberent vitare periculum: sed differre confessionē est esse in periculo: ⁊ nō vitare piculum ppter iuxta dicta q̄ possunt euenire, ⁊ quia differre confiteri facit hoiem obliuisci pctoz suorum quod pōt esse nociuū. Scda est opinio Ric. q. xvij. di. quarti li. d. q̄ peccator non tenetur cōfiteri statiz habita opportunitate p̄ter q̄m in aliqbus casibus. Primus rōne sacramēti quādo scz aliquis vult celebrare seu cōicare. Secūdus est rōne periculi qñ aliquis esset in expresso periculo mortis vel ppter egritudinem vel aliā causam. Tertius est rōne ꝓscie quādo aliquis haberet conscientiā dictantez sibi q̄ statim teneat. Quart⁹ est rōne dubij quādo quis verisimilr dubitaret illo anno se non posse plus habere copiam sacerdotis.

Quintus casus est ratione statuti: qui cōpetit religiosis. Ipsi em ratione statutoruz suorum ⁊ sui status tenentur confiteri frequentius q̄m statuat concilij generale. Nec tamen ppter hoc sequitur q̄ statim teneantur confiteri habita opportunitate sacerdotis: nisi

UVA. BHSC. IyR_227

adsit dies quo ꝑm statutū religionis sue con
fiteri teneāt. Nō aūt pcō regulariter non
teneat statiz ꝓfiteri pz: qz ad hoc nō obligat
ex iure nature: qz ꝓfiteri sacerdoti non est de
iure nature absolute. nec ad hoc obligat diua
lege: qz si xps ꝓfiteri sacerdoti ꝑcepit iplicite
nō statim ī ꝑcepit hoc fieri: nec ad hoc obli
gat iure positiuo: sed tm̄ semel in āno. Ter
cia est opinio dn̄i Boñ, xvij. di, quarti, q̄ ait
ꝙ de ꝓfessione est loqui dupl̄r. vel q̄tum ad
ꝓpositū ī fieri. vel quātū ad verbū exterius
Si q̄tū ad ꝓpositū interi: sic cōiter cōcedit
q̄ pcō tenet ꝓponere cōfiteri: qñ̄ conteri.
Ad hoc aūt tenet qñ̄ recogitat culpam com
missam ꝛ dei offensam. vel qñ̄ tps se offert in
quo recogitare dz sicut in hora mortz vel pi
culo vel aliq̄ alio simili. Si aūt loq̄mur q̄tū
ad actū: dico ꝙ opportunitas loci temꝑis ꝛ
sacerdotis pōt se ante pascha offerre: aut ita
ꝙ timet ne vnq̄ se offerat: sicut est ī his qui
grauit infirmant. ꝛ tales tenent absq̄ dubi
tatione ad ꝓfessionē. aut ita ꝙ maior oppor
tunitas expectat vel q̄tū ad tps: vel q̄tuz
ad sacerdotē: ꝛ sic pōt fine aliq̄ pcō differri.
Quia ergo tps q̄dragesimale est tps pnie ꝛ
aptū ad deuotionē: possunt laici tps illud
rōnabilr expectare nec peccāt. dū tm̄ ꝑponāt
firmiter ꝓfiteri. hec Boñ. Alex. aūt in. iij. nō
de necessitate sed quadā congruitate laudat
illos qui statim ꝛ sepius cōfitent cū possunt
Asserit em̄ ꝓfessionē illā ad nouez vtilitates
valere. Prima est peccati cognitio. Secūda
satisfactio. Tertia mētis securatio. Quarta
pene diminutio. Quinta intercessor multi
plicatio. Sexta gratie augmētatio. Septia
culpe remissio. Octaua peccatorum euitatio.
Nona dei glorificatio. Prima vtilitas dicit
peccati cognitio. Nā sacerdos tenet ꝓfitentē
instruere: eiq̄ ostēdere q̄tū potest peccatorū
qualitatē. qñ̄ scz aliquod peccatum mortale
est, aut venale. Et sic est ex ꝓsequēti q̄ sepius
confitet clarius sua pcta cognoscit. Scōa
vtilitas est satisfactio. Verecundia nāq̄z cuz
qua quis peccata confitet sacerdoti est q̄a
si pallium ꝓciosum pctm̄ cooperiens. Unde
Aug. lib. de pnia. ꝛ ponit de pe. di. j. c. quem
penitet ait, Qui p vos peccastis: pvos erube
scatis. Erubescentia em̄ ipa partez habet re
missionis. Et iterū ibi. Dignus est inq̄t misе
ricordia qui spūali labore querit gr̄am. La
borat em̄ mens patiendo erubescentiam. Et
quoniā verecundia magna est pena: qui eru
bescit ꝓ christo fit dignus venia. Tertia
vtilitas est mentis securatio. Valet confessio
ad quandā mētis securitatem ex cogitatione
venie accepte. Unde pō. In voce exultatio. ps
ꝛ cōfessionis sonus epulantis. Quarta vti
litas est pene diminutio. Nam sacerdos ex vi
clauū pōt aliquid pene debite relaxare: ꝛ nō
oēm penā. Quinta vtilitas est intercessor
multiplicatio. Tenētur nanq̄z sacerdotes ora
re ꝓ eis qui sibi cōfitentur. Sexta vtilitas
est gratie augmentatio. Sepe em̄ in confessio
ne deuota dns augmentat gratiam collatam
in cōtritione. Septima vtilitas est culpe re
missio. Quandoq̄z em̄ nō cōteritur homo ante
confessionē ꝛ confitendo peccata fit contri
tus ꝛ remittunt̄r ei. Octaua vtilitas est pec
catoꝝ euitatio. Ꝓpter frequētē em̄ confes
sionem melius euitant̄r peccata. Nona vtili
tas est dei glorificatio. quia quotiēscūq̄ ꝗs
sua peccata in spe venie confitetur: deum cle
mentissimū ꝛ misericordem glorificat. Quare
laudabile est, vt qui frequenter peccant. non
tm̄ semel in anno s̄ frequēter etiam confitea
tur. Tertium tēpus quod notatur in cōfes
sione dicitur determinorum. In quo videndū
est qua etate determinate obligatur quis ad
confessionē. Et ad hoc dixerūt aliqui ꝙ i eta
te septē annoꝝ quia in glo. f. c. omnis super ver
bo discretiōis. dicitur. Anni discretionis dicū
tur cum ꝗs est doli capax. quia tunc pōt pec
care. Et idem habetur. C. si aduersus delictū
l. f. ꝛ. C. si mior se maiorē dixerit. l. iij. Et glo.
super verbo grādiusculis. extra de delictis pue
roꝝ. c. pueris grādiusculis. dicit. i. doli capaci
bus videlicet septem annoꝝ. Tales enim mē
tiri ꝛ verū dicere ꝛ fateri ꝛ negare nō possunt
vt dicit Augustinus in epistola ad Renatum
epm. vt habetur in glo. super. c. paruuli. de cō
se. di. iij. Hostiēn. vero in summa sua lib. v. de
pe. ꝛ re. Doli inquit capax est cum quis est ꝓ
ximus pubertati. ff. de actio. ꝛ obli. lib. f. Et
ꝑm eundē lib. iij. summe ti. de despon. impu.
Pubertas incipit in mulicre ī duodecimo an
no. In masculo vero in decimoquarto. Sz ad
dit Hostiēn, q̄ qñ̄ quis est doli capax in exte
riora vir bonus estimabit. Uñ extra de pēsum.
in. c. ex studijs. dicitur. Ex studijs suis cogno
scitur puer. Inuenitur nanq̄z in libro diaℓ. q̄
quidā puer quinq̄ annoꝝ iurans ꝛ blasphe
mans a diabolo raptus fuit. Sed in illo ꝑm
Hostiensem lib. v. de delictis puerorū. mali
cia supplebat etatē. Si ergo pueri nō sunt do
li capaces: non tenent̄r cōfiteri. Tales em̄ fu
riosis comparantur: quia eoꝝ etas quicquid

UVA. BHSC. IyR_227

videt ignorat.ff. de acquirē.post.l.j.§.furtoꝰ sus.Et.C.de falsa moneta.l.j.in fine.Nec tñ in pueris ante decimū vel q̄rtūdecimū ānuꝫ negandū est pctm̄ eo q̄ peccare non possunt carnalr: qꝛ p̄ter carnalia pctā reperiuntur et alia.Vñ in.c.j.de delic.pue.6.Pueris grandiusculis pctm̄ nolunt tribuere quidā nisi ab annis quattuordecim cū tam pubescere cepe rint quod merito crederemus si nulla essent pctā nisi que mēbris genitalibus cōmittunt Sed quis audeat affirmare furta mendacia et periuria non esse peccata. Ät his plena est puerilis etas: q̄uis nō ita in eis: vt in maioꝛibꝰ punienda esse videant, hec ibi. Sed heu pchdoloꝛ. quid referā. Tāta est hodie in pueris ꝛ puellis malicia: vt etiam in pctā carnis ante annos pubertatis libidinosissime marꝺescant. Quare solerti cura a parentibus ad confessionez sunt inducēdi.

Qualr sacerdos audiēs cōfessionē debet habere auctez: scientiā ꝛ bonitatē ꝛ q̄s dicaf ꝓpꝛius sacerdos. Caplm II

Ecundū mysteriū declarandū de cō
s fessione 6z qualitas. Jn quo notan
de sunt qualitates seu cōditiones q̄ requirunt in sacerdote cui pctōr confiteri 6z Et colligunt maxime tres.

Prima dicit potestas.

Secūda sanctitas.

Tertia claritas.

Prima cōditio cōfessionis 6z ptās. Nam ſm Durandū in sum.li.j.par. j.di.j.ad absoluendū in foꝛo pnie tria req̄runt.

Primū q̄ cōfessoꝛ habeat auctem clauiū.

Scōm q̄ habeat auctis executionē.

Tertiū q̄ executio sit libera nō ligata.

Et ꝓpter hoc dicit in.c.omnis.extra de pe.ꝛ re.q̄ vnusquisq; debet cōfiteri ꝓpꝛio sacerdoti: quia sibi inest hmōi potestas. Sz notādū ſm Rich.dist.xvij.quarti q̄ ꝓpꝛius sacerdos potest accipi multiplr. Uno modo est ꝓpꝛius sacerdos alicuius habens super ipm iurisdictionem ordinariā in foꝛo penitentie: modo tamē inferioꝛi. ꝛ sic est ꝓpꝛius sacerdos ille qui cōmuniter vocatur p̄sbyter parochialis

Secūdo modo dicit ꝓpꝛius sacerdos hñs iurisdictionē ordinariā modo p̄ncipali. et sic episcopus est ꝓpꝛius sacerdos omniū existētium in suo episcopatu. Nota tamē q̄ archiepiscopi non habent auctoꝛitatē absoluendi subditos suffraganeoꝛum suoꝛum excepto casu quando visitant prouinciam. extra de censibus.c.perpetuo.libꝛo.vj. Tertio moꝺo dicitur ꝓpꝛius sacerdos habēs iurisdictionem modo principalissimo.ꝛ sic papa est ꝓpꝛius sacerdos oim christianoꝛuꝫ. Quarto modo dicitur ꝓpꝛius sacerdos habens iurisdictionē delegatam ab aliquo istoꝛ vel a legato dñi pape. Quinto modo dicitur ꝓpꝛius sacerdos habens iurisdictionem ex communi cōcessione iuris. Et sic sunt ꝓpꝛij sacerdotes illi quos epi ꝛ abbates exempti sibi eligūt in cōfessoꝛes. Talibus em̄ permittit ex lege cōmuni eligere sibi discretū ꝛ quidum cōfessoꝛē extra de peni.ꝛ remiſ.c.ne pro dilatione. Sic etiam est ꝓpꝛius sacerdos illius quez quis audit constitutum in articulo necessitatis. in quo casu quilibet sacerdos potest hominem absoluere. sicut patet. xxvj.q.vj.c.ſi presbyter ꝛ.c.ſequenti. Et extra de furtis.c.fures. Hoc etiam modo est ꝓpꝛius sacerdos vagabunꝺoꝛum quicunq; presbyter parochialis: in cuius parochia voluerint cōfiteri: quia tales nū q̄ habent domicilium ꝓpꝛium. ff. ad municipa.l.labeo. Similiter dico de illis qui domicilio relicto nauigant: vel iter faciunt querētes quo se transferant. Nam ꝛ tales sine domicilio sūt. ff. ad municipales. l. eius. §. celsus. Et similiter ſm Jnno. super. c. omnis. Scholares possunt confiteri illi quem elegerint in loco in quo studeant si moꝛam ibidem contraxerint: vel contrahere intendant per vnum annum. Accipiendo ergo ꝓpꝛium sacerdotem pro sacerdote habente iurisdictionem aliquo predictoꝛ modoꝛ: qui sibi cōfitetur confiteri dicitur ꝓpꝛio sacerdoti. Sz hic oꝛitur dubiū. Utrum illi qui confitentur alicui habenti potestatem ꝛ auctoꝛitatem audiendi confessiones ab episcopo: teneantur illo eodem anno cōfiteri suo presbytero parochiali. Et aliquibus videtur q̄ fic: qꝛ vt ꝓbatur. xj.q.j.c. pervenit. Si sua vnicuiq; episcopo iurisdictio et potestas non seruatur: ecclesiasticus oꝛdo cōfunditur. ergo similiter si non seruatur presbytero parochiali. Jnsuper ſm Bern. lib. iij. de consideratione. c. xiij. Ecclesiastica hierarchia est ad exemplar angelice hierarchie. Sz in angelica hierarchia id quod cōuenit angelis alicuius oꝛdinis ex officio nunq̄ cōmittitur angelis alterius oꝛdinis. ergo similiter si eri debet in ecclesia. Respōdet Ric. vbi. ꝺ. q̄ episcopus habet oꝛdinariam iurisdictionē super subditos sacerdotum parochialium. Illud autem quod conuenit alicui ex oꝛdinaria iurisdictione: ipse potest committere alij habenti oꝛdinem conuenientem ad illud

UVA. BHSC. IyR_227

officium exequendū. extra de cōsecra. eccle. c. aqua. Illi ergo qui cōfitentur legitime habēti potestatez epi: ⁊ absoluunt ab eodem: vere sunt absoluti: nec cadez peccata in numero tenent suis presbyteris parochialibus ꝓfiteri. Unde eps cōcedens potestatē alicui audiēdi cōfessiones: nō aufert curato iurisdictionem sed sibi seruat dans ei coadiutorē. ⁊ sic soluit primū argumentū. Ad secundū vero de similitudine ecclesie ad angelicā hierarchiam: respondendū est ꝙ in hoc nō est simile. qz angelus sufficit plene ad exequendū actus cōuenientes officio suo. Nō sic autē vere potest dici de quolibet inferiore curato. Secunda cōditio cōfessoris dicit sanctitas. Ut enim dicit. Durandus in summa vbi. s. Tātā debet habere confessor habilitatem affectionis: vt sit dign⁹ xpi minister. Unde de penitē. dis. vj. c. qui vult cōfiteri. dicitur. Sacerdos itaqꝫ cui omnis offert peccator ante quē statuitur oīs languor in nullo eorum sit iudicandus que in alio iudicare est ꝓmptus. Judicans em aliū qui est iudicandus: condemnat seipsum. Cognoscat ergo se ⁊ purget in se: quod alios videt sibi afferre. Ex quib⁹ verbis sumit argumetnum ꝑm Durā. ꝙ existēs in mortali peccato: peccat mortaliter absoluēdo: nisi ꝓius penitеat. Nec solū debet esse sanctus cōfessor sed in sanctitate solidus ⁊ firmatus ꝓpter ea que audiunt in cōfessione. Jdeo Bern⁹ super cātica sermone. xviij. ait. Tu frater cui firma charitas. nōdum est: sed adeo tenera ⁊ arundinea: vt omni cedat flatui: qua fronte aliena vulnera curare: aut ambis aut acquiescis.

Noli esse nimis iustus. Sufficit tibi si diligis ꝓximū sicut teipm. Nō em salutē ꝓximi debes querere: in salutis ꝓprie detrimentū. hec ille. Caueant tm qui confiteri volunt ne fiant cōfessorum iudices curiosi: sed eis tm sufficiat nō cōspicere malam vitaz exp̄sse. Tertia ꝺditio confessoris dicit claritas. Debet vtiqꝫ habere claritatem cognitionis ⁊ scientie. vt dicit in. c. omnis. §. sacerdos. Et in glo. in dicto. c. sup verbo sacerdoti. Et in glo. super verbo puidum. in. c. ne ꝓ dilatiōe. extra de peni. ⁊ remiss. Jdeo ōz de pe. di. v. in. c. qui vult cōfiteri. Caueat spūalis iudex: vt sicut nō cōmittit crimē nequicie: ita nō careat munere scientie. Oportet em vt sciat cognoscere quicqd debet iudicare. Judiciaria nanqꝫ potestas exp̄stulat vt qd ōz iudicare discernat. Diligēter go inquisitor subtilis inuestigatoz sapienter ⁊ quasi astute interroget ꝙ pctōr qd forte ignorat vel verecūdia velit occultare. hec ibi. Oportet ergo vt cōfessores sciant discernere qd debeāt iudicare. sicut in veteri lege iudicabant de lepra ⁊ nō lepra. Leuit. xiij. Dicit ꝙ Greg. li. j. pastoralis. c. j. ait. Nulla ars docēri presumit: nisi ꝓius intenta meditatione discat. Ab imperitis ergo pastorale magisteriū qua temeritate assumit: cū sit ars artium regimē aiarū. Facit ad hoc. c. Cū sit. extra de etate ⁊ qualitate ordinandoꝝ. Cōfessor ergo ꝑm Durā. quotiens se ingerit ad cōfessiones audiēdas: totiens offert se ad rīndendū de peccatis mortalibus ⁊ ꝑceptis. de cōtractibus ⁊ vsuris. de restitutiōibus. Debet itaqꝫ habere scientiam saltē cōpetentē. Vocatur autē competēs q necessaria est ad executionē cuiuscūqꝫ ordinis. Unde inq̄tum sacerdos deputatus est ad diuinū officiū celebrandū: tenet tantuz scire de grāmatica ꝙ sciat verba ꝓferre: ⁊ ꝙ intelligat saltē ſ faliter ea que legit. Inq̄tum ꝺo est minister sacramentoꝝ: tenet scire q̄ sit debita materia vel forma cuiuslibet sacramēti ⁊ modū recte singula dispēsandi. Inq̄tum doctor est: tenetur scire saltē fidei rudimenta. Et inq̄tū est iudex in foro ꝓsciētie: tenet scire discernere inter lepram ⁊ nō lepram: saltē in his peccatis q̄ sunt oīb⁹ notoria. Jn alijs vero de q̄bus etiā sapientes dubitant sciat ꝺubitare: ⁊ q̄rere supioꝝ ꝓfiliū. Debet scire q̄ sunt mortalia: q̄ capitalia saltē in cōmuni: ⁊ que venialia in genere. Debet etiā scire canones pniales: nō tm ꝓpter hoc vt pnias imungere: cūz pnie hodie fint arbitrarie. vt dicetur in sequēti sermone sed vt p hoc sciat culparum pnias agnoscere. hec Durandus. Ego tamen credo ꝙ pōt quis dum nō est nimis peritus: in tribus casibus sine periculo cōfessiones audire. Primus est qñ periculuz mortis imminеret ꝓfitenti: nec alius posset haberi. Tūc quilibet potest ⁊ debet audire ꝓpter efficaciā sacramēti ne ea priuetur. Secundus est qñ confitens est peritus sufficienter ita ꝙ ipsuz ꝓfessorem docet. Tertius qñ ꝓfitentes sunt persone spiritualiter viuentes ⁊ crebro ꝓfitētes que nō consueuerunt habere nisi venialia.

Qualiter cōfessio debet esse integra vt penitens cōfiteatur omnia peccata mortalia et circūstantias trahentes ad aliud genus peccati ⁊ in casu venialia. Capm III

t Ertium mysterium del confessione de clarandum dicitur integritas. Nam vt dicit. c. omnis. sepius allegatum. De oībus peccatis cōfessio est facienda vni-

UVA. BHSC. IyR_227

sacerdoti vt integra sit ⁊ non diuisa. Sed in hoc solet dubitari quantum ad tria.

Primo ꝙtum ad pctōz differentiam

Scōo ꝙtum ad eoz circunstantiam.

Tertio ꝙtum ad pcta venialia.

Prio solz dubitari ꝙtū ad pctōz dñtiam Utrū necesse sit differentiā ois peccati mortalis, siue latentis, siue manifesti, siue sit cozdis, siue sit ozis cōfiteri. Et rñdet Boñ. dist. xvij. quarti ꝙ sic. Et de pctō manifesto dicit. ꝙ necessariū est vt dicat in cōfessione duplici ex causa. Una ex parte audientis: alia ex parte confitētis. Ex parte audiētis: qm̄ sicut est in iudicio fozensi ꝙ iudex aliq̄d nouit vt ꝓuata ꝑsona: quod tm̄ nō nouit vt iudex nec ꝓcedit ad sniam quousq; innotescat ei vt iudici. quia vt dz. iij. q. vij. c. iudicet. Judex debet iudicare ꝑm allegata. Sic est in iudicio pniali, quia pcta publica ꝙuis sint manifesta sacerdoti sicut hoi: non tm̄ sunt manifesta sicut dei vicario. ideo sunt ꝓfitenda. Scōa rō est ex parte cōfitētis: q: ꝑ suā humilē cōfessionē hz iustificari. Unde de pe. di. ſ. c. pozro illi. §. alij Dictu ꝑus inimicates tuas vt iustificeris. Dū ergo peccatoz confitek oia mortalia secreta ⁊ publica que fecit debet dicere sacerdoti: ⁊ si non recozdaref oim̄ ꝓcedente sufficiēti ꝓparatione. sufficit ei ꝙ in genere doleat ⁊ confiteaf se in multis offendisse quoz nō recozdatur: quia vt scribit in glo. sup. c. pozrecta. extra de cōfir. vti. vel inuti. Et. C. de veteri iure enucleādo. l. ij. §. si quid aūt. Omniū habere memoziam ⁊ in nullo penitus oberrare diuinitatis est potius ꝙ humanitatis Si autem pctōz recozdek ⁊ nolit dicere vl nō dat opam vt recozdef: ꝓfessio sua infructuosa est, vt colligi pōt ex dicī in. c. fratres nros. de pe. di. v.

Scōo solet dubitari ꝙtum ad pctōz circunstantias. vtrū circunstantie sint ꝓfitende Et dicit dñs Boñ. ꝑfata. xvij. disti. quarti ꝙ tria sunt circūstantiaz genera: quedam sunt alleuiātes: quedā aggrauātes: quedā ad aliud genꝰ trahētes. Prime circūstātie alleuiāt pctm̄: vt si quis peccasset cuz muliere ab ipsa tm̄ tētatus ⁊ ꝓuocatus ⁊ hmōi. Has circūstātias confiteri nō est bonū nisi ꝑpter b̄ vt satisfaciat aliene inquisitiōi: vel vt puideak ei scādalo ⁊ pturbationi: vtpote si timeret confessoz ex hoc accipe occasionē ⁊ exēplū malū vel si tm̄ circūstātia minuat pctm̄ vt sit in genere venialis aut nullū pctm̄: sicut comedere carnes in q̄dragesima ꝑpter infirmitatē. hoc excepto pctōz nō debet tales circūstātias referre: qz in ꝓfessione habet se accusare nō excusare. Scōe circūstātie dicunk aggrauātes q̄ aggrauāt pctm̄: nō tm̄ trahūt in aliud genꝰ. vel in alia spēm peccati. vt si quis iuisset ad taxillos multū libēter: ⁊ fuisset foznicatus cū multa delectatiōe: vel cōmisisset aliq̄ō pctm̄ ex ꝑpria malicia nulla tētatione ꝓcedente: et tales circūstātias nō est de necessitate confiteri: ſ de ꝙgruitate. Tertie circunstantie dicunk ad aliud genus trahentes: eo ꝙ trahūt in aliud genus vel in alia spēm peccati ⁊ has confiteri est necessariuz. Scōm vero dicta sctōz octo sunt tales circūstātie, Prīa ꝑsone. Scōa loci, Tertia modi, Quarta tpis, Quinta numeri, Sexta q̄litaſ, Septima inductionis, Octaua ꝙsequētie. Prima circūstātia dz ꝑsone. Notificāda nāq; est ꝑsona cū qua vel ꝙ quā pctm̄ est cōmissuz. Aliud em̄ ē peccare cū vna moniali: aliō cū vna seculari: aliud cū soluta: aliō cū ꝺiugata: aliō cū ꝓsāguinea: aliō cū extranea: aliud ꝑcutere laicū: aliud clericū vel sacerdotē ⁊ hmōi. Scōa circūstātia dz loci. Nā si pctm̄ cōmittaf in loco sacro iducit aliā spēm pcti quod dz sacrilegiū. sic no. glo. de pe. di. v. c. ꝓsideret. Tertia est modi. Posset em̄ ꝙs tali modo peccare ꝙ pctm̄ traheret in aliā spēm vt si ꝙs cū muliere peccaret ꝓtra naturā Quarta est tpis, qñ em̄ pctm̄ cōmittif in die festo inducit aliā spēz. ſ. trāsgressionē tertij ꝑcepti. vt dicit Nico. de lira sup. xx. c. Exodi. Jō pctā in festis cōmissa cum tēpis circūstantia sunt ꝓfitenda. Quinta dicitur numeri: qz quotiēs homo peccat totiens distincta ⁊ plura pctā cōmittit ꝑpterea opz dicere quotiēs pctm̄ est cōmissum. Et si ꝙs non recozdef dicat numerū quem poteſt estimare ꝑm ꝑbabilē opinionē. ⁊ si nō poteſt estimare numerū estimet quāto tēpe in peccato stetit

Sexta dz qualitatis. Opz em̄ confiteri qñ pctm̄ eēt publicū: qz induceret aliā spēm hoc est scandalū ꝓximi. Septima dz inductōis quādo aliquis nō solum ipe peccauit: ſ alios induxit ad peccandū. dans consiliū: auxiliuz. vel fauozem. Octaua dicitur consequentie. Debet peccatoz etiā dicere peccata que consequuntur ad alia peccata: vtputa quia in vno peccato occurrerent mendacia: periuria: adulationes: deceptiōes. ⁊ similia que in cōfessione non sunt omittēda: ſ ꝑpalanda. Tertio dubitari solet quātuz ad peccata venialia. an expediat illa confiteri. Et de hoc dicit Bona uen. vbi supza. q. ſ. ꝙ confiteri venialia non est ꝓceptum: eo ꝙ ꝙq; confessione multi-

UVA. BHSC. IyR_227

pliciter remittunt. Et ꝓmo p digna eucharistie sumptionē. de cōse. di. ij. c. cū oīe crimen et. c fi quotiēscūq;. Scōo per aque bñdictē aspersionē. vt pz de cōse. di. iij. c. aquam sale cōspersam. Tertio p ieiunia ⁊ p elemosynaꝝ largitionē. vt habet. lxxxij. dist. c. pbr. Et de pe. di. j. c. medicina. ⁊. c. ꝓbrem ⁊ dis. iij. c. sane cauendū. Quarto p dñicā oronez. vt de pe. dist. iij. c. de q̄tidianis. Quito p deuotam pectoris confessionē. de pe. di. j. c. tres sūt actiones. ⁊ di. ij. c. Si em̄ inq̄t. Sexto p generalē ꝓfessionē in eccl̄ia factā. vt de pe. di. iij. c. de q̄tidianis. Jn cāu tñ ꝓtingit q̄ homo teneaꝫ venialia ꝓfiteri. siue ꝓpter dubiū: siue ꝓpter ecclesiasticū statutū. Propter dubium vt q̄n q̄s ꝓbabiliter de aliquo peccato dubitat vtr̄ sit mortale vl̄ venialez q; pctōr si nō penitet de illo sicut de mortali: discrimini se expōit. Et ideo debet cōfiteri. Silr̄ ꝓpter statutum cōfitenda sunt venialia sicut dictū est supi⁹ de necessitate cōfitendi semel in anno: vel de religiosis. Q̄n̄ ꝯo multi hoc audiētes scrupulosi satis efficiunt dubitātes nescire cōfiteri sua pctā vt decz. Ego dico ⁊ teneo q̄ si quis cū volūtate se emēdādi ⁊ ꝓpōsito bono ad ꝓfessionē accedit: faciēs q̄ō in se est vt bñ ꝓfiteaꝫ ⁊ nullius pcti recordareꝫ: ⁊ nulla dicere circūstantiā: ⁊ multa omitteret que ad confessionē necessaria esse dicunt; considerata volūtate bona ⁊ pēsata humana infirmitate vel ignorātia: talis fructu confessionis minime pꝛiuareꝫ. Ergo cū bona ad deū fiducia disponāt se omnes pctōres put poterunt vt sciant pctā sua cōfiteri ⁊ a xpo sanitatem et salutem simul cū languido quē sanauit in euāgelio firmiter obtinebūt hic per gr̄am: et in futuro p gl̄iam: in qua viuit in ecnū deus qui est bñdictus. Amen.

Sabbato post Jnuocauit. de fructuosa et vtili cōfessione pctōr. Sermo. XXIX

Ꝯ Jc est filius meus dilectus in quo mihi bene compla cui ipsum audite. Matthei. xxvij. et in euangelio ꝯdierno. Seruāda sunt xpi pꝛcepta animo leto et libenti corde ⁊ quem verum deum credimus saluatorem nostrum. Testatur nanq; euangelium ꝯdiernū qualiter christus transfiguratus est in monte a deo patre et spiritusancto vestimentum diuinitatis accepit. Jpse ergo nobis viam salutis aperuit: penitentiamq; post commissa peccata illam esse pꝛedicauit. Jpse sacerdotibus claues ecclesie ꝓsignauit. quibus possent peccatoribus aperire ianuā regni celoꝝ. Jp se sanguinē suum offert omibus: quibus meꝛita ꝓpꝛia nō sufficiunt vt illius merito veniam assequant ⁊ reinissionē. Q̄m̄ vero homines saluare sic voluit per gratiā suā: vt etiam ipsi faciant quod in se est: ⁊ pꝛecipue peccata sua sacerdotibus cōfitendo. Jdcirco ynusq;q; illū audire debet. Vox em̄ eius ē Matth. iij. di. Penitentiā agite. Et q; hec penitētia cōfessionem includit: idcirco ꝑter ea que in pꝛecedētibus dicta sunt. adhuc i hoc ꝑmone tria mysteria ponemus ꝓtemplanda.

Pꝛimū ꝺz humiliationis.
Secundū occultationis.
Tertium iterationis.

Quō pctōr dz humiliter ꝓfiteri. Pꝛimo exanimādo ꝓscientiā. Scōo accusando peccata. Tertio suscipiendo iniunctaꝝ sibi pnām a sacerdote. Capm̄ I

p Pꝛimū mysteriū de cōfessione declarandū dicit humiliationis. Qui em̄ cōfitek ꝓfiteri debet cum humilitate, que ꝑcipue cōsistit in tribus.

Pꝛimo in diligenti examinatōe.
Scōo in pctōr accusatione.
Tertio in pnie susceptione.

Pꝛimo ꝓfistit humilitas penitentis in diligēti exaiatiōe. Naz qui humilis est ante cōfessionē in aliquo secreto loco exanimat seip̄z cogitans beneficia que a deo accepit. bona q̄ omisit. ⁊ mala que cōmisit. dicens illud Esa. xxxviij. Recogitabo tibi omnes ānos meos in amaritudine aīe mee. Sed multi sunt qui ad cōfessionē accedūt indenoti impmeditati sine vlla ꝓpunctōe. sine cogitatōe aliq̄ aut recordatione pctōr suoꝝ q̄bus ꝓfessores q̄n eos tales inuenīt. pꝛsuadere debent vt pꝛius se ꝑpꝛarēt. ⁊ postea redeāt ad penitēdū. q̄ monēdi sunt vt p decē ꝓsideratōes discurrendo conenk sua pctā colligere. Pꝛima ꝓsideratio est stat⁹ in q̄ pctōr est. ⁊ in quo fuit. puta ꝰgnitatis. vidualitatis. aut mꝛimonij. Scōa est etaꝫ in q̄ pctōr ē ⁊ in q̄ fuit. Tertia ē fortune ꝓsperevel aduerse. Quarta officij arꝫ seu exercitij. Quinta societaꝫ ꝰmeorādo socios vel socias cū quib⁹ hō ꝑuersatus est. Sexta ē loco ⁊ quib⁹ hō fuit. Septima tēpoꝝ puta pacis guerre aut solēnitatū aut dierū ferialium Octaua cordis speculādo subtilr q̄d ꝺ deū ⁊ pꝛimū ē corde ꝺmissus. Nona ē ꝓximoꝝ notāk i seipo q̄d i ꝓximis male loquēdo potuerit errare ꝓfideraō. Decia est factoꝝ ⁊ opeꝝ. Jtis mo

UVA. BHSC. IyR_227

dis: discurrendo potest homo multa peccata que fecit ad memoriã reuocare. ꝛ ꝑpt̃ que in sua cellula aut camera sic solus exñs pectus suũ pcutiẽdo dicere debz cũ publicano Luce xviij. Deus ꝑpicius esto mihi pctõri. Et cum filio pdigo Lu. xv. Pater peccaui in celum ꝛ coram te. Et cũ dauid. Miſere mei deꝰ ſm magnã miam tuã. Et quãtũ potest conef de testari peccatoꝝ suoꝝ magnitudinẽ turpitudinẽ ꝛ multitudinẽ depcans oĩpotentẽ deum vt dignef ꝑ vulnera sui filij indulgere sibi dilecta sua. ficꝫ cũ tali dispõne reuertaf ad sacerdotẽ. Sacerdos ꝙo vbi videt illũ deficere diligẽter adiuuet ꝛ examinet. Scõo cõsistit humilitas in peccatoꝝ accusatione. qñ pctõr lz cũ rubore: tñ libere ꝛ manifeste accusat pec cata sua. Naz vt õr de pe. di. j. c. Quis aliqñ §. taciturnitas. Taciturnitas pcti ex ſuphia nascit cordis. Jdeo eñ peccatũ suum quisq̃ celare desiderat: ne iniquitas sua alijs manifesta fiat: ne talis reputef apud hoies fortis qualem se iam dudũ exhibuit diuino conſpectui: quod ex fonte ſuphie nasci nulli dubiuz est. Species etenim ſuperbie est se velle iuſtum videri qui peccator est. Sed excusant se ꝛ maxime mulieres dicẽtes. Nolle confiteri pctã. nõ ꝓpter ſuperbiã: ſed ꝓpter verecũdiaz. pro quib⁹ Bern. ait. O inſania nimia hoiz. pudet ablui ꝛ nõ pudet inquinari. pudet sordes abstergere ꝛ nõ pudet cõtrahere. abſtergif cali ga: ꝛ cõtaminaf anima. Dropf istos etiam de pe. di. j. c. Quis aliqñ. §. Hic etiã ait Chryſo. Nũc aũt ſi recozderis peccatoꝝ tuoꝝ freq̃ẽter ea in cõſpectu dei ꝑnũcies: et pro eis clementiaz eiꝰ depceris: citiꝰ illa delebis. Si aũt nũc obliuiſcaris pctoꝝ tuoꝝ: tunc eozuz recozdaberis nolẽs qñ in toto mũdo publicabunf ꝛ in cõſpectu ꝓferenf oĩm tã amicoꝝ tuoꝝ q̃ inimicoꝝ ꝛ ſanctoꝝ angeloꝝ celeſtiũ q̃z ꝛ tutũ. hec ibi. Nulla ergo verecũdia mꝰto min⁹ nec ſuphia tacenda ſunt in confeſſione peccata: q̃nimmo illa hũiliter ꝛ dolenter ſacerdoti ſũt reuelãda ſine duplicitate: ſine mẽdacio ſine excuſatione. Nec eñ incipiendum est vt multi faciũt a ꝓpria laude aſſerentes. Ego ieiuno: do elemoſynas: adiuuo pauper non ſum blaſphemꝰ aut homicida: lz q̃nq̃z vt homo carnalꝰ peccem ꝛ hmõi. Non pura est nec deo accepta talis cõfeſſio. Dicẽda etiam ſunt peccata ꝓpria nõ aliena. vt dicit. c. ois. extra de pe. ꝛ re. Notandũ tñ ſm Ric. i. iiij. di. xxj. ar. v. q. ij. ꝙ exꝓſſio aliene perſone ſeu alieni peccati: aut est neceſſaria ad exꝓſſionẽ peccatoꝝ aut nõ. Si ſic tenef eam exꝓmere cõfeſſori. Unde mulieri cũ qua cõcubuit frater eius nõ ſufficit dicere ꝙ vnus vir concubuit cũ ea. ſed dz exꝓmere ꝙ ille est frater eius. Et ſi nõ habeat niſi vnum fratrẽ. tũc ſcit ſacerdos quis ẽ ille. Et ſi est religioſus dz exꝓmere ꝙ est religioſus. Et ſi est laicus ꝛ est cõiugatꝰ dz exꝓmere. ꝛ ſic de alijs. Si aũtẽ exꝓeſſio perſone nõ est neceſſaria ad exꝓeſſionẽ quãtitatis pcti. tũc diſtingue. Quia aut est vtilis ad correctionem illius. vel ꝓſeruationẽ a recidiuo aut nõ. Si ſic tũc credo ꝙ penitẽs bñ facit ſi extra confeſſionem hoc dicit alicui perſone. que illi peccatoꝝ poſſit ꝛ velit prodeſſe ꝛ nõ obeſſe. Sed ꝑ alia cauſa noiare ipm in cõfeſſione nõ expedit nec oportet qz per talem nominationẽ cõfeſſor nõ poſſet ꝑcedere ad correctionẽ illius. Si aũt nominatio illa nõ est vtilis ad illius correctionez tũc ſubdiſtinguif. Quia aut poteſt eſſe vtilis ad ꝓſeruãdum a recidiuo. aut non. Si ſic. tũc bonum est ꝛ expedit penitenti vt illam perſonã exꝓmat confeſſori. Poteſt enim contingere ꝙ confeſſor per cognitionem perſone ſciet iniungere penitenti penitentiam talem ꝛ talia dare documẽta ꝛ tales facere monitiones. ꝙ melius ꝛ ſecurius penitens poterit a recidiuo ꝓſeruari. Si aũt nominatio ꝓſone non est vtilis ad magnitudinis peccati exꝓeſſionẽ. nec ad alterius correctionẽ. nec ad ꝓſeruandũ a recidiuo penitentem. tunc credo ꝙ penitẽs teneaf ꝓſonã celare. Quilibet eñ tenef nõ generare malam opinionẽ de ꝓximo ſuo in corde alterius ſine rõnabili ꝛ vtili cauſa. Tertio conſiſtit humilitas a dhuc in humili ꝓnie ſuſceptione. Ut eñ dicit Chryſo. de pe ni. di. iij. c. perfecta. Perfecta ꝓnia cogit peccatorẽ omnia libenter ſufferre. Sed dubiũ est vtrũ penitẽs teneaf tẽtionẽ neceſſitatis accepte ꝛ exꝑlerre ꝓniam ſibi iniuncta a ſacerdote. Et ſñdet Ric. diſ. xviij. quarti ar. j. q. v. ꝙ ſacerdos aut iniũgit ꝓniam rõnalem ꝛ diſcretã aut nõ. Si ſcõo modo penitẽs nõ tenef eã recipe nec ꝓplere. ꝙa ſacerdos indiſcretas penitẽtias iniũgẽdo abutif claue ſcientie ꝛ poteſtate. Si ꝓmo ñ dico ꝙ teneꝰ tẽtiõe neceſſitatis eam recipere. ꝛ pro viribus adimplere. quia talem penitentiam iniungendo claues vtitur recte. Quilibet aũt tenef ſui iudicis iuſtam ſniam ſeruare. Unde ſi penitẽs talem penitentiam ſciẽter ꝛ ex deliberatione implere omiſerit. mortaliter peccat. cum facit abſq̃ legitima cã. Secũdũ eñ Doſti. in ſum

UVA. BHSC. IyR_227

ma,de pe.⁊ re.ꝓ quolibet pctō mortali regla
riter deberet pnia septēnis iponi,vt p3.xxxiij
q.iij,c,hoc ipm.⁊.§.sequēti,⁊.xxij.q.j.c.pze
dicandū.Et est rō vna:qz deus ꝓcepit mariā
sozozē aaron lepza ꝑcussaz poni extra castra
per septē dies.⁊ fic accipiť dies pro āno.Alia
rō est,vt sicut pctō: per pctm septifozmē spūs
sancti gram amisit.fic p septennem pniaz re
cuperet.Tū pōt sacerdos in penitētijs dispē
sare consideratis criminis quātitate ⁊ quali
tate:⁊ psone dignitate:ꝺditione:sexu:officio
pauptate:infirmitate:debilitate:consuetudi
ne:cōplexione:societate:causa:animo: volun
tate:⁊ fic ꝓ arbitrio pnias taxare ⁊ impone
re,vt ꝓbat plene ex.de pe.⁊ re.c.significauit
⁊.c.is q.⁊.c.ois.§.sacerdos.⁊ ex.de homici.
c.sicut dignum.⁊ ex.de eo qui co.cōsang. vxo
ris sue.c.trāsmisse.⁊.xj.q.iij.c.abfit.⁊.xv. q.
vj.c.Si a sacerdotib⁹.⁊.xxvj.q.vij.c.tempo
ra.⁊ de pe.di.j.c.mensurā.⁊ de ꝺse.di.iij.c.de
penitētibus. Ideo dicat penitenti sacerdos.
Charissime frater tu cōmisisti tot ⁊ talia pec
cata pro quib⁹ deberes ꝓ quolibet fic penite
re.Sed forte vita tua ad hoc agendū tantuz
nō extenderetur.Iniūgo tamē tibi talē peni
tentiam pro omibus:⁊ elemosynas quib⁹ pec
cata redimunť:⁊ omia alia bona que feceris
⁊ mala que ꝓ christo sustinueris:accepta lo
co penitētie.⁊ qꝫ prosint tibi in remissionem
peccatozū tuozū.Et si interim moriaris: au
ctozitate dei ⁊ beatoꝝ apostoloꝝ petri ⁊ pau
li:⁊ sancte ecclesie ⁊ nostra te absoluimus ab
omibus his que confessus es:⁊ ab alijs de q̄
bus non recozdaris inquantū possumus:⁊ de
bemus:⁊ si quid purgandū remāserit in pur
gatozio purgetur iuxta misericozdē domini
voluntatē.Caueant autē sacerdotes qꝫ fic ar
bitrenť nevilis fiat auctozitas ecclesie ⁊ po
testas clauiū contemnatur.Unde dist.l.c.ab
sit.dicit.Absit romana ecclesia rigozem suuz
tam prophana facilitate dimittere,⁊ neruos
severitatis fidei euersa maiestate dissoluere:
vt cum adhuc nō tantū faceant in peccatis:ſ
etiam cadant euersozū fratrū ruine:ꝓpera
ta nimis remedia cōmunicationū vticz non
ꝓfutura ꝓestenť.Ubi em̄ poterit peniten
tie medicina prodesse.etiā si ipe medicus in
tercepta penitētia indulget periculis hoc nō
est curare:si fiverū dicere volumus:occidere.
Et ex de vi.⁊ hone.cle.c. vt clericoꝝ. dicitur.
Facilitas venie tribuit incentiuū delinquen
di.Et ad hoc facit,c.est iiusta.xxiij.q.iij.⁊.c.
loci.xxxv.q.ix,⁊.c.quenit,xciij.di.⁊,c.si quis
ꝑpostera.di.l.Studeat etiā sacerdos vt pec
catoz penitēti semper in cōtrariū pniam im
ponat.vt superbo imūgat:humilē oationes
auaro elemosynarū largitionē.accidioso pe
grinationes.guloso ieiunium.luxurioso car
nis macerationē.maledico bñdictionē.⁊ hu
iusmōi.hec Posti.Addit Ric. vbi.s.qꝫ si pē
tens sentiat pniaz sibi nimis grauē ⁊ ad ob
seruādū piculosam sua infirmitate pēsata de
bet ad illū ꝺfessozē cui ꝺfessus est vel ad aliū
si illum habere nō potest recurrere:⁊ alleuia
tionē vel ꝺmutationē petere.Et confessoz de
bet concedere etiā si videat qꝫ pnia alleuiata
nō sufficiat plenarie ad emendā peccati. sed
post eam inexpletum adhuc remaneat aliq̄d
in purgatozio purgandū. Tuti⁹ em̄ est refer
uare purgatozio penitētem puniendū qꝫ ipm
Primū mysteriū declarandū dicit̄ diffinitionis. In quo q̄d sit contentio videamus. Et nō loquimur de cōtentione que est oro ad cōfutandū vel cōfirmādū accommodata qui color est rhetoricus, vt dicit Tullius in rhetorica: sed loquimur de contentiōe ꝓut est vitiū. Et sic diffinit̄ ꝟm Alex. in. ij. summe hoc modo. Cōtētio est impugnatio veritatis cū ꝯfidentia clamoris. Est ergo contendere verbis contra aliquem tendere. Hoc autem fieri potest tripliciter.

Primo ratione emulationis.
Secundo ratione disputationis.
Tertio ratione litigationis

Primo pōt aliquis cōtendere cū alio rōne emulationis ⁊ inuidie. Naz aliqui sunt q̄ ita diligūt suos ⁊ gloriam eorum: vt non possint sine displicētia famā ⁊ virtutes alioꝝ audire ⁊ dicentibus atq; narrantibus obstant ⁊ cōtradicunt. Talis fuit cōtentio que fuit in corinthijs cōuersis ad fidem. quos Paulus reꝑhendit. j. Corinth. j. dicēs. Obsecro vos fratres per nomē dn̄i nostri iesu xp̄i: vt idipsum dicatis oēs: ⁊ nō sint in vobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu ⁊ in eadez scientia. Significatum est em̄ mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt cloes: qꝛ cōtentiones sunt inter vos. Hoc autem dico qd̄ vnusquisq; vestrum dicit. Ego quidem sum Pauli. ego autez Apollo. ego vero Cephe. ego autem xp̄i. Diuisus est christus? Et. iij. c. Cum sit inter vos zelus ⁊ cōtentio: nōne carnales estis: ⁊ ꝟm hominem ambulatis? Cum enim quis dicat: ego sum Pauli alius autem: ego Apollo: nonne homines estis. Quid ergo est Apollo. Quid vero Paulus. Ministri eius cui credidistis, et vnicuiq; sicut dominus dedit. Ego plantaui. Appollo rigauit: sed deus incremētum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Existimabant nanq; illi Corinthij ꝙ qui a meliore ⁊ maiore esset baptisatus. ille maiorem gratiam assequeretur: quasi homines darent gratiam. Similiter etiam contendebant romani ⁊ iudei cōuersi ad fidem. Dicit enim Hieronymus in prologo in epistolam ad Romanos. Romani qui ex iudeis et gentibus crediderunt hi superba contentione volebant se alterutrum superponere. Nam iudei dicebant. Nos sumus populus dei quos ab initio dilexit et fouit. Nos circumcisi ex genere. Abraam sancta descendimus ex stirpe. Nos de egypto signis dei ⁊ virtutibus liberati: mare sicco pertransiuimus pede. Nos ꝑ quadraginta annos experti sumus mirabilia magna dei. Nos soli digni sum⁹ accipere legem: et vocem dei loquētis audire. Nobis promissus est christus: ad quos ipse venisse testatur. Dicit enim. Non sum missus nisi ad oues que perierūt domus israel: cum vos canes potius q̄ homines appellauerit. Nō est ergo equum vt vos hodie idola deserētes cōparemini nobis. Econtra gentiles dicebant. Quanto maiora circa vos dei beneficia narraueritis: tanto maioris criminis reos vos esse monstrabitis. Semper enim his omnibus ingrati fuistis. Nam ipsis pedib⁹ quibus pertransistis mare: postea ante idola ludebatis. Manna vobis fastidio fuit. ⁊ semꝑ in deserto contra deum murmurastis. Sepe deum ad iram prouocastis. et ad vltimum xp̄m in lege et prophetis promissum occidistis. Nos itaq; vobis digniores sumus q̄ vt de christo audiuimus mox in eum credidim⁹ Ideo per prophetam de nobis dominus ait. Populus quem non cognoui seruiuit mihi. Unde constat nos nō ex industria. ꝫ ex ignorantia deliquisse. His ergo altercātibus apostolus medius inter eos omnes: eorum contentiones dirimens: ad vnam concordiam eos adduxit: ostendens nullos eorum meriq̄ suis esse saluatos: quia omnes iudei et omnes gentiles sub peccato tenebant̄: sed ꝑ dei gratiam liberati sunt. Ideo dicit̄ Romañ. ij. Non enim est personarum acceptio apud deum. Et. iij. c. Non est em̄ distinctio. om̄es em̄ peccauerūt ⁊ egēt gloria al's gratia dei. Et. x. c. Omnis qui credit in illum non confundet̄. Non est em̄ distinctio iudei et greci.

UVA. BHSC. IyR_227

Nam idem dñs omniū dimes in oēs qui inuocauit illum. Sic ex discipuli Johannis baptiste forte cōtendebant de Johanne baptista ⁊ de xpo. Sic ⁊ quotidie cōtendunt aliqui de p̄dicatoribus: de doctoribus: de fundatoribus religionū: ⁊ de sanctis. Pro qbus facit exemplum illud qō ponit in legēda Johannis baptiste. Qō duo doctores erant famosissimi: quor vnus in magna deuotione habebat Johannem baptistā: alius vero Johannē euangelistam. Cū quilibet satis sanctū suū cōmendaret: ⁊ alter alteri pferret: tandē ꝯcluserūt se velle facere publicam disputationē ad prohandū quis maior esset. Sed nocte p̄cedente disputationem Johannes baptista apparuit suo deuoto. ⁊ Johannes euangelista suo: revelantes q̄ disputationē talem dimitterent: q⁊ ipi bene cōcordabant in celis: ita ⁊ ipi deberent cōcordare in terris: ⁊ demū in supnis viderent hanc veritatē. Scdo pōt quis cōtendere contra alium rōne disputationis. Que ꝟm Alex. si fieret p declaratione mētis ⁊ seruato modo debito: nullū esset peccatum. Sz si fieret ex quadā titillatiōe honoris ⁊ glorie veniale peccatū esset. sicut fuit in aplis, de quibus dr Luce. xxij. Facta est ꝺtētio inter eos quis eor videret esse maior. Ipsi em̄ tunc vt dicit Tho. ij. ij. q. xxxviij. nō cōtendebant cuz intentione impugnandi veritatez: q⁊ quilibet defendebat qō sibi verū videbatur. Erat tamē in eor cōtentione deordinatio: q⁊ ꝺtendebāt de quo nō erat cōtendendum. scz de primatu honoris. Nōdum em̄ erant spirituales, sicut dicit ibi glo. ideo dñs cōpescuit eos Sed nūquid licitū est disputare cū hereticis? Ad hoc rñdet Alex. in. ij. q hereticus aut est ab ecclesia p̄cisus ꝓpter pertinacem sniam: aut non. Si primo mō tunc nō est cū eo habendū cōsiliū. iuxta illud ps. Non sedi cū cōsilio vanitatis. Et de hoc aplis ad Titū. iij. c. ait. Hereticum hominē post primā ⁊ secundā correptionē deuita. Cū hereticis post damnationē nō vocant ad cōsilium. sicut pz. xxiij. q. j. c. maiores. Si ño hereticis adhuc sunt corrigibiles licitum est ꝺtendere ⁊ disputare cū eis vt ad fidem reuocent: vel vt falsitas eor aliis manifestet. Hoc autē intelligendū est de p̄batis in doctrina: q⁊ periculosum esset simplicibus cū hereticis disputare. Tertio pōt quis contendere cōtra alium rōne litigatiōis. sicut faciunt multi qui omnē sciam p̄imi querūt infringere: ⁊ clamorosis vocibus multiplicatio neq verboꝝ volunt vincere. Et ꝟm Tho. ij. ij. vbi. s. si cōtentio fiat ꝓpter notabilem impugnationem veritatis: aut iniuriam vel dānum proximi. sicut facere solēt procuratores ⁊ aduocati: peccatum est mortale.

Qr abominandum est vitium contentionis: tum q⁊ reddit hominē exosum: tum propter honorem: tum etiam propter scandala q̄ inde sequuntur. Capitulum. II

Secundū mysterū declarandū de contentione dr abominationis. Est enz abominabile ꝓpter tria hoc vitium.

Primo propter confusionem.

Secundo propter honorationem.

Tertio propter deriuationem.

Primo ꝓpter cōfusionē. ꝺtētio nanq̄ facit ipos ꝺtētiosos abomiabiles ⁊ exosos hoibus: silꝛs canibus q̄tū ad actū: ⁊ demōibus q̄tū ad maliciam. Quisnā nō vituperabit hominē semp clamantē ꝺtendentē paratum ad oīa cōtradicere: sniam suā verā vel falsam supbe ⁊ ptinaciter defendentē. Ideo Aug. ait. Nihil est ita silē actibus demonū sicut litigare. Et puerb. xvj. Homo puersus suscitat lites. Et. xviij. Labia stulti miscēt se rixis ⁊ os eius iurgia puocat. Et ite. xvj. Vir insipiēs fodit malū: ⁊ in labijs eius ignis ardescit. Et xvij. c. Semp iurgia querit malus: angelus aut crudelis mittet cōtra eū. Scdo abominada est ꝺtentio ꝓpter honorationez. Est quidē homo qui ꝺtentiones fugit dignus honore. Vñ puerb. xx. Honor est hoi qui sepat se a cōtentionibus, oēs aut stulti miscent. se cōtumelijs. Et Pau. ij. Ti. ij. Stultas aut ⁊ sine disciplina qōnes deuita: sciēs q̄ generāt lites. Seruuz aut dñi nō oportet litigare: sed mansuetum esse ad oēs docibilē patientē cuz modestia corripientē eos qui resistunt veritati. Quanti aut meriti sit apud deū nō cōtendere: clarū esse pōt per illud qō legit in vitis patrū. Qō orāte sancto Machario vox insonuit ad eū dicēs. Nōdum ad mensurā duarū mulierū venisti que habitāt in ꝓxima ciuitate. Cuiꝝ quesiuisset Macharius ⁊ inuenisset eas: cōuersionē earuz interrogauit. Ipse vero dixerūt q̄ erant mulieres duoꝝ fratrū: ⁊ per quinq̄ annos simul fuerant: nec verbū ꝺtentiosum fecerāt: nec vnq̄ aliqua earū dicto vel facto alia cōtristauerat. Qō audiēs Macharius dñ edificatus recessit. Tertio est abominada ꝺtentio ꝓpter deriuatiōem. ab illa si quidē sepe deriuant plurima scandala: odia: dissensiones: rixe: qnq̄ post xba venit ad xbera. Propterea dr. Ecc. xj. Ab vna scintilla

UVA. BHSC. IyR_227

auget ignis: ⁊ ab vno doloso auget sanguis. Et. xxviij, capitulo. Lis festinās effundit sanguinem.

Ō non est contendendū cum potentioribus se: nec cum diuitibus: neq; cum loquacibus ⁊ linguosis. Capitulū. III

Tertium mysterium contemplandum t de contentione dicitur determinatio.

Nam licet non sit cum aliquo contendendum: verūtamen sapiens enumerat tria hominum genera.

Primi sunt potentes.
Secundi locupletes.
Tertij linguati.

Primi cū quibus nō est litigandū neq; cōtendēdū sunt potētes. Unde Eccli. viij. Non litiges cū hoīe potēte: ne forte incidas in manus illius. Potentes aūt dicunt oēs superbi vel supiores dñi prelati ⁊ parētes: cuius quib⁹ nō est ꝓtendendū. Secūdi sunt locupletes ⁊ diuites. Unde Eccli. vbi. s. ōr. Non ꝓtendas cū viro locuplete, ne forte ecōtra ꝓstituat: tibi litem. Multos pdidit aurū ⁊ argentū: ⁊ vsq; ad cor regū se extendit ⁊ ꝓuertit. Et ly piculum sum sit cū talibus ꝓtendere ꝙbis. tū piculosius est litigare facē. Q ād pauper voluerūt cū diuitib⁹ in iudicio ꝓtēdere siue p possessiōib⁹ ab eis occupatis siue p pecuniis ⁊ aliis rebus vsurpat. ⁊ tādē diuites ꝓualuerūt. Ūñ enim dicit sapiēs Prouer. xix. Diuitie addūt amicos plurimos: a paupe aūt ⁊ hi quos habuit separant. Et Jsiō. xl. q. iij. c. paup. ait. Paup dū nō habet q̄d offerat: nō solū audiri contēnit: sed etiā cōtra veritatē opp̄mit. Cito violatur auro iusticia: nullāq; reus pertimescit culpam quā redimere nūmis existimat. Nec tm̄ paupib⁹: verūetiā ⁊ diuitib⁹ hmōi litigia sunt damnosissima, qm̄ vt ait Chrysost. lib. iij. epistolarū. Longa questio litigantiū nō tam auget patrimonia q̄ euertit. Tertij cuz ꝙbus nō est cōtendendū sunt hoies linguati ⁊ sine rōne loquētes. Unde Eccli. viij. Non litiges cū homine linguato: ⁊ nō struas in ignē lignа. Sunt de hmōi genere mulieres garrule loquaces ⁊ litigiose. vix vna dom⁹ reperit in qua nō sit hmōi pestis macla. Cōtēdit mulier: nūc cū vno: nūc cū alio: nūc cū viro: nunc cū socru: nūc cū nuru: nūc cū vicina: estq; ꝓtētio illi velut cib⁹. De hac sapiēs Prouer. xix. dicit. Tecta iugiter p stillātia litigiosa mulier q. d. q̄ habitat in domo pstillante q̄n vult declinare stillicidiū in vno loco inuenit in alio ita q̄ nō inuenit requiē. Sic ⁊ ille q̄ mulierē habet litigiosam in domo. Ipsa equidem est venenū amarissimum turbās oīa bona. q: vt scribit Prouer. xvij. Melior est buccella ficca cū gaudio q̄ dom⁹ plena victimis cū iurgio. Quisnam valet exprimere quot odia aut scādala exorta sunt: ⁊ indies oriri videnf inter patrem ⁊ filium: inter fratrem ⁊ fratrē: inter vicinum ⁊ vicinū ꝓpter ꝓtēciones mulierū. Sed audiant viri qui sensu ⁊ rōne mulieres supare debēt. salubre cōsiliū q̄ illis damus Si in domo sunt duo germani simul cohabitantes ⁊ inuenerit litigantes vxores caueant ne ⁊ ipsi litigēt: ꝑ potius vnusquisq; aduocet suam ⁊ ꝓbis vel factis cozrigat illam put ne cessitatibus viderit expedire. Sic faciant viri vxoribus: sic ⁊ paterfamilias subditis suis. Justū nāq; est inuicē supportare ⁊ nō omni verbo cōtrariū referre ꝑmonē. Jō apostolus Epb. iij. d. Obsecro vos ego vinct⁹ in dño vt digne ambuletis vocatiōe qua vocati estis cū omni humilitate ⁊ mansuetudine: cū patiētia supportantes inuicem in charitate: solliciti seruare vnitatem spūs in vinculo pacis: quaz nobis largiatur de⁹ concedens hic gratiam ⁊ in futuro gloriam. Amen.

Dñica oculi in mane de ira dei: que efficax remediū esse potest ad inducēdū homines ad penitentiam. Sermo. XXXVIII

Init ira dei in filios

v diffidentie. Doctoris gentiū verba sunt ista originaliter ad Epb. v. ⁊ in epistola pūtis dominice. Efficacissimū remedium arbitratus sum peccatoribus vt ad penitentiam redeāt ante illoz factē proponere terribilitatē ⁊ horozē iracundie dei. Naz vt Augustinus ait. iiij. li. de doctrina christiana Pleroscz incredulos misericoz dei patiētia longa peccare facit intrepidos: quia deū non arbitrant peccatoz suoz vltorem. Nos igit huic periculo prouidere volentes: in p̄senti sermone de ira dei erimus verba facturi. Et licet multis infectum gustū habentibus gratia sint huiuscemodi verba: tamen humilib⁹ ⁊ deuotis videbunt animarū languentiū medicina. Jnquit enim Augusti. xxiij. q. iij. c. ipsa pietas. Molestus est medicus furenti frenetico: ⁊ pater indisciplinato filio. Tamē nō ꝓpterea negāda est infirmo medicina: nec a filio disciplina est auferēda. Ad hoc vocati sumus vt clamem⁹ ⁊ arguam⁹ ⁊ detestemur de licta: a nunt iemusq; tremenda iudicia dei. Per Esaiam enim. lviij. c. domin⁹ ait. Clama

UVA. BHSC. IyR_227

ne cesses. quasi tuba exalta vocem tuā: ⁊ an-
nūcia ppl'o meo scelera eoꝝ. Propterea vtar
verbis Hiero. ad Palmachiū ⁊ Oceanum di
cent. Adulari nō possum: ne ⁊ fratrē meū de
cipiā: ⁊ me sermo percutiat Salomonis q̄ ait
Verba adulatoꝝ mollia sunt ⁊ hec feriunt in
teriora ventris. Pro salute itaq̄ ⁊ correctiōe
peccatoꝝ d̄ ira dei secure loq̄mur: de qua tria
mysteria principalia erunt ꝯtemplanda.

Primū d̄r cōtemptibilitas.
Secūdū terribilitas.
Tertiū propinq̄tas.

Q'plerique ꝯtemnūt iram dei. vel qꝛ cogi-
tant deū nō esse. vel qꝛ credūt ipsum nō irasci
vel qꝛ diu expectauit illos deus.

Capl'm I

Primū mysteriū ꝯtemplandū de ira
dei dicit cōtemptibilitas. In quo vi
dere libet quare est ꝙ multi audien-
tes loq̄ de tremēda ira d̄i: illā nō timēt: ſ po
tius vt expiētia docet ridēdo ꝯtēnūt. Et colli
gi pñt hui' erroris tres principales rōnes.

Prima d̄r stulte cogitatōis.
Secūda false opinionis.
Tertia diuturne expectationis.

Prima rō quare a multis nō timet ira dei
dicit stulte cogitationis. qm̄ stulte cogitāt de
um nō esse. Pro quibus querimus. Utrū
possit aliquis cogitare nō eē deū. Et videt ꝙ
nō. qꝛ vt ait Ansel. Deus ſm animi cōceptio
nem est. quo nihil melius nihilq̄ maius exco
gitari pōt. Sed maius est qd̄ nō pōt cogitari
nō esse q̄ quod pōt. Ergo cū deo nihil maius
possit cogitari deū esse: ita est qd̄ nullo modo
pōt cogitari nō esse. Sed cōtra arguitur per
textū Job. Damas. Dicit em̄ sic. Intantū pre
ualuit ꝑnitiosa malicia hominū. vt dicāt nō
esse deum. Et Tulli' lib. j. de natura deorum
ait. Quidā dixerunt totam de dijs immorta
lib' opinionē factā esse ab hominibus sapien
tibus reipublice causa. vt quos ratio nō pos-
set eos ad officiū regium ducerent. Respōdet
dñs Bon. di. viij. primi libri ꝙ cogitare cum
assensu aliquid nō esse pōt ꝓuenire dupliciter.
Aut ex defectu intelligentis. aut ex defectu i-
telligibilis. Defectus intelligentis est cecitas
vel ignorantia ob quam: qꝛ ignorat rem: co-
gitat ipam non esse. Contingit autem dupli
citer esse cognitionez de aliquo ente. scz si est
⁊ quid est. Intellectus autē noster deficit in
cognitione diuine veritatis q̄tum ad cogni-
tionem quid est. non autem q̄tum ad cogni-
tionē si ē. Et hoc ait Damas. Cognitio existē-
di deum nobis natural'r est inserta. Et Aug.
de fide ad Petrū. Nihil tm̄ nouit mēs q̄tum
deū esse ⁊ se. Et Hugo de sctō Uic. Sic deus
ab initio cognitionē suam in hoie tempauit.
vt sicut nunq̄ quid esset possit comprehendi
ita nunq̄ qꝛ eēt possit ignorari. Quia ergo i
tellectus noster nunq̄ deficit in cognitione
dei. si est: ideo nec potest ignorare ipsum esse
simpliciter. Quia vero deficit in cognitione
quid est. ideo frequēter cogitat deum esse qd̄
nō est. sicut idolum vel creaturam. vel nō esse
qd̄ est sicut deū iustum. Secūdo pōt cogi-
tari aliquid nō esse ꝑ defectū a ꝑte intelligi-
bilis. Et hmōi defectus pōt esse duplex. Aut
defectus pñtie: aut defect' euidentie. Defect'
presentie vtpote quia nō semꝑ: nō vbiq̄ non
vbiq̄ total'r quod nō semꝑ est: sed aliquādo
est aliquādo non. aliquādo ꝟo potest cogita
ri non esse. Simil'r de eo quod nō est vbiq̄:
quia eadem rōne qua potest cogitari nō esse
hic: potest cogitari nō esse alibi. Simil'r etiā
de eo quod ſm partem adest ſm ꝑtez abest:
Deus autem est totus ⁊ vbiq̄ ⁊ semꝑ. ideo
non potest cogitari non esse. Hanc rationem
assignat Anselmus i libro contra insipiētez.
Non solum propter defectum presentie po-
test aliquid cogitari non esse: sed et propter
defectum euidentie: quia non est euidens in
se et in probando. Sed deum esse est veritas
euidens in se et in probando in se: quia est q̄
nihil maius excogitari potest. In probando
vero quia et ductu rationis hoc probarunt
philosophi. ergo non potest cogitari nisi insi
pienter et stulte ꝙ non sit deus. Unde dauid
in psal. ait. Dixit insipiens in corde suo non
est deus. Stultus ergo est qui cogitat vel di
cit non est deus quem confitet intellect' ra-
tionis naturale lumen. Unde Bernardus in
libro de diligendo deum. Inexcusabilis est
omnino infidelis si nō diligit deum toto cor-
de. Clamat nempe intus eius inata iusticia.
quia ex se toto illum diligere debet: cui se to-
tum debere non ignorat. hec ille. Clamat de
um esse om̄is creata natura angeli homies
celū et terra ⁊ omnia que in eis sunt. Unde
Augustinus in lib. de vtilitate credendi. ait.
Non em̄ frustra intueri oportet ⁊ inanit' or-
dinē celi: pulchritudinē fideꝝ: vicissitudines
temporꝝ: in quoꝝ ꝯsideratione nō curiositas
est exercēda: sed grad' ad eterna faciendus.
Et Job. xij. Interroga iumenta ⁊ docebunt
te. ⁊ volatilia celi: ⁊ iudicabunt tibi. Loquere
terre ⁊ respondebit tibi: et narrabunt pisces

UVA. BHSC. IyR_227

maris. Quis ignorat q̄ omia hec manꝰ dñi fecerit? Mirabilis certe in tanta rerū varietate ordo experitur. Est quidē ordo situalis siue localis: quia quelibet creatura tenet suū locū ꝑm suā dignitatē. Nā terra ⁊ terrena sicut vi ḷoza in imis locata sunt. Aqua vt dignior ei ꝓemineꝫ. Aer vt perfectior superior est. Et ignis ita actiuꝰ ⁊ calidus a nobis elongatur sup alia elementa situatus. Celi incorruptibiles. sol ⁊ luna ⁊ stelle lucentes in ſpheris suis altissime collocate sunt. Et celū empyreū nobilissimū vbi gaudent sancti cū xpo supremū oīm est. Subsequit ⁊ alius ordo qui tempus poterit dici. Ordiatissime em̄ sol facit cursum suum p̄ signa zodiaci ifra annū integrū Et sic trāseūt tempora veris estatis: autūni: ⁊ hyemis cū effectibus suis. Trāseūt ⁊ dies naturales eadem temporis mēsura ad motū primi mobilis cōpletū. ⁊ ea q̄ in hyeme mozꝰ tua videbantur in vere reuiniscūt ⁊ in estate fructificāt. Predicat insuper deum esse sacra scriptura tā veteris q̄ noui testamenti: ⁊ ois scriptura pb̄oꝝ ⁊ poetaruꝫ oimo̅ gentilium ⁊ qualis demētia illoꝝ. ergo qui tanteveritati acquiescere nolunt. Tales vtiq̄ sunt qui dei iracūdiā nō formidāt. Secūda rō quare a multis non timetur ira dei: dicitur falsa opinionis. Nā cum multi negare nō possint esse deū opinant tñ falso q̄ in illo ira cadere nō pōt. Dicūt nanq̄ deū esse clemētissimum, rāvero clementie fore cōtrariā. ideo nec i eo cadere posse. Pro quibus dicit Lactantius n̄ p̄ncipio libri de ira dei. Miaduerti sepe donate plurimos id existimare q̄ nōnulli pb̄orū putauerūt nō irasci deū: q̄m būficia fit tm̄ modo natura diuina nec cuiq̄ nocere prestātissime atq̄ optime congruat potestati. Arguunt secūdo modo tales. quia nulla passio cadit in deo ꝫ ira dei est passio quedam. ꝫ nō cadit in deo. Tertio cōfirmat errorem suum. quia omne peccatum a deo est remouendum. sed ira est vnū ex septē vitijs capitalib⁹. ergo est a deo remouenda. Verūtamen contra sic tenētes sunt auctoritates ⁊ dicta siue scriptura sacre siue gētiliū ⁊ moraliū philosophoruꝫ. Unde Exo.xv. In multitudine glozie tue de posuisti oēs aduersarios nostros. Misisti irā tuā que deuozauit eos. Et.xxxij.c. moyses ad deū ozans ait. Quiescat ira tua ⁊ esto placabilis sup nequicia ꝑpli tui. Et.iij. Reg.xxij. Magna ira dñi succensa est contra nos. Et Deut.xj. Iratus dñs clausit celū ⁊ pluuie nō descēdunt. Et.ij. Paral'.xij. dicit de filijs isrl. Quia humiliati sunt auersa ē ab eis ira dñi Et.xxiiij.c. Facta est ira dñi cōtra iudā ⁊ hierusalē. Et Iob.ix. Deus cuius ire resistere nemo pōt. Et dauid in ps.ij. Apprehēdite disciplinā nequādo irascat dñs. Et ps.vj. Dñe ne in furore tuo arguas me neq̄ in ira tua corripias me. Et ps.xvij. Fundamenta montium conturbata sunt ⁊ cōmota sunt: q̄m iratus est eis. Et ps.lxxvij. Ira dei ascendit in israel. Et ps.lxxviij. Effunde irā tuā in gentes q̄ te nō nouerūt. Et ps.lxxxix. Quis nouit potestatē ire tue: ⁊ pre timore tuo irā tuā dinumerare: Et Eccl's.v. Ne dicas cozā angelo non est ꝑ uidentia: ne forte iratus dñs dissipet cuncta opera tua. Et esaie.v. Iratus est furoz dñi in ppl'm suū. Et Hiere.iiij. Plangite ⁊ ylulate: q̄ non est auersa ira furoris dñi a vobis. Et Tren.iij. Cōplenit dñs furoreꝫ suū: ⁊ effudit irā indignatōnis sue. Et Osee.v. Effundam quasi aquā irā meā. Et Naum.i. Ulciscēs dominus in hostes suos: ⁊ irascēs ipe inimicis suis. Et Roma.i. Reuelat ira dei de celo. et Rom.iij. Nunquid iniquꝰ est deus qui infert irā et.j. Thessal.ij. Peruenit ira dei sup illos vsq̄ in finē. ⁊ Apoca.xv. Cōsummata est ira dei. Et.xvi.c. Audiui vocē magnā de templo dicentē septē angelis. Ite ⁊ effundite septem phialas ire dei in terrā. ⁊ Valerius maxim⁹ lib.i. Lento em̄ gradu ad vindictā sui diuina procedit ira: tarditatemq̄ supplicij grauitate compensat. ⁊ Ouidius de arte amādi. Flectit irat⁹ voce rogante deus. ⁊ Aug.xviij. de ciuita. dei.c.xij. Appollini delphico instituti sunt ludi musici: vt placaretur ira eius qua putabant afflictas esse sterilitate gratie regiones quia non defenderunt templū eius. quod rex Danaus cū easdē terras bello iuasisset icēdit. Et in ꝑmo libro vbi ā.c.iij. dicit de iunone q̄ apud gentiles colebatur pro dea. Apud virgilium nempe iuno inducitur infesta troianis: Eolo ventoꝝ regi aduersus eos irritando dicere. Bene inimica mihi tyrrhenum nauigat equor: Iliū in italiā portans victosq̄ penates Hec ille. Et idē virgilius cōmemorat in ꝑncipio ꝑmi libri Eneidos ob irā iunonis eneaꝫ profugū fuisse cum reliquis troianis dicens. Arma virūq̄ cano troie qui ꝑimus ab oris. Italiā fato ꝑfugus lauinaq̄ venit. Litto⁹a. multū ille ⁊ terris iactatus ⁊ alto. Ui superuꝫ seue memozē iunonis ad irā. Et ⁊ Valerius maximus li.i. rubrica de neglecta religione: multa narrat de iratis dijs. Nos ꝯo talia ex ēpla nō inducimus vt errozes gentiliū com-

UVA. BHSC. IyR_227

prohemus: sed tñ vt ostendam q̄ etiam ſm illos ira ponēda sit in deo. Pro solutione ita q̄ obiectorū tria sunt notanda. Primus ſm Boñ. i. iij. ſen. di. xxxiij. ꝛ Ric. in. iiij. di. xxvj. ꝛ Tho. ſ. parte. di. xxij. q̄ q̄ñcūq̄ dicit aliq̄d de deo qđ in nobis denotat passionē: de deo dicit ſm effectū. ꝛ nō ſm passionis defectus. Odius ergo amor ira ꝛ similia que in nobis sunt: passiones in deo dicuntur ſm effectum quo ad nos. vt tūc dicat odire cū effectū odij nobis exhibet. tūc irasci cum effectū ire nobis ostendit. Jpe aūt deus stabilis manens sine passione aliqua dat cūcta moueri. Secundum notandū q̄ nō oia que ſm nomē sonāt virtutē: dicūt virtutē in re. nec oia que ſm nomē sonāt vitiū: dicūt illud in re. Propterea inquit Juuenalis satyra. xiij. Fallit em vitiū specie virtutis cymbia. Et Seneca ad Lucilū. Multa in nobis sub virtutū noīe repunt. ꝛ Bzeg. xlj. di. c. sepe vitia. ait. Sepe vitia se ingerunt ꝛ virtutes se esse mentiunt: vt tenacitas parsimonia: effusio: largitas: crudelitas zelus iusticie: remissio pietas velit videri. Jō nō omne quod dicit ira: vitiū est aut peccatū Tertiū notādū ſm Boñ. in. iij. dist. xv. q̄ triplex est ira. Quedā est preter rōnis imperiuz primus. ſ. iracundie motus. Secunda ira est contra rationis imperiū quando quis cōcitatus in iram passioni rationē subijcit sequitur q̄ inordinate impetū ire. Tertia est ira que est ſm rōnis imperiū: quādo quis irascit ex q̄ merito irasci debet. Sic merito irascunt patres filijs impijs: ꝛ put exigit illorū malicia ordinate corrigunt eos. Sic irascunt prelati ꝛ dñi quilibet subditis inobedientibus.

Sic iratus est christus quando eiecit omnes vendētes ꝛ emētes de templo. Dicimus ergo q̄ deus qui est clemētissim⁹ sine sui mutatione: sine passione: sine peccato: sua exigente iusticia irascitur sepe peccatores obstinatos in ira conculcans: quando eis effectus ire demōstrat. Jdi sunt guerre: pestilentie. tempestates grandines: sterilitates terre. fames. terremotus. terrores de celo. ꝛ signa magna. O presumptuosi peccatores audiuistis iaz q̄ falsa est opinio vestra. Dicebatis em q̄ non irascit deus. Et ecce tot preconia scripturarum clamant iram dei ab omnibus esse timendam.

Tertia ratio quare a multis nō timetur ira dei: dicitur diuturne expectationis. Consuevit equidem deus propter longanimitatē suam sufferre peccatores iniquos per tempora longa. vt sic per dulcedinē eius attrahantur ad pniam. Sed inde multi sumunt audacias ꝛ deteriores facti iram dei nō existimāt. Ve rūtamē vt ait Jheronymus in expositione. Viere. quanto maior est numerus temporū q̄ bus obliuiscimur deū: tāto maior ē pena pctī qđ nec longitudie temporū potuerit edomari

O terribilis ē ira dei eo q̄ seuit in paruulos ꝛ in iustos: atq̄ orones supplicantiū spernit ꝛ abominatur. Capm II

Secundū mysteriū ꝓtemplanduz de ira dei dicitur terribilitas. Considerandum nanq̄ est q̄ cum irascitur deus ꝛ puocatur etiā ad tpaliter flagellandum homies sibi rebelles: seuerus est ꝛ terribilis valde maxime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter puuloꝝ punitionē.

Secūdo ꝓpter iustoꝝ afflictionē.

Tertio ꝓpter orationū detestationē.

Primo deus iratus est terribilis ꝑ paruloꝝ punitionē. Punit nanq̄ paruulos pueros ꝛ inocētes ꝓpter peccata parentū. Perierūt nempe ꝛ suffocati sunt in diluuio oēs infātes ꝛ paruuli quotquot reperiebant in mūdo. Adusti sunt in sodomis ꝛ incendio cōcremati oēs qui erant in vteris matrū ꝛ qui sugebant vbera. Et tamē sepius vexatur mundus aut fame aut pestilētia aut qualibet alia aduersitate: que non nisi ꝓpter peccata veniunt. paruuli qui ea non cōmiserunt puniūtur ꝑ illis. O formidabilis dei iusticia. o tremenda dei iracundia: cur eos qui te non leserunt exterminas: paruulos cur tam acriter punis: ꝛ respondebit tibi protin⁹ q̄ ꝓpter peccata parentū. Sed hic oritur dubiū: vtrū filij ꝓpter peccata parentū puniri possint. Et videtur q̄ nō. Nam per Ezech. xviij. dē⁹ dixit. Filius nō portabit iniquitatē patris: ꝛ pater non portabit iniquitatem filij. Justicia iusti super eum erit. ꝛ impietas impij erit sup eū. ꝛ ex de his que fiunt a maio. par. ca. c. que fiunt. in glo. dicitur. Peccata suos debēt tenere auctores. Et idem. C. de penis. l. sanci mus. ꝛ. C. ne vxor pro marito. l. ob maritorū. ꝛ. xj. q. iij. c. illō. ꝛ ex de sen. excō. li. vj. c. roma na. §. ylti. ꝛ lvj. di. c. sacł. ꝛ Aug. ait. ſ. q. iiij. c. nullius. Nullius crimē maculat nescientem. Ad hoc facit ibidē. c. placuit. ꝛ. c. iudei. Sed contra arguit quia Exo. xx. deus dixit. Ego sum dominus deus tuus: fortis: zelotes: visitans iniquitatem patrū in filijs in tertiam et quartā generationē eorum qui oderunt me. Ad idem facit. c. vergentis. ex de hereticis et idem ꝫabetur ex de filijs presby. nō ordi. c. ſ.

UVA. BHSC. IyR_227

c.ad psentiã,c.psentium.c. conquerente. ⁊.c.quoniã.⁊.ſ.q.iiij.c.eccleſia.§. item.dicit Cayn peccãte chanaã filius eius maledicit. Reſpondet ſanct⁹ Boñ.di.xxxiij. ſecundi libri ꝙ duplex eſt punitio.vna eterna. alia tẽporalis. Filij non puniunt pro peccato parẽtum pena eterna. Unde Anſelm⁹ de cõceptu virginali dicit ꝙ paruuli non damnant pro culpa ade trãſ:ſed pro propria culpa quã habent:licet nõ habeant eam agendo: ſed contrahendo. Puniuntur tamen filij pro peccato parentum pena temporali:eo ꝙ filij ſunt aliquid patris. Et hoc patet per ſacram ſcripturã in pluribus exemplis. Ideo dicit Hiero.ſ.q.iiij.c.eccleſia.§. paruulos. Paruulos ſodomitarum non excuſauit ignorantia: q̃n ꝑ paterno ſcelere celeſti igne conſumerentur. Sed hoc igne pena illis diminuta eſt quibus ſucceſſio paterni ſceleris eſt adempta. Pariter etiam demonſtratũ eſt pro peccatis parẽtum paruulos aliquando corporaliter flagellari. Secũdo deus iratus eſt terribilis propter iuſtoꝝ afflictionẽ. Affligit etiam ⁊ ſepe bonos cum malis. Sed dubitatur hic vtruz poſſit eſſe in aliquo pena ſine culpa. Et videt ꝙ non.quia Hieronymus ait. Quicquid patimur peccata noſtra meruerũt.⁊ Gregorius dicit in collecta. Nulla eis nocebit aduerſitas ſi nulla dominetur iniquitas. Sed contra eſt illud Job.xvij.ca. Non peccaui ⁊ in amaritudinibus moratur oculus meꝰ.⁊ Johãnis.ix. Quis peccauit.hic aut parentes eius vt cecꝰ naſceretur? Et reſpondit chriſtus. Neq; hic peccauit neq; parentes eius. Et exponit Auguſtin⁹ ꝙ hoc non dicitur quia non peccauerit,ſed,qz cecitas non erat pena peccati. Preterea ꝑ peccato originali non meretur quis niſi ſemel mori.ſed lazarus non tm̃ fuit mortuus ſemel,ſed bis.ergo videtur ꝙ aut mors prima aut ſecunda fuerit ei abſq; merito peccati inflicta. Item chriſtus nullũ habuit peccatum.⁊ tamen in eo fuit pena. Reſpondet Boñ.diſt.xxxvj.ſecundi libri.ꝙ malum pene dupliciter poteſt ordinari.Uno modo ad malum culpe quod puniẽdo ordinat. Alio modo in comparatione ad bonum. quod deus elicit ex illa pena. Si ergo aliqua pena infligatur cuius ordinatio principaliter conſiſtit in comparatione ad malum culpe puniendũ neceſſe eſt aliquam culpam preceſſiſſe. nec tantum preceſſiſſe,ſed etiam aliquo modo cõmunicari inſeparabiliter. Pena enim aut eſt directe ordinata ad puniendum, aut eſt ordinata principaliter ad malum excludendum Primo modo eſt pena infernalis. Secũdo modo eſt pena purgatoria. Primo modo pena requirit preſentiaz culpe ſm deformitatẽ ⁊ maculã. Secũdo modo requirit culpe preſentiam ſm reatum ⁊ ſequelam. Si autez pena infligatur principaliter ꝓpter ordinẽ quẽ habet ad bonuz quod inde elicitur. Aut ergo propter bonũ proprij:aut propter alienum. Si ꝓpter bonuz proprium.ſic requirit ꝙ in ſubiecto illo aliquando fuerit culpa,⁊ ꝙ poſſit eſſe de futuro. Si autẽ propter bonũ alienũ ſic ſufficit penam fuerit culpa in alio ꝙm in eo qui punitur:in eo videlicet pro quo pena illa ſuſtinetur.per quez modũ fuit i chriſto:cuius mors ⁊ paſſio ordinata erat ad redimendum genus humanum ⁊ liberandum ⁊ reparanduz a lapſu in quem ceciderat ex peccato primi parentis. Et ſic patet ꝙ omnis pena aliquo modo reſpicit culpam. Sed quedam vt preſentem in ſe: vtpote pena infernalis. Quedam vt preteritam in ſe: ſed preſentem in reatu ⁊ ſequela. ſicut pena purgatoria. Quedã vero ſolum vt preteritã.⁊ hoc in eo ꝙ punitur. Et ſic eſt omnis pena iuſtoꝝ excepto xpo. Quedã vero reſpicit culpã nõ in ſe: ſi in alio. ſicut in xpo. Poteſt etiã pena ordinari ad bonũ quod inde elicitur. Et ſic poteſt eẽ in aliquo ſine culpa talis pene meritoria: qz illud malũ pene recõpenſat per maius bonũ quod inde elicitur. ſicut patet in ceco nato:in Jobzin lazaro:in Thobia. ⁊ in quolibet viro iuſto. hec Boñ. Alex.aũt in.iij.ſumme allegãdo Johannẽ damaſcenũ dicit. Cõcedit deus iuſtũ incidere in calamitates propter multas cauſas. Prima eſt.vt eaz que in ipo latet virtutem alijs manifeſtã faciat. vt Job.ſ. Secũda eſt vt nõ ex recta conſcientia cadat per ſuperbiam. vt in Paulo.ij.Corin.xij. Tertia vt alij erudiant vt i lazaro ⁊ dimite Luc.xvj. Quarta propter gloriam dei. vt in ceco nato. Johannis.ix. Quinta propter zelum alterius ſiue imitationem. vt gloria eius qui paſſus eſt magnificata in pugna alijs paſſio fiat ſpes future vite vt i martyribus. ad Hebreos.xj. Propterea dicit Aug. li.ſ.de ciui.dei.c. v iij. Dec cũ ita ſint cõiuncta boni ⁊ mali pariter afflicti ſũt nõ ideo ipi diſtricti nõ ſũt:qz diſtinctũ nõ eſt quod vtriq; perpeſſi ſunt. Manet eñ diſſimilitudo paſſionꝝ etiam in ſimilitudine paſſionũ. Et licet ſub eodẽ tormẽto nõ eſt idem virtus ⁊ vitium. Nam ſicut ſub vno igne aurum rutilat ⁊ palea fumat,⁊ ſub eadẽ tritura ſtipu

UVA. BHSC. IyR_227

ſe cōminuūt frumenta purgantur nec ideo cū oleo amurca confunditur: quia eodem ꝓeli pondere exprimitur: vna eademq; vis irruēs bonos probat: purificat: eliquat. malos dam natvaſtat⁊ exterminat. Unde in eadem affli ctione mali deū deteſtantur atq; blaſphemāt boni autem precantur⁊ laudant. Tertio deus iratus eſt terribilis: eo ꝙ quando; poſt diuturnam expectationem prouocat ad iracū diam nō exaudit obſtinatorū voces peccato⁹ rum ꝓut plene diximus in ſermone de impe dimētis orationis.

Qz cognoſcitur ira dei ꝓpinqua. tum cum peccata ſunt conſummata: tum cum peccato res ſunt obſtinati. tum cum illam ꝓphete et amici dei ꝓnunciant⁊ cōminant.

Capm III

Ertiū myſteriū contemplandum de ira dei dicitur ꝓpiuquitas. Quam uis enim neſciamus certitudinaliter quando ꝓpinqua ſit ira dei ad flagellandū peccatores: poſſumus tamen id cognoſcere ex coniectura ſignorū. Sunt aūt de hoc tria principalia ſigna.

Primū pctoꝝ conſummatio.

Scōo pploꝝ obſtinatio,

Tertiū ꝓphetaꝝ annūciatio.

Primū ſignū ad cognoſcendū ſeu timēdū ne ꝓpinqua ſit ira dei eſt peccatorū cōſum matio. Cū cōſummata ſunt peccata⁊ ipleta eſt menſura. Poſſunt aūt notari ſeptem ſi gna cōſummationis peccatorū: q̄bus ſignis adimpletis nihil aliō nobis expectādū⁊ timē dū eſt ꝙ ira: vindicta flagellū: ⁊ vltio diuina. Primū eſt horribilitas pctoꝝ multorū. Se cundū multitudo peccantiū. Tertium impu nitas manifeſtoꝝ ſcelerum. Quartū aiaduer ſio in peccatis. Quintum affectio ad ſcelera. Sextū ſtudiū peccandi. Septimū longa per ſeueranitia in peccatis. Hec cōditiones explicā tur Geñ. vſ. Prima conditio ſeu primum ſi gnum: qz in mūdo tempore diluuij erāt ma gna peccata⁊ horrēda nimis. ꝓpterea dr. Uides aūt de⁹ ꝙ multa malitia. Qz verbum manifeſte oſtēdit horribilitatē⁊ turpitudinē multoꝝ peccatoꝝ. Scōo cōiter homines; ta lia perpetrabant. ꝓpterea ſubdit hominum. Tertio inſup peccata illa inuerecūde⁊ impu ne fiebant. ideo ſubiūctū eſt: eſſet in terra. id ē manifeſta erant⁊ impunita. Quarto fiebant peccata tota mēte animaduerſione. ideo ad dit.⁊ cuncta cogitatio. ſ. nō partim nō diuiſi ſed in malis integra⁊ coniuncta. Quinto fie bant tota cordis affectione: iō ſubdit cordis. Sexto perpetrabant toto ſtudio. ideo ſubdit intāta eſſe ad malum. Septimo fiebant perſe ueranter. ꝓpterea addit omni tempore. Ti meo ſatis ne hec ſigna verificēt in nobis. Tē poze nanq; iſto nephādiſſima ſcelera cōmitti ſolēt: nec a paucis: ſ. a multis neq; puniuntur aut corrigūt: qm illi ad quos ſpectat corrige re vel punire deteriores ſunt alijs. Et nō eſt veritas. nō iuſticia. neq; rectitudo in filijs ho minū. Fiunt peccata cū animaduerſione men tis. cū omni affectione: ſtudio ac perſeuerātia. O fatui populi cur nō timetis? Cur nō erpa ueſcitis? Cur ad pniam redire negligitis? Au dite pſal. dicēte. Niſi cōuerſi fueritis gladiuz ſuū vibrauit: ar cū ſuū tetendit⁊ parauit illū

Scōm ſignū ꝓpinquitatis ire dei dicitur populoꝝ obſtinatio. Cūcunq; populi pecca tores obſtinanf⁊ obdurant in corde: nō mo ti bñficijs dei: nō cōminationibus: nō ꝑdica tiōib⁹: nō ſignis nō deniq; vlla alio mō ſignū forte eſt ꝙ ꝓpe eſt eis flagellū dei. Eſt de hoc exemplū obſtinatiſſimi populi iudeorū quē de us deleuit ꝓpter obſtinationē ſuam. Nā poſt multa mala a iudeis ꝓpetrata xp̄s viuens in carne in medio ipſoꝝ vocauit eos: ad pniam vita miraculis⁊ doctrina. Ipſi vero noluerf audire ipſum. Ih dñica aūt oliuarū cū introiſ ſet hyeroſolymā. vt dicit Lu. xix. Videns ciui tatē fleuit ſup illam dicens. O ciuitas ample o ciuitas regia. o ciuitas digna plena populo affluens diuitijs⁊ abundans peccatis. Ueni ent dies in te:⁊ circūdabunt te inimici tui val lo⁊ circundabunt te.⁊ coanguſtabunt te vn diq;⁊ in terram ꝓſternent te.⁊ filios tuos q̄ in te ſunt.⁊ nō derelinquēt in te lapidē ſup la pidē eo ꝙ nō cognouerīs tps viſi tatiōis tue. Propterea dicit Hiero. in cōnibus ad helbi diā. Intantū aūt hieruſalē amauit dñs vt fle ret eā⁊ plangeret.⁊ pēdens in cruce loquerek Pater ignoſce eis. q̄a neſciūt q̄d faciunt. Ita q; ipetrauit q̄ petierat.⁊ datū eſt eis tps pe nitētie vſq; ad q̄drageſimūſcōm annū. Poſt q̄ pſeuerātib⁹ in blaſphemia: egreſſi ſūt duo vſi de filiis romanoꝝ Veſpaſianus⁊ Titus ⁊ eos interfecerūt atq; lacerauerūt. hec ille. Die aūt qua crucifixus eſt ieſus dei filij. con uerſus ad mulieres que plangebant⁊ lamen tabantur eum. dixit. Filie hieruſalem nolite flere ſuper me: ſed ſup voſipſas: flete⁊ ſup fi lios veſtros. q̄a venient dies in q̄bus dicetis Beate ſteriles que nō genuerūt.⁊ vbera que nō lactauerūt. O ſaxea. o lapidea. o adamā

UVA. BHSC. IyR_227

tina iudeox corda. Nec verbis christi crediderunt: nec suscepерūt testimoniū apostoloꝝ: q̄ magna virtute p̄dicabant resurrectionē magistri sui. sed indies crudeliores facti: persequebant ecclesiā, lapidauerūt Stephanū: interfecerunt Jacobum Justum, ⁊ Paulo conuerso miraculose: ac ceteris p̄dicantibus xp̄m impiissime restiterūt. Voluit tū deus anteq̄ irā suā inferret in eos terroribus ⁊ signis: celi illos ad penitētiā vocare. Erat meminit Josephus in libris de bello iudaico. ⁊ Eusebius in hystoria ecclesiastica. ⁊ Policratus in libro de nugis curialiū. Stella quedam sub forma gladij stare visa est: quasi imminēs desuper ciuitati. Cometes ex cialibus flammis per tōtum annū visus est ardere. Luna eclipsim p duodecim noctes passa est cōtinuas. Cū die festi plurimi cōuenissent octaua die mēsis aprilis noctis tpe hora nona tantus fulgor luminis aram templūq̄ circūdedit: vt dies clarissim? videret: manserit q̄ spacio hore dimidie. Hoc q̄dem ignaris p̄sertim visum est: sed p̄bos peritosq̄ doctores portētū exiciale nō latuit. Jamq̄ nua tēpli que erat ad orientē cū esset ere solido inducta tanti ponderis q̄ vix a viginti viris summo conatu impellentib? clauderet repente hora noctis sexta p seipsam aperta est q̄q̄ ferreis vectib? teneret. Die vicesimaprimaij ppe occasum solis: visi sunt currus ⁊ q̄drige in omnē regionē p aerē ferri. ⁊ armatorum cohortes nubibus cōmisceri. In nocte pētecostes sacerdotes ingressi templū ad diuina officia celebranda. primo senserūt quosdā strepitus: ⁊ paulo post audierūt voces clamātes, Discedamus ab his sedibus. Ante quartū annū belli in die festi tabernaculox: quidā rusticus ⁊ plebeus iesus noie: filius Ananie repente clamare cepit. Vox ab oriēte: vox ab occidente: vox a quattuor ventis, vox sup hierosolymā ⁊ templū, vox sup sponsos ⁊ sponsas vox sup vniuersum populū. Sicq̄ indefinenter die ac nocte clamabat per vicos ⁊ plateas discurrēdo. ⁊ flagellatus ac percussus etiā ante iudicē flagris vsq̄ ad ossa laceratus vt taceret ipse quolibet die cū eiulatu semp illud replicabat addens. Ue hierosolymis. Ue masculis ⁊ femellis. Nec vnq̄ in tot p̄digijs atq̄ signis ille dure ceruicis populus errores suos corrigere voluit. Ob quā obstinationē altissimus deus in illos iram suam effudit. O quis explicet fine singultibus. Quis audiat fine lachrymis. Quis p̄sideret fine timore ciuitatis hierosolymitane exicium ⁊ desolationē. Refert nanq̄ Josephus i. vj. libro de bello iudaico. q̄ Titus ⁊ Uespasianus cū exercitu validissimo a romanis missi in die solenni pasce: quando et iam ex circumiacentib? locis innumerabilis populus inerat: hierosolymam ciuitatē obsederūt fecerūtq̄ in circuitu vallū munitissimū, ita vt null? ciuitatem exiens illud pertransire posset. Ob quā causam in breui ciuitatis fame cepit vrgeri: tantūq̄ inualuit penuria rerū q̄ pter famem hec q̄ referaꝝ dicit Josephus fuisse mala secuta. Primo q̄ predones p ciuitatē discurrentes vi intrabāt domos ⁊ rapiebant si quid ibi inuenissent comestibile. Secundo q̄ filij ex ore parentū et econuerso violenter stricto gutture masticatū cibum extrahebant: ⁊ velut rabidi cōedebant. Tertio q̄ etiam simum bouꝝ aliaq̄ vilissima sumpserunt in cibum. Quarto q̄ multi contendebant exire vt herbas colligerent ⁊ capiebantur a romanis: ⁊ tantus numerus fuit captiuox vt ture custodiri non possent. quapropter statutum fuit: vt euulsis eox oculis aut amputatis illoꝝ manibus cōpellerentur sic ad ciuitatem redire. Quinto q̄ plures diuites ne localia sua peruenirēt ad man? romanorum: quos verisimiliter credebant ciuitatē debellaturos illa deglutiuerunt. Cuius rei fama cū deuenisset ad aures romanorum commouit eos vt existimarent captiuos iudeos quos tenebant gēmas in vētre adhuc retinere. Quare vna nocte duorum millū patefacta sunt viscera. Sexto q̄ multi formosi iuuenes inuiatim plateis publicis, in p̄prijs domibus fame afflicti improuisa morte cadebant. Septimo q̄ inuente sunt mulieres que filios p̄prios comederunt. Unde refert Josephus de quadam. q̄ cuz nō haberet ad comedendum, lactantē filium in manibus tenens dixit. Infelicis matris: infelicior filius: in bello: in fame in direptione: cui te reseruabo? Veni ergo nūc O mi nate esto cibus matri: predonibus furor: seculis fabula. Et his dictis filium iugulauit ⁊ coxit. ⁊ dimidium comedens: partē alteram occultauit. Et ecce confestim p̄dones odorem carnis cocte sentientes in domum irruunt: ⁊ nisi carnē p̄dat mortem minantur. Tunc illa detegens infantis membra. Ecce inquit vobis partē optimam reseruaui. At illos tantus horror inuasit q̄ nec loqui potuerunt. Et illa meus est inquit hic filius: meum est peccatum, secure edite, da p̄ior ego comedi quem genui. Illi vero trementes ⁊ territi discesserūt. O quot erāt in ciuitate illa ama-

UVA. BHSC. IyR_227

ra spectacula: vbi videbant quotidie tot morientes. O quot infantes ⁊ pueri extendentes manū ad vbera matrum ⁊ pauē petentes ad pedes illarum mortui deficiebant. O q̄t erant ibi flebiles voces, quot lamēta: quot singultus: quot gemit⁹ ⁊ suspiria. Clauserat eis deus ⁊ strinxerat venaꝫ misericordie sue. Tādem post bienniū capta fuit ciuitas ⁊ in predā data. ⁊ muri ⁊ edificia quelibet solo equata. ⁊ vt Josephus refert: decies centena milia iudeoꝝ fame ⁊ gladio perierūt: ⁊ nouem milia vendita fuerunt. O si possem in talem ascēdere speculam: de qua omnem italiam cernerem: om̄sq̄ meā vocem possent audire ꝓfecto clamarem. O italia plāge: o italia time o italia caue ne propter obstinationem tuam in te deseuiat ira dei. Vocauit ip̄e se multis annis: dotauit amplis beneficijs. Misit ad ad te predicatores suos. Terruit te signis et ꝓdigijs. Sensisti terremotus: pestilētias: et tēporū sterilem ꝯditionē. Cōminatus est tibi deus? Sic Certe hoc fecit vt te īduceret ad penitentiā. Et tu indies durior efficieris in peccatis ⁊ malicia perseuerando. Fiunt iam vbiq̄ vsure publice. Omīa fedata sunt spurcissimis vitijs carnis ⁊ ignominiose sodomie. Superbia pompaꝝ iam occupauit omnes ciuitates ⁊ terras. Blasphemie dei: periuria. mendacia: iniusticie: violentie: oppressiones: pauperū. et similia superabundant. O italia decora. o regio diuitijs plena. Noli contēnere deū, noli exacerbare maiestatē eius. Tertiū signū propinquitatis ire dei dicitur ꝓphetarū annūciatio. Cognoscim⁹ ꝓpinquaꝫ dei irā q̄n per ꝓphas suos de⁹ illā ꝓnūciat. Diebus autē istis multa dicunt ꝓnūciata ꝑ sanctā Brigidā que spū claruit ꝓphetico. per sāctū Methodiū. ⁊ ꝑ nōnullos alios. Ego aūt qui dicta ip̄oꝝ etiā originaliter legi: cum illa clare non intelligā: non audeo quicq̄ temere diffinire. Hortor tn̄ oēs ꝓplos vt cessent a via sua mala. ne forte si in illa ꝑseuerauerint: repente suꝑueniat ira ⁊ indignatio dei: a qua ipse nos liberet qui est benedictus ⁊ laudabilis per infinita secula seculoꝝ. Amen.

Dn̄ica Oculi infra diē de vitio ⁊ pctō discordie: qd̄ nullo pacto stare pōt cuꝫ veritate penitētie: ob quod penitētes ab illo sibi maxime cauere debēt. Sermo XXXIX.

Omne regnum in se

o diuisum desolabitur. ⁊ domus supra domum cadet. Verba sunt redemptoris nostri originaliter Luce. xj. c. ⁊ in euangelio presentis dominice. Nō potuit efficacius aut clarius explicari q̄ perniciosum sit malū aut graue discordia damnata q̄ in verbis domini nostri iesu christi que dixit cōtra phariseos. Et licet sua fuisset intētio ostēdere demones cōcordes esse ad omnem maliciam hominūq̄ perditionē: veruntamen nos intelligimus dissensiones quelibet regna validissime exterminare. Ad hoc autem astutus diabolus innitit. vt charitate abiecta cum discordijs odijs ⁊ dissensionibus deum omnipotentem offendamus. Eapropter pro vtilitate penitentium in presenti sermone contra discordie vitium stilum nostrum exacuemus. quoniam redemptor noster amarū illius effectum qui est regnorū desolatio apperuit īverbis allegatis in themate, in quibus de discordia tria mysteria erunt declaranda, videlicet

Primū d̄r originatio.
Scd̄m distinctio.
Tertium offensio.

Qd̄ tres possūt esse radices vel originales cause damnabilis discordie, vana gloria videlicet: auaritia. vel stultitia siue leuitas. Ca. I.

Primū mysterium declarandum de discordia dicitur originatio. In quo videndū est que sunt discordie originales cause. Et assignari possunt tres cause.

Prima dicit vana gl̄ia.
Scd̄a dicit auaritia.
Tertia d̄r stultitia.

Prima causa discordie dicit vana gloria. s̄m enim Greg. xxxij. moral. discordia est vane glorie filia. Nam vt dicit Tho. scd̄a scd̄e. q xxxvij. discordia importat quandam disgregationem voluntatum: inquantum scꝫ volūtas vnius stat in vno: ⁊ voluntas alteri⁹ stat in altero. Qd̄ aūt volūtas alicuius in ꝓprio sistat: prouenit ex hoc q̄ aliquis ea que sunt sua prefert his que sunt aliorum. Quod cum inordinate fit: pertinet ad inanem gloriam ⁊ ad superbiā. Et s̄m circunstantias potest esse peccatum mortale aut veniale. Sed aliquis posset arguere q̄ discordia nō est peccatum. Nam Actuū. xxiij. paulus posuit discordiam inter phariseos ⁊ saduceos: quod nō fecisset si fuisset peccatum. Item dicitur Actuuꝫ. xv. Facta est dissensio inter paulum ⁊ barnabaꝫ Sed Thomas respondet ad primum q̄ causare discordiam per quam tollitur mala concordia est laudabile. ⁊ hoc modo fecit paulus Christus etiam de seipso dicit Matthei. x. c.

UVA. BHSC. IyR_227

Nonveni pacē mittere:sed gladium. Ad ſecūdum dicit Thomas q discordia que fuit inter paulū t Barnabam fuit per accidēs et nō per ſe. Uterq enim intendebat bonū: ſed vnus videbatur hoc eſſe bonum: alij aliud. quod ad humanū defectum pertinebat. nec erat talis controuerſia in his que ſunt de neceſſitate ſalutis. Sed hic oritur vnum dubiū vtrū auditores diuerſorum magiſtrorum tenenti um diuerſas opiniones excuſentur a peccato ſi opiniones ſuorum magiſtrorum tenent quando nō ſunt bone. Et reſpōdet Thomas in quolibetis q ſi diuerſe opiniones doctorū ſacre ſcripture non ſunt contra fidem vel bonos mores: abſq periculo auditores vtranq opinionem ſequi poſſūt. Sicut varia fuit opinio inter Auguſtinum et Dieronymū de obſeruatione legaliū ante diuulgationē euāgelij. In illis vero que pertinent ad fidem vel bonos mores: nullus excuſatur ſi ſequat eroneam opinionē alicuius magiſtri. in talib⁹ enim ignorantia non excuſat. Alioquin īmunes a peccato fuiſſent qui ſecuti ſunt opinionem Arrij Neſtorij: t aliorum hereſiarcharū Nec poſſunt excuſationē habere propter ſimplicitatem: ſi in talibus opinionem erroneaz ſequantur. In talibus nanq dubijs non eſt de facili preſtandus aſſenſus. ſed potius vt dicit Auguſtin⁹. i. ij. de doctrina chriſtiana. conſulere quis debet regulam fidei quam de ſcripturarum planioribus locis t eccleſie auctoritate perceperit. Qui ergo aſſentit opinioni alicuius magri contra manifeſtum ſcripture teſtimoniū: ſiue contra illud quod publice tenetur ꝑm eccleſie auctoritatem. nō poteſt a vitio erroris excuſari. Concordat Mōnaldus t Hoſtiēſis. Aliqua tamen ſunt que aliquādo fuerunt in varia opinione doctoruz antequ per eccleſiaz fieret determinatio. Et ꝑ illo tempore potuerunt excuſari quinyam vel contrariam tenebant. Sed poſtq determinatum eſt per eccleſiam t firmata altera earum hereticum eſſet contrariū ſentire. ſicut eſt exemplū de paupertate chriſti. de qua ante Johannē. xxij. erant varie t cōtrarie opiniones vtrum chriſtus cum apoſtolis habuit aliquid in cōmuni. Sed determinatuz fuit per ipſum Johannem. xxij. immo per eccleſiam q habuit. eo q Joh. iij. dicitur. Diſcipuli eius abierunt in ciuitatem vt cibos emerent. Et Joh. xij. de iuda dicitur. Fur erat: t loculos habēs ea que mittebantur portabat. Et hoc ipſum dicitur. xij. q. j. c. Habebat. Qui ergo contrariū aſſereret pertinaciter hereticus haberetur. Addit Hoſtieñ. q quando ſunt diuerſa iura t opiniones: ſcilicet nec contra deum nec bonos mores: humanior ſententia eſt preferenda ceteris paribus quia ſtandū eſt ei qui meliori innititur rationi. di. xx. c. j. t ex. de ferijs c. capellanus. Adde etiā q in his que ꝑcernūt forū conſcientie in dubijs tutior via eſt eligēda. ex de ſpōſalibus. c. iuuenis. Nec tamē de facili contraria opinio eſt reprobanda. Secunda cauſa diſcordie dicitur auaricia. Inqt Seneca in libro de quattuor virtutib⁹. Quietiſſime viuerēt homines ſuper terram ſi hec duo pronomina tollerentur meum t tuū. Et Plato in Phedrone. Propt pecuniarū poſſeſſionē vniuerſa bella nobis fiunt. Et Saluſtius in catilinario. Imperij t diuitiaruz cauſa bella atq certamina omia inter mortales ſunt. Et Lucanus libro. iij. Certamen mouiſtis opes. Uidem⁹ hoc per experientiā omni die: quando propter auaritiā filius diſcordat a patre: frater a fratre: t amicus ab amico.

Tertia cauſa diſcordie dicitur ſtultitia. Sunt nanq multi ſtulti t leues: q omia credunt que a ſuſurronibus eis dicuntur. Suſurratio ſiquidē aptiſſimū eſt inſtrumentū ad diſcordias ſeminandas. Propterea dixit ſapiens Prouerb. xxvj. Cum defecerint ligna extinguetur ignis t ſuſurrone ſubtracto iurgia cōquieſcunt. Et Eccli. xxviij. Suſurro t bilinguis maledictus. Multos em turbauit pacem habētes. Lingua tertia multos commouit: t diſperſit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diutum deſtruxit: et domos magnatorum effodit. Uirtutes populoū cōcidit t gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit: t priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam nō habebit requiem. nec habebit amicū in quo requieſcat. Flagelli plaga liuorem facit: plaga autē linguē comminuet oſſa. hec ibi. Quiſnam ſuffi ceret enumerare diſcordias que exorte ſunt iter ciues: iter vicinos, inter dños: iter pplos inter vxorē t virū: inter fratrē t fratre ppt ſuſurrātes. O lingua ignita. O lingua venenata. O lingua immanior t crudelior omni fera peſtifera. Tu lingua ſuſurronum inſtrumentū es diaboli: tu illius ſagitta vulnerans tu eius acutiſſimus enſis. Propteres ſuſurratio ponitur inter grauia pcā que execrat deus. de quibus ſapiēs dic Prouer. vj. Sex ſūt que odit domin⁹. t ſeptimū deteſtat aīa eius Oculos ſublimes: linguā mēdacē. man⁹ effū

UVA. BHSC. IyR_227

aſpiciunſt recordanſ : ⁊ p eis domino preces fundūt. Nam quos peccata grauia deprimūt nō ad ſolutionē: ſed potius ad maiorem dam nationis cumulū eorum corpora in eccleſijs ponunſ. Hec ille. Secunda ratio eſt ppter miniſtroꝝ eccleſie oratione: quia illi q̄ eccleſie ſeruiunt tenenſ ceteris paribus p illis frequentius ⁊ ſpecialius orare. Tertia ratio ē ppter ſanctoꝝ deuotionē. Credendum nanq̄ eſt q̄ ſancti illi: ad quorum honorem fabricata eſt eccleſia: orant pro eo qui ſepelitur in illa vel eius cimiterio ppter reuerentiam ⁊ deuotionem ipſius eligentis ſepulturam ibidem. Unde Augu. xiij. q. ij. c. non eſtimemus ait. Quod vero quis apud memorias martyrum ſepelitur, Hoc tantū mihi videt̄ pdeſſe defuncto: vt commendans eū martyꝝ patrocinio affectus p illo ſupplicationis augeat. Notādum tamen circa electionem ſepulture q̄libet adultus compos ſue mentis libere poteſt vbicūq̄ voluerit in loco magis religioſo eligere ſepulturam. Unde Gratian⁹. xiij. q. ij. c Unaquęq̄. §. econtra in fine ait. Ubi quiſq̄ tumuland⁹ fit in voluntate eius conſiſtit. Excipiunſ religioſi q̄ non poſſunt ſibi eligere ſepulturam ſed in ſuis monaſterijs ⁊ eccleſijs ſepeliuntur niſi quādo moriunſ eſſent a deo remoti a monaſterijs ſuis ordinis q̄ nō poſſet cōmode deportari ad illa quia tūc poſſent eligere: extra eodē. c. religioſi. li. vj. Impuberes etiam nō poſſunt ſibi eligere ſepulturam: ſed parentes eoꝝ poſſunt eos ſepelire vbicunq̄ voluerint ſi conſuetudo terre hoc habeat. alias non. extra de ſepul. c. in noſtra. in textu. et in glo. ⁊ in. c. de vxore. in glo. Inſuper q̄ non eſt compos ſue mētis nō poteſt eligere ſepulturam. extra de ſucceſ. ab inteſta. c. cum dilectus. Uxor vero ſi nō elegit ſepulturā ſepeliri debet: vbi ſepultus eſt ſuus maritus. Et ſi plures habuit ſepeliri debet vbi ſepultus ē vltimus. Et licet multa dicanſ de ſepulture electione tamen multum ſtatur conſuetudini, vt dicit Ric. vbi ſupra. Poteſt etiam quis elegere ſepulturaz in loco min⁹ religioſo dimiſſa antiqua. vt patet extra eodem li. vj. c. cum quis.

Tertium dubiū erat. vtrū obſit eccleſiaſtica ſepultura in peccato mortali decedentib⁹ quia dicit. xiij. q. ij. c. quibus. ⁊. c. cum grauia. Impijs nocet in loco ſacro ſepeliri. Reſpōdet Richardus q̄ impio nō nocet eccleſiaſtica ſepultura: niſi inquātum hanc ſepulturam fibi indignam propter humanam gloriam p curauit. Sed quid dicemus de ſumptibus et expenſis que fiunt in funere etiam bonorum ⁊ in charitate morientium. Nonne melius eſſet ſi darenſ pauperibus ⁊ indigentibus q̄ ſic illas exponere ad quandam quaſi pompam ⁊ inanem gloriam. Reſpondet Richard⁹ vbi ſupra q̄ pompa exequiarū ſi fiat ſm conſuetudinem patrie ⁊ nō cum nimio exceſſu non eſt reprehenſibilis. Quinimmo facit ad cōſolationem viuoꝝ ⁊ ſubleuationē ſpei ad reſurrectionem futuram. Non enim tenet̄ homo de neceſſitate facere omne bonū quod poteſt. Faciens autem ſumptus in ſepultura quos poſſet alibi melius collocare, non facit eos inquātum eſt opus minus vtile: ſed inquantum vtile. Notandū tamē q̄ nō debent in eccleſijs ſeu cimiterio vel loco ſacro infraſcripti ſepeliri. Primo nullus infidelis nec iudeus: nec paganus nec hereticus vt patet de conſecratione. diſtinctione prima in. c. eccleſiam. ⁊. c. ſequenti. ⁊. xxiij. queſtione. ij. c. ſane. Et ſi ſepulti eſſent tales in eccleſijs debent exhumari et proijci extra. Secundo interdicitur ſepultura eccleſiaſtica morienti in torneamento. Et exponit Hoſtien. etiam ſi quis ibi vulnus letale accepit. licet poſtea ſuperuixerit. qui quāuis peniteat ⁊ ei euchariſtia non negetur, carebit tamē eccleſiaſtica ſepultura. extra de torneamentis cap'm. ſ. Hoc tamen de illo intelligitur qui venit cauſa exercendi ſe in torneamento. Et etiam ſm Guilhelmū de armigeris eorum qui eis in armis ſeruiunt. extra de torneamentis. c. ij. Secus de aſtantibus cuꝝ curioſitate. Tertio phibef ſepultura his q̄ ſeipſos occidunt, vt patet. xxij. queſtione. ij. c. quibus ⁊. xxiij. q. v. c. placuit. Quod intellgē dum eſt ſm Guilhelmum. ſi interfecerunt ſe ex deſperatione vel iracundia. Secus ſi ex fortuitate et huiuſmodi. Unde in cap'o ex parte ij. extra de ſepulturis. dicit Bernardus q̄ ſi quis propter fugam precipitaret ſe in aquā: quia inde ſic credebat euadere non imputatur ei etiam ſi contrarium eueniat. Quare to negatur ſepultura ei de quo certum eſt et manifeſtum non fuiſſe confeſſum vel nō communicaſſe ſemel in anno. extra de pen. et remiſ. cap. omnis. Et hoc intellige niſi in articulo mortis ſigna contritionis ⁊ huiuſmodi emendationis oſtendat. Quinto expellit a ſepultura eccleſie monachus qui reperitur proprietarius in fine vite qui debet in ſterquilino ſepeliri. extra de ſtatu monachoꝝ. capitulo ſuper quodam. Sexto blaſphemus dei ſi moriatur abſq̄ penitentia poſtq̄

UVA. BHSC. IyR_227

blasphemauerit nō sepelit in loco sacro, extra de maledicis, c. ij. Septimo generalr q̄libz notori⁹ peccator si moriat absq; pnia in ipo mortali peccato p̄uandus est ecclesiastica sepultura. xiij. q. ij. c. nō estimem⁹. Ad p̄banduz autē cōtritionē alicuius pctōris moriētis sufficit vn⁹ testis. xxvj. q. vj. c. q̄ recedūt. Itē int̄dicitur sepultura tp̄e interdictis illis de illo loco vbi est positum interdictū dum durat.

Item excommunicatis excommunicatione maiori in illa morientib⁹: ⁊ etiam minori s̄m Guil. quando hoc ē notoriuz. Sūt ⁊ alia multa circa hāc materiam q ue ideo dimittimus quia nō est necessariū vt populis predicentur Sacerdotes aūt ⁊ curati: qui taliū debēt habere sciam videant titulū de sepul. lib. iij. ⁊. vj decretalium. Ideo hanc p artem cōcludere volentes, dicimus ꝙ magna est pietas satisq; cōmedabilis defunctorum corpa sepelire. Hic preterea que dicta sunt laudat ⁊ magn⁹ Alex. qui vt. Q. curtius refert inuento dario a suis derelicto vulnerato ⁊ extincto in vehiculo viso corpore fudit lachrymas: fecitq; eum more regio sepeliri.

De executione testamentorum ⁊ ꝙ dilatio eorum preiudicat animabus testatorū si sint in purgatorio. Capl'm II

Secunda pars pietatis defunctorum dicitur testamentorum executio. In quo adhuc tria dubia occurrunt declaranda.

Primū vtrū testamēta possint infringi.

Secundum vtrum executores teneant statim illa exequi.

Tertium vtrū dilatio executoris preiudicet anime testatoris.

Ad primū dubiū posset aliquis arguere ꝙ nullū testamētū sit infringēdū. Nam vt scribitur. e x̄ de t est, c. iudicante volūtas testatoris debet p̄ omnia adimpleri. Sz testamentū cōtinet vltimam volnntatē testatoris. ergo ⁊c̄. ⁊ xvj. q. j. c. consideratio d̄r. Cōsideratio ecclesiastice vtilitatis hoc postulat ex iusta dispositione testatoris seruandū arbitriū esse. Sed contra est quod habetnr. xvj. q. j. in. c. admonere vbi Greg. ait. Admonere te volumus ne pie defunctorum voluntates tua quod absit remissione cassent. Ibi dicit glo. sup̄ v̄bo. pie, secus si sunt iniuste. ergo testamenta iniusta sunt infringenda. Respondet Ric. in. iiij. dist. x lv. ꝙ aut testamētū est rōnabilr factū: ita ꝙ non sit cōtra equitatē iuris naturalis nec diuini nec positiui; ⁊ tunc nullo modo est infringendum Aut testamentū est irrationabiliter factū: et tunc licitum est ⁊ debitum illud infringere. Est autem testamentum irrationabile triplici ratione.

Primo ratione testatoris.

Scdo rōne rei testate.

Tertio rōne modi testādi.

Primo rōe testatoris. cū. s. nō potest facere testamentū. Nā neq; ep̄us neq; religiosus neq; fatuus potest facere testamētum. Dicit tn̄ Ric. ꝙ episcop⁹ aut habet bona que sibi p̄uenerūt ex hereditate vel artificio aut doctrina anteq̄ esset episcop⁹. Aut nō habet nisi redditus ecclesiasticos ⁊ mobilia que sibi ex illis redditibus p̄uenerūt. De p̄mis bonis q̄a proprietas illoꝝ est sua potest licite facere testamētū. extra de testa. c. q̄a nos. ⁊. c. relatum, et xij. q. j. c. ep̄i. Si tamē ep̄s eccl'iam leserit: dānum ecclesie debet de reb⁹ ei⁹ resarciri: ⁊ de residuo si q̄d fuerit testari potest. De redditibus aūt eccl'iasticis ⁊ de mobilibus que post sui cōsecrationē. acq̄sierint ep̄i quia talia dicūtur conseruari eidē ecclesie, cuius ratio est: q̄a que intuitu seu cōsideratu eccl'ie receperunt illoꝝ bonorū p̄prietas sua nō est: s̄ illorū sunt tm̄ dispensatores ⁊ administratores non possunt facere tastamētū. Et q̄uis de reb⁹ ecclesie nō possint aliquid donare iure testamenti possunt tamē donare de mobilibus causa elemosyne siue sint sani siue in egritudine etiam mortali cōstituti. Ex quibus colligitur ꝙ nō est idē dispensare ⁊ testari. Unde episcopus permittit de bonis ecclesie elemosynam facere ⁊ non testari. extra de testamentis. c. ad h̄. Testatorem enim oportet esse dominum rerū de quibus facit testamentum. Sed dispensatorem non oportet esse dominum rerum de quibus facit elemosynam. Unde extra. eo. c. quia nos. in glo. dicit. Clerici de rebus ecclesie nullum possunt facere testamentum cum earum proprietas non sit sua. Similiter religiosus cum non habeat propriuz non potest facere testamentum. patz. xix. q. iij. capl'o q̄a. ⁊ in. c. perlatum. Et si dicatur de Paulo primo heremita ꝙ in testamento reliquit collobiuñ suum id est tuñicam superiorem Athanasio alexandriño episcopo: ⁊ tunicam interiorem beato anthonio. Respōdet Richard⁹ ꝙ quamuis Paulus primus heremita fuerit religiosissimus sanctitate: non erat tamē in religionis statu. Unde non est simile de heremitis ⁊ de illis qui sunt in statu religionis vt patet in. §. sequenti post preallegatum

UVA. BHSC. IyR_227

cap. prelatum. Adhuc fatuus non potest face re testamētū. extra de successi. ab inteſta. c. cū dilectus. Et instītu. quibus nō est permissus facere testamentū. §. furiosi. Illū em̄ qui facit testamentū oportet esse compotē mentis sue pro illo tempore quo facit testamentū. Secū do testamentū est irrationabiliter factum ra tione rei testate: cū quis facit testamentuz de re quam non habet. Sicut dicitur de Lipetho po. Ipse em̄ cū in extremo vite veniſſet testa mentum condidit in quo multa milia ducato rū in pios vsus dimittebat. Cū vero circūstā tes interrogarent q̄s esset executor tante pe cunie distribuēde. Respōdit truffatorie. Hic est punctus vnde tractum est vocabuluz illud aut vulgare prouerbiuz. Qui stael pūcto disse Lipethopo. Sunt ꝛ alij qui testatur de bonis que habent: tamen ad illos non pertinentib⁹ eo q̄ acquisita sunt per vsuras malos contra ctus: rapinas: iniusticias: fraudulētias: ꝛ hu iusmodi. ꝛ debent personis certis. Secus ve ro quādo illoz restitutio esset incerta. Tertio testamentum est irrationabiliter factū ratio ne modi testādi. puta cū quis exheredat suos heredes qui exheredari nō meruerunt. dans totū alijs. Talis facit ꝫ eq̄tatē iuris natura lis: etiā si det eccl̄ie. ꝛ testamentū tale non est seruādū. Propterea dicitur ab Augustino in sermone de cōmuni vita clericoz. ꝛ. xvij. q. vl ti. c. quicunq;. Quicūq; vult exheredato filio heredē facere eccl̄iam: querat aliū qui suscipi at nō Augustinū. ꝛ infra. Quā laudabile fa ctum sancti Aurelij carthaginensis epi̇scopi. Quidā em̄ cū filios non haberet nec speraret res suas omnes retento sibi vsufructu dona uit eccl̄ie. Nati sunt illi filij: nec opinanti red didit episcop⁹ que illi donauerat. In potesta te habebat episcopus non reddere. sed iure fo ri ꝛ non iure poſſi. i. quadā naturali equitate. vt dicit glo. ibidē. Secundū dubiū vtrū execu tores testamentoz teneantur cito. scilz infra annū executionē complere. Et respondet Ri chardus in quarto dist. xlv. q̄ aut testator tē pus determinat infra quod testamentū vult esse impletū aut non. Si sic: nō tenent execu tores tentione necessitatis vsq; ad illud tem pus testamentū implere. nisi viderent citius explendo se posse facere anime defuncti vtili tatem maiorem. Tunc enim etsi in foro iudi cij compelli non possent ad citius implendu; tamen ad hoc eos conscientia deberet compel lere: quia presupponendū est q̄ voluntas de functi fuit vt illo modo ꝛ illo tēpore testamē tum implerent quo esset expedientius anime sue. Si autem non determinat tempus infra quod velit testamētum impleri: tunc dico q; aut executores habent libere bona de quibus possint statim testamentum implere: aut non habent. Si habent: tunc implere tenentur q̄ citius possunt: quia debitores sunt illis qui bus legata sunt facta. Et sicut dicitur. ff. de re gu. iuris. In omnibus obligatōnibus in qui bus dies non ponitur presenti die debetur. Unde illi executores qui per longuz tempus tardant suam executionem implere: necatori bus egentium comparantur. Propterea dici tur. xiij. q. ij. cap. qui oblationes. Qui oblatio nes defunctorum aut negant eccl̄esijs: aut dif ficile reddunt: tanq̄ egentium necatores ex communicentur. Et ꝑm glosam ibidem hoc non intelligitur de oblationibus voluntarijs sed de illis bonis que relicta sunt eccl̄esijs. Et cap. sequenti adhuc dicitur. Qui oblationes defunctorum retinent: ꝛ illi qui eccl̄esijs tra dere demorant⁹ vt infideles sunt ab ecclesia abijciendi. Executores etiaz si illa bona reti ne ꝓ seipsis: sunt sicut fures ꝛ raptores: et sacrilegiū cōmittūt: sicut patet. xiij. q. ij. c. cle rici. ꝛ. xvij. q. iiij. c. sacrilegium. Unde si execu tores infra annum saltem ammonitione epi scopi pias voluntates defunctorum non im plent cum possent si vellent: per episcopum de bent impleri. vt notatur extra de testamētis. cap. nos quidem. ꝛ. c. tua nobis. in glo. ꝛ. c. io hannes. in textu. Si autem executores non habeant bona in promptu de quib⁹ possunt infra annum testamentum implere. non cre do propter hoc q̄ deuoluatur potestas eoruz post annum ad episcopum. Tenentur tamen facere quod in se est vt bona habeant: ꝛ debi ta debent restituere q̄ citius possunt. Tertiū dubium erat. vtrū dilatio executionis in ali quo preiudicet anime testatoris. Et Respon det Richardus q̄ sic. Cuius duplex est ratio Una: quia quanto citius ecclesie ꝛ pauperes quibus legatum est recipiūt illud quod testa tor eis legauit: tanto feruētius ꝛ citius orāt pro anima defuncti ꝛ orare tenentur. ꝛ quan to tardius recipiunt quod eis legatum est: tā to tepidiores sunt ad orandum ꝛ magis tar dant orare pro anima eius. scz testatoris de functi. Acceleratio autem feruentium oratio num pro anima defuncti: multū valet ad ei⁹ alleuiationem ꝛ celeriorē expeditionē. Alia ratio est: quia sicut defuncti in charitate ali quid purgabile secum portantes in hac vita

UVA. BHSC. IyR_227

meruerunt vt elemosyne si pro eis dētur eis prosint non ad augmentum gratie: sed alleuiationē ⁊ abbreuiatōnē pene: si testator testm̄ faciens ⁊ in charitate decedens testamentuz suum faciendo meretur vt eius executio post mortem valeat non ad augmentum gratie: sz ad alleuiationem ⁊ abbreuiationem pene sue Et ideo quādo testamentum suum citius executioni demandatur: tanto citius alleniatur. ⁊ quanto tardius sui testamenti executio impletur: tanto tardius ceteris paribus incipit alleuiari ⁊ tardius liberatur. Si tamen legata sua nunq̄ soluerent: non propter hoc perpetuo remaneret in pena: quāuis propter hoc multo tardius liberaretur ab ipa. Ex predicti patet q̄ grauissime peccēt ⁊ q̄ magnā perditionē faciāt hi qui executiones testamentorū sibi commissas nō complēt q̄ citius possunt habita competenti opportunitate.

Quomodo hi qui sunt in purgatorio iuuari possunt per suffragia viuoꝝ ⁊ de suffragiorum fructu. Capl'm. III.

Tertia pars pietatis que defunctis debetur dicitur suffragiorum communicatio. Et pro huius intelligentia tria dubia erunt discurrenda.

Primum vtrū suffragia viuorum prosint defunctis.

Secundum vtruz suffragia facta determinate pro vno prosint omnibus existentib⁹ in purgatorio.

Tertiū vtrū defunctis ꝓsint suffragia fctā a viuis existentibus in pctō mortali.

Ad primum dubium posset aliquis arguere q̄ suffragia viuorum non prosint defunctis. Nam Apocal'. xiiij. dicit. Opera em̄ illorum sequūtur illos. ergo videtur q̄ nō iuuātur operib⁹ alienis. ⁊ Ecclesiastes. ix. dicit de mortuis q̄ nō habent partem in opere quod sub sole geritur. ergo idem quod prius. Sed in contrarium est illud quod scribitur. ij. Machabeorum. xij. Sancta ⁊ salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluātur. Et Augustinus in ench. ait. Non est negandum defunctorum animas pietate suoꝝ viuentium releuari: cum pro illis sacrificium mediatoris offert: vel elemosyne in ecclesia fiunt. Respōdet Richardus q̄ animarum quedam sunt beate iam in celo: quedam sunt damnate in inferno pro peccato originali et actuali: vel pro originali solo quedam sunt in charitate suam explentes penitentiam in purgatorio. Beatis non prosunt viuorum suffragia quia non indigent. Unde Augustinus in Ench. dicit q̄ sacrificia siue altaris siue quarūcunq̄ elemosynarum pro defunctis valde bonis gratiarum actiones sunt. Et idem habetur extra de celebratione missarum. capl'o cum marthe. §. tertio loco. Damnatis etiam suffragia non prosunt. vt ostensum est supra eodem sermone. sunt tamen cōsolationes viuorum. Animabus autem existētibus in purgatorio prosunt viuorum suffragia: non ad augmentum gratie gratum facientis. sed ad pene earum mitigationem ⁊ abbreuiationez Quia vt dicit Augustinus in ench. Cum viuerent in hac vita meruerunt vt hec sibi postea possent prodesse. Ad auctoritatem ergo Apocalypsis dicendum q̄ suffragia viuorum que fiunt pro existentibus in purgatorio: dicunt opera eorum inquantum in hac vita meruerunt vt eis prodesseut: si pro eis fierent. Ad auctoritatem vero Ecclesiastes dicendum q̄ pro tanto mortui dicuntur non habere partē in opere quod sub sole geritur: quia tali operi non cooperantur: habent tamen partē in fructu operis. Sed pro cōfirmatione vera dictorum notanda est sententia Gregorij que ponitur. xiij. q. ij. in. c. anime defunctorum. Anime inquit defunctorum quattuor modis soluuntur. aut oblationibus sacerdotuz. aut precibus sanctorum: aut charorum elemosynis aut ieiunio cognatoꝝ. Quod em̄ sacre hostie oblatio plurimum prosit defunctis apparet ex illo exemplo q̄d Grego. recitat in. iiij. dialog. lib. Inquit em̄ q̄ cum quidā monachus suus nomine Iustus ad extremum veniens tres se habere occultos aureos indicasset ⁊ de hoc ingemiscens mortu⁹ fuisset precepit Gregorius vt corpus eius cum tribus aureis in sterquilinio sepelirent. Tandez cuidam e fratribus Gregori⁹ precepit vt vsq̄ ad dies. xxx. omni die pro eo hostiam immolaret. Qui cū iussa complesset. is qui defunct⁹ fuerat in die xxx. cuidam fratri sibi germano apparuit. Quem germanus requisiuit dicēs. Quo modo es? Cui ille respōdit. hucusq̄ male fui: sed iam modo bene sum: quia hodie cōionem recepi. Similiter Grego. in preallegato li. ostendit quātum orationes prosint existentib⁹ in purgatorio. Narrat enim de Pascasio qui cū vir mire sanctitatis ⁊ virtutis extiterit ⁊ suo tempore duo fuissent summi pontifices electi: conuenissetq̄ tandem ecclesia in vnum. Ipse tamen Pascasius quasi ex errore alium papam pretulit. ⁊ in hac sentētia vsq̄ ad

UVA. BHSC. IyR_227

mortem pmanfit. Qui cū esset defunctus ⁊ dalmaticā feretro superpositam demoniacus tetigisset: statim sanatus est. Post multū vero temporis cum Hermanus capuanus episcopus balneum ob gratiam sanitatis petiisset pdictum Pascasium diaconem statem et obsequentem inuenit: quo viso vehementer extimuit. Et quid illic tatus vir faceret inquisiuit. Qui p nulla alia causa se in loco illo penali deputatum asseuerit: nisi qz in illa causa pontificis plus iusto senserit ⁊ addidit dicens. Queso te deprecare deum p me ⁊ atq; in hoc cognosces q exauditus sis si huc rediens me nō inueneris. Qui cū p eo orasset ⁊ illuc post paucos dies redijsset pdictum Pascasium in eodem loco minime inuenit. Sunt ⁊ alia exē pla: que breuitatis causa dimittimus. Secundum dubium erat. Utrum suffragia facta determinate p vno pfint omnibus existentibus in purgatorio. Et respondet Ric. q ad cau sandum penam concurrit virtus agentis ⁊ dispositio patientis. quia actus actiuorum sunt in patiente dispositio. vt dicit secundo de anima. Potest ergo diminui alicuius pena: vel per diminutionem virtutis ex parte agentis: vel per diminutionem dispositionis ad patiendum ex parte sustinentis sicut ⁊ per augmentationem cuiuslibet istorū pena potest augeri. Unde inequaliter dispositi ad patiendum ab equali virtute inequaliter patiuntur Propterea dicit Auicenna sexta parte naturalium q multū dispositus ad tristiciā ex modica causa fortiter tristatur. Quod autē dictū est videmus in exemplo. Pena em̄ magnum onus portantis diminui pōt: vel per diminutionem grauitatis oneris. vel per aliquam cō fortationem virtutis illius qui portat onus: qua minuit in ipso dispositio ad patiendum ab onere. Sic dico q isto duplici modo contingit intelligere diminui penam existentium in purgatorio. Et p̄tuz ad diminutionem pene modo primo suffragia facta determinate pro vno tm̄ alijs nō pfunt: quia sic virtus eorum nō attingit nisi ad illum ad quem determinatur ⁊ cui applicant per intentionem agentis. Sed modo secundo suffragia facta p vno p sunt alijs: quia misericordia dei prudenter: suffragia facta p quocunq; in purgatorio omnibus alijs innotescūt. Et quia sese diligunt ex charitate: nec sibi inuicem inuident: imo omēs gaudent de pene illius alleuiatiōe p quo fcā sunt suffragia. Quodlibet autem gaudiū reddit gaudentē minus dispositum ad penaz cō tristantē. quia sm̄ sniam Arist. ij. ethi. c. vlti. Cuiuscūq; tristitie repugnat sm̄ formā generis quecunq; delectatio. ⁊ ideo mitigat eaz

Notandū tamē q si suffragia fierent pro pluribus non tm̄ pdessent cuilibet quantuz si fierent p vno solo: qz si tm̄ pdessent: sequeret q ille qui p vno defuncto teneret dicere missam vnā: et vnā p alio. si dicer et vnaz p illis duob⁹ cuilibet solueret illud ad qō sibi teneret. Propter ea bonū finitū quod sufficeret ad plenariā liberationē vni⁹ anime de purgatorio sufficeret ad liberationē oīm aliarū ad equalem penā obligatarū. Preterea cōsuetudo ecclesie esset inutilis. que suffragia aliqñ facit p spālibus pfonis. que oīa falsa sunt. Fuerē tamen quidaz dicētes q suffragia facta pro pluribus tm̄ pfunt cuilibz p̄tum si fierent p vno solo: sicut candela accensa pro pluribus et lectio lecta p pluribus: tm̄ quēlibet iuuāt, quantū iuuarent si p vno solo candela accenderet vel lectio legeret. Sed rñdet Ricō. q hec exempla nō valent: quia lumen candele et vox doctoris se cōicant p nature necessitatem. Suffragia aūt cōicant per suffragantis intentionē. Tertiū dubium erat. vtrum defunctis pfint suffragia facta a viuis existentibus in pctō mortali. Et rñdet Ric. in. iiij. di. xlv. q malus faciēs aliqua bona opera p defunctis. aut facit ea sicut auctor: aut sicut ministrer. Primo modo illa nō pfunt defunctis etiā si ea faciat mediante bono ministro: nisi aliquādo p accidēs inquātū pauper sancti p elemosynis receptis ab illo malo excitant ad orandū p illis defunctis. p quibus ille malus homo eis elemosynas dedit. Si aūt facit ea vt minister distinguēdū est: qz aut facit ea vt minister publicus dei ⁊ eccl̄ie: vt sacerdos celebrat missam vel exequias mortuorū: aut facit ea vt minister alicuius priuate pſone. Primo modo dico q pfunt defunctis p̄bus fiunt: et siue ille qui mādauit fieri migrauerit de hac vita: siue non: quia hoc opus p̄cipaliter ipsius est qui hoc fieri mandauit. Si vero erat in pctō mortali, aut hoc erat quando mādauit fieri, aut qñ opus executioni mādatū est. Si primo modo dico q illa opa nō pfunt defunctis p quibus fiūt. q̄uis sit in charitate. p illo tempore quo suum mandatū executioni demanda-

UVA. BHSC. IyR_227

datur: nisi tunc illud iterū fieri demandetur aut demandationē factam de nouo acceptet: quia opus ipsius nō est nisi inquātū illud fieri mādat vl' acceptat. Si aūt erat in peccato mortali qñ demandat' opus bonū executiōi qui erat in charitate qñ precepit fieri. dico ꝙ tunc opera ꝓsunt defunctis pro quib⁹ fiunt maxime quia sunt a p̄cipiente rōne illi⁹ act⁹ volūtatis quā habuit qñ ea fieri p̄cepit. verū tamen cum nemo sciat vtrum odio an amore dignus sit: nō debēt hoīes retrahi a cōmunicatione suffragioꝝ erga defunctos. Et potissimū tenere debet vnusquisq; firmiter ꝙ semꝑ valet missa ⁊ alia bona que facit homo vt minister ecclesie. Supradicte itaq; sunt pietatis partes: quā debēt viui mortuis exhibere. Sz si quis posset ad purgatorium vsq; descendere: audiret ꝓfecto clamātes ⁊ eiulantes q̄ plurimos ac voce querula lamētantes. Audirent' quidē patres ⁊ matres di. O filij īgrati quibus bona nostra dimisimus succurrite nobis. Audirent' viri suas vxores vocantes. O vxores impie in quib⁹ cōfidentiā habentes: diuitias nostras vobis dimisimus: subuenite miseris ⁊ nos adiuuate. vt eruamur ab his atrocissimis penis. Audirent' ⁊ alij clamantes. O cōmissarij. o executores testamētorum nostroꝝ. expedite fideliter que vobis cōmisimus. Multi nāq; sunt ⁊ quasi inumerabiles qui citius a purgatorio liberarentur si viuētes illos iuuarēt. Idcirco ꝓcurēt om̄s benigne ⁊ charitatiue orare ꝓ defunctis: aliaq; pietatis opa illis impēdere: vt sic mereamur in hoc seculo dei obtinere gr̄az: ⁊ in futuro sempiternā gl'iam. Amen.

Feria secunda post Letare. de purgatorio ⁊ atrocissimis penis. quibus puniunt' anime illorum qui non satisfecerunt in hac vita de peccatis suis. Sermo XLVIII

i Ipse autem iesus nō credebat semetip̄z eis. Scribuntur hec verba Johānis. ij. et in euangelio hodierno. Raro fides inuenit' in hoībus huius mūdi: qui cum sepe blandiant' multuz amicis: eorūq; se fateant' beniuolos. adueniente tamē necessitate. aduersitateq; ingruēte deficiūt. ꝓpterea saluator noster q̄ p̄uidebat se tempe passionis sue ab oībus derelinquendū nō credebat semetip̄m eis qui crediderāt in nomīe eius ꝓpter signa que faciebat. Quo exemplo edocemur: vt ⁊ nos dū possum⁹: dū viuimus: dū facultas adest: anime nostre salutem accuratissime ꝓcuremus. Neq; fidendum est multum in parentibus: aut filijs: in viris aut vxoribus. in domesticis vel amicis quoniam vt dictuz est in precedenti sermone ꝯsueuerunt tales charos suos defunctos tradere obliuioni. Et qm̄ pleriq; penitentiaz negligunt in suis peccatis in hac vita implere: estimantes mitissimam satisq; leuem penam esse ⁊ quandoq; nullam penam. s. purgatorij Idcirco in presenti sermone de ipso purgatorio erimus locuturi. de quo tria mysteria erūt declaranda.

Primū d̄r veritatis.
Scd̄m penalitatis.
Tertiū iocūditatis.

De veritate ⁊ loco purgatorij ⁊ de illis qui post hanc vitam anteq̄ euolent indigent purgari. Capl'm. I

p Rimū mysteriū declarandū de purgatorio dicitur veritatis. In quo tria sunt dubia absoluenda.

Primum vtrum sit ponere penam purgatoriam post hanc vitam.

Scd̄m vtrū aliq̄s loc⁹ sit ꝓpri⁹ ad purgādū aīas deputat⁹.

Tertiū q̄ sunt hi q̄ vadūt in purgatoriū.

Ad primū dubiū rn̄det Boñ. di. xx. quarti. ꝙ sicut dicit scriptura ⁊ auctoritates sctōꝝ ⁊ plures reuelationes: ⁊ rationes cōcordant: et ecclesia vniuersalis ꝯfirmat que orat ꝓ existētibus in purgatorio: absq; dubio post hanc vitam est ponere penā purgatoriā. Et hoc colligitur ex verbis xp̄i dicentis Matth. xij. Qui dixerit verbū cōtra sp̄m̄sanctum nō remittet' ei: neq; in h̄ seculo neq; in futuro. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo: quasdā in futuro posse relaxari. Ideo Greg. xxv. dis. c. qualis ait. Qualis hic q̄sq; egreditur. talis in iudicio presentatur. Sz tamen de quibusdā culpis esse ante iudiciū purgatorius ignis credendus est: ꝓ eo quod veritas dicit: qr si quis in sp̄m̄sanctum blasphemiam dixerit: neq; in hoc seculo remittetur ei neq; in futuro. Et Matth. v. Esto cōsentiēs aduersario tuo cito. i. sinderisi murmurāti in malo: aut angelo ad oppositū decertanti: duz es in via cū eo: ne forte tradat te aduersarius tuus iudici. i. deo. ⁊ iudex tradat te ministro. id est angelo. ⁊ in carcerē mittaris. i. per angelū in purgatoriū deducaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Hoc idem de carcere huius mūdi non potest intelligi: eo ꝙ nec ibi ponuntur

UVA. BHSC. IyR_227

omnes tales. Nec de carcere infernali: qꝛ ibi nunq̄ soluit nouissimus quadrans debite pene. Sed de carcere purgatorij habet intelligi qꝛ de illo exibit q̄s qñ soluerit nouissimū quadrātē. Et adhuc est in ꝓmptu ratio quare sit ponenda pena purgatoria. Nā vt dicit Aug. ⁊ ponitur a magistro ī lr̄a. aut hō punit. aut deꝰ punit. sed frequenter aliqui cōuertunt in fine qui nō puniunt in p̄senti ergo necesse est ꝙ puniant a deo: sed nō in igne infernali siue eterno. ergo in igne purgatorio. Itē si nō essꝫ pena purgatoria post hac vitā, ergo qui ꝑdurat in culpa vsq̄ ad mortē: cū nullam sustinuerit penam: reportat de malicia sua cōmoduꝫ quod est falsum. Et si q̄s obijceret ꝙ ꝓnior est deus ad miserandū q̄ ad cōdemnandum sed decedentē in mortali pctō statim cōdēnat ergo decedentē in charitate statim glorificat Itē potentior est charitas ad eleuandū q̄ sit mortalis culpa ad deprimēdū. sed culpa mortalis statim demergit in abyssum. ergo charitas statim eleuat in celū. ergo non est ponere post mortē aliquod suppliciū. Itē status post mortem respondet statui qui est in via. sed in via nō est nisi duplex status. scꝫ bonoꝝ ⁊ maloꝝ. ergo similiter post mortē. Ergo anima a corpore recedēs, vel est in paradiso cū bonis: vel est in inferno cū malis. Rñdet Boñ. ad primū. ꝙ nō est simile glorificare decedentez in charitate statim: sicut cōdemnare decedentem in mortali. q̄m̄ iste qui in mortali est nihil habet quod sit dignū vita. Et ideo summe est dispositus ad damnationē eternaꝫ ⁊ ꝓpt̄ hoc statim dānat iusta retributione. Sed ille qui est in charitate: cū chatitas simul stet cuꝫ veniali culpa: ⁊ reatu pene: potest in se habere aliquid dignum pena. Et qꝛ gloria nō potest simul stare cū pena ꝟm foꝝ cōmune: necesse est prius debitum illud solui per penā purgatoriam. Ad secūdum dicit Boñ. ꝙ pōdus charitatis habet in se aliquid retardās: vt culpā aliquam paruulam vel reatum. Sed pondus peccati nihil habet. eleuans vel retardans. iō non est simile de ascensu peccati. Ad tertium vero dicendū ꝙ licet duplex sit status principalis. s. bonoꝝ ⁊ maloꝝ: tamen qui habet iusticiā in duplici est differentia. Aut em̄ est in statu perfectorum perfectione completa. ⁊ talis nō hꝫ cremabilia: nec aliqua debita. ⁊ huic statui debetur vita eterna. Alij sunt in statu imperfectorū: ⁊ hi habent cremabilia vt plurimum. ⁊ etiā debita ideo oportet primū debita solui. ⁊ cremabilia cremari anteq̄ introducantur in patriaꝫ. Et hi purgantur pena purgatoria. Similiter carentes iusticia in duplici sunt differentia. Quidam sunt in statu paruulorum. ⁊ hi carent iusticia originali. ⁊ his cōpetit statꝰ in limbo sine pena sensibili. Aliqui sunt in statu adultorum: qui carent iusticia personali siue gratuita per ꝓpriam culpā ⁊ talibus cōpetit status infernalis. Et sic ptꝫ ꝙ ratio illa nō valet. Posset etiam dici ꝙ pena purgatoria nō dicit statū: sed magis transitum de statu ad statum. Secundum dubiuꝫ absoluendum erat. vtrum ad purgationē animarum sit aliquis locus specialiter deputatꝰ Et respondet Ric. di. xxj. quarti. ꝙ in inferno sunt quatuor loca se habentia ꝟm superius ⁊ inferius. In loco maxime infimo sunt dānati pro peccato actuali. In illo qui est immediate supra illū sunt damnati ꝓ solo peccato originali. In loco qui cōsequenter est supra illuꝫ sunt anime que purgant: quia ibi de lege cōmuni purgant: q̄uis alique alibi purgentur ex aliqua causa speciali. scꝫ vel vt viuentibus aliquid nuncient: vel vt suffragia ꝓ se impetrent, ⁊ vt patiendo vbi peccauerūt dei iusticiam aliquibꝰ sensibilibꝰ manifestent. In quarto loco nō sunt alique anime ꝟ ante christi aduentum ibi erant anime sanctorum patrum: que penitentiaꝫ suam in purgatorio expleuerant. ⁊ ille que recedentes a corpore nihil purgabile portauere. Locus autem prefatus dicebatur sinus Abrae: quia Abraam primꝰ ab infidelibus se separauit, ⁊ fidei signaculum distinctiuum accepit. Ideo locꝰ requiei que debetur anime ꝓpter fidem charitate formataꝫ sinus Abrae dictus est. Hugo tamen libro secundo de sacramentis parte. xv. c. vij. negare videtur aliquem vnum locum determinatum esse purgationi animarum: dicens ꝓbabilius esse vt in his potissimum locis singule penaꝫ sustinere credantur in quibus culpam commiserunt: sicut multis sepe documentis ꝓbatuꝫ est. Alia vero si qua sunt harum penarum loca nō facile assignare videtur. Sed sententia ista. Hugo. nō acceptat a doctoribus nisi intelligatur: vt dicit Boñ. ꝟm dispensationē diuinam: ⁊ nō ꝟm cōmunem legē: quia improbabile est vt omnes anime que parisius peccauerunt parisius puniantur. Ideo ꝟm legeꝫ cōmunem credendum est ꝙ sicut limbus fuit inferius: sic ⁊ locus purgatorius qui locus pars inferni creditur a quibusdam propter illud verbum Gregorij in. iiij. dyal. Sub eodē igne electus purgatur: ⁊ damnatus cremat.

UVA. BHSC. IyR_227

Tertius dubiū absoluendū erat. qui sunt q̄ vadūt ad purgatorium. Et dicere possumus ꝟm doctores ꝙ sunt tria hominum genera.

Primi quidē sunt qui cum venialibus moriuntur. Nam sicut dicit magister sup illo ꝟbo. ſ. Cor. iij. Si quis supedificat sup fundamentū hoc aurū argentū lapides preciosos lignum fenum stipulā: vniuscuiusq̄ opus manifestuz erit. Dies em̄ dñi declarabit. quia in igne revelabit: ⁊ vniuscuiusq̄ opus quale sit ignis ꝓbabit. Per lignū fenum ⁊ stipulaz in telligunt venialia peccata ꝓ quādā similitudinē: quia venialia in eodē subiecto cum charitate existentia possunt ꝓ ignem purgatorij ⁊ spūalem ignem charitatis ⁊ dilectois cōsumi: sicut lignum fenū stipula q̄ consumuntur per ignem: ⁊ quia tardius consumit lignū q̄ fenum: ⁊ fenuz ꝙ stipula. ideo per lignum significant venialia grauiora: ꝓ fenum media ⁊ ꝓ stipulam minora. Secundi qui vadūt in purgatoriū sunt qui pniam ante obitū suum nō egerunt: sicut ꝛtingit his qui absq̄ ꝛfessione moriunt contriti. Tertij sunt hi q̄ iniūctā sibi pniam nō compleuerūt. Nā penitentia in confessione a sacerdote iniūcta: aut est maior aut equalis: aut minor. Si aūt est maior: tūc id quod homo plus fecerit cum moriē in augimentum sue glorie cedit. Si est equalis tūc sufficit ad totius pene dimissionē. Si autem fuerit minor tunc id quod residuum est ex virtute diuine iustitie in purgatorio emendatur ne aliquod peccatum remaneat impunitum.

De volūtate illoz qui patiuntur in purgatorio: ⁊ de grauitate penarū: ⁊ de ministro ꝓ quē deus infligit penas illas. Capm. II

Secundum mysterium principale de s purgatorio declaranduz dicitur pena lita q̄. Jn quo tria dubia sunt aperienda. videlicet.

Primum vtrum pena sit illa voluntaria.

Secundum vtruz sit maxima omnium penarum temporalium.

Tertium vtrum per ministerium demonū infligatur.

Ad ꝑmū dubium rñdet Boñ. ꝙ aliqua pena ꝺz tripl'r volūtaria. Uno modo quia assumit a voluntate impante: sicut est pnalis pena. Alio modo q̄ sustinet a volūtate acceptā te: sicut est pena martyꝝ: q̄ adeo placet ꝙ ab ea liberari nō vellent. Tertio modo est q̄da pena que acceptat ⁊ sustinet a voluntate cē lerante: vtputa pena que est cū patientia: ita ꝙ eius oppositum est in desiderio, sicut cum amans ⁊ desideraꝺ sanitatem infirmat sustinet quidē infirmitatez tanꝙ penā diuinitus inflictā: attamen ab ea liberari procurat. ⁊ illud minime hz rōnem voluntarij. Hoc modo est volūtaria pena purgatorij in viris iustis: qui voluntarie eam sustinēt: ⁊ desiderant ve hemēter ad patriā puenire: ⁊ ab alijs sibi auxilium preberi. Scōm dubiū videndū erat vtrū pena purgatorij sic maxima oim penaꝝ tēporalium. Et ꝟm doc. rñdet ꝙ sic. Et ꝓbatur tripliciter.

Primo auctoritate.

Secundo ratione.

Tertio exemplo.

Primo ꝓbatur aucte. Jnquit em̄ Aug. de pe. di. vij. c. vl. ⁊ dist. xxv. c. q̄ in aliud seculuz. Qui in aliud seculū distulit fructū cōuersiois purgād⁹ est igne purgatois. Hic etem̄ ignis etsi non sit eternꝰ: miro tñ mō grauis est. Excellit em̄ oēm penā quam vnq̄ passus est aliquis in hac vita. Nunq̄ in carne tāta inuēta est pena tpalis. Scōo ꝓbat rōne. ⁊ ꝟm Boñ. pōt sumi rō ex diuina iustitia. eo ꝙ deꝰ iustꝰ penam nō acceptat ꝟm ꝙ punitiua tñ: ꝑ ꝟm ꝙ plus est in ea ratio ordinis recti. Scōm ꝟ ergo est intelligendū ꝙ est pena sumpta ⁊ pena inflicta. Jn pena sumpta nō tñ placet deo ordinatio pene ad culpaz: ꝑ ordo ⁊ rectitudo que est in voluntate assumente. Jn pena inflicta placet ordinatio pene ad culpā. Qm̄ ꝑ pena penitentiū in pñti plus est: pena moriētiū est inflicta in purgatorio ꝓ eo ꝙ iam non est tpus agendi ꝑ recipiendi: ideo modica pena in pñti plus satisfacit ⁊ magis est de ea ꝺtēta diuina iustitia: ꝙ de magna i futuro. Ric. ꝺo sumit rōnez ex cā ipsius pene. Nam pena causaf dupl'r scz ex absentia boni amati: ⁊ ꝓsentia mali oditi. Et vtroq̄ mō pena purgatorij maior est q̄libet pena tpali. Anime ei in purgatorio: q: mot⁹ earū non retardaf mole corpis: vehementissime desiderant cū deo ꝓfecta fruitione cōiungi. Et ꝺ ex hui⁹ conionis ctiois absentia vehemētissime affligunt: maxime cū videāt tpos aduenisse: q̄ cū deo pfecte essent cōiuncte. si dū erāt in corpibus penam suis pctis debita psoluissent. Similiꝛ ignis affligēs aiaz in purgatorio magis est actiuꝰ igne nostro qui tñ inter alia elemēta maxime est afflictiuꝰ. Jō pena purgatorij lōge grauioz est ꝙ alia pena in hoc mundo. Qualiter aūt aia patiaf ab illo igne declaratū est in ꝑcedētibus ꝟmone. ſ. xliij. huꝰ opis. Tertio ꝓbaf ꝗuitas pene purgatorij exēplo. Habek nāq̄ i

UVA. BHSC. IyR_227

legenda sancti Grego. ꝙ postꝫ orauit ꝓ Tra
iano: apparuit ei angel⁹ ⁊ dixit. Quia ꝓ dam
nato rogasti duos tibi datur optio. Aut em̃ i
purgatorio duob⁹ diebus cruciaberis aut cer
te toto tẽpore vite tue fatigaberis doloribus
⁊ infirmitatibus. Qui preelegit toto tempo
re vite sue doloribus concuti potius ꝙ duo
bus diebus in purgatorio cruciari. Unde fa
ctũ ẽ ꝙ semp deinceps aut febrib⁹ laborauit:
aut podagre molestia pssus fuit: aut validis
doloꝛib⁹ ꝓquassat⁹: aut doloꝛe stomachi misẽ
rabiliter cruciat⁹. Eñ in quadã epistola scio
quis di. Tante podagre. tantisq; doloꝛib⁹ p̃
moꝛ: vt vita mea mihi grauissima pena sit.
Quotidie em̃ i doloꝛe deficio: ⁊ mortis reme
diũ expectando suspiro. Tertiũ dubiũ pro
positũ fuit. Utꝝ pena purgatorij per ministe
riũ demonũ infligat. Et ꝙdsdã videt ꝙ sic.
eo ꝙ in scriptura: aut vixit aut nunꝯ legit ꝙ
bonus angelus bonos vexauerit. Sed vexa
tio bonoꝝ solũ a malis fuit. sicut exẽplũ hẽt
de Job. de Antonio ⁊ alijs sanctis ⁊ amicis
dei. Mali ꝛo vexati sunt a bonis ⁊ malis. ⁊
rõ videt esse ꝑm eos. quia q̃ vexat alterꝝ ⁊ af
fligit quodãmõ odiũ habet. Diabolus autẽ
odit bonos ⁊ malos ob suã crudelitatẽ. ideo
vtroslꝫ affligit cũ sibi ꝓmittit. bõi ꝛo nõ odi
unt nisi malos. ⁊ ideo illos solos affligunt: si
cut afflixerũt sodomitas. ⁊ egyptios. Sꝫ opi
nio ista stare nõ põt: qz nõ decet illũ q̃ iuste de
aliquo triũphauit. postea puniri ꝑ ipm. Sꝫ
aie que sunt in purgatorio adherẽ do iusticie
vicerũt diabolũ. Ergo nõ esset cõueniens: vt
punirenꝫ demonũ ministerio. Propterea alij
dixerũt ꝙ pena purgatorij infligit angelorũ
misterio. Sꝫ hoc nõ videt ꝓbabile. ꝙ tã gra
uiter affligat ⁊ puniat cõiues suos. nec hoc
de facili ꝑ scripturã posset ꝓbari. Ideo dicen
dũ ꝑm Ric. ⁊ Boñ. ꝙ ꝯuis boni ãgeli ⁊ ma
li assistãt moꝛiẽtib⁹ boni ad iuuandũ mali ad
nocendũ si pñt. tñ in loco penali ipius purga
torij nõ puniũtur aie ministerio demonũ: nec
ministerio bonoꝝ angeloꝝ: sed sola diuina iu
sticia ignem purgatorijũ: sicut instrumentuꝫ
applicãte ad punitionẽ earũ.

De iocũditate quã habent existentes i pur
gatorio. tum ꝓpter certitudiné de sua salute
tum ꝓpter confirmationẽ in gratia. tum ꝓ
pter auxiliũ viuoꝝ. Caplm III

Ertiũ mysteriũ declarãdũ de purga
t torio dicit iocunditatis. Nam inter
acerbitatẽ penarũ sentiũt aie i pur
gatorio existentes multã iocunditatem. ma

xime ꝓpter tria.

Primo ꝓpter certificationem.

Scõ ꝓpter subuentionem.

Tertio ꝓpter sanctoꝝ affectionem.

Primo gaudent aie in purgatorio ꝓpter
certificationẽ qz iam certificate sunt de gl'ia
et beatitudine ad quã debent puenire. Nota
dum tñ ꝑm Boñ. in. iiij. di. xx. ꝙ aie ille ma
iorem certitudiné habẽt ꝙ ille q̃ in via sunt:
sicut habebãt anime q̃ erant in limbo. Et illa
certitudo media est inter certitudinẽ patrie
⁊ certitudiné vie. In patria est certitudo ten
tionis euacuãs expectationẽ ⁊ timorem. In
via autem est certitudo expectatõis mixta ti
mori: qz q̃libet labi potest dum est viator. In
purgatorio vero est medio modo. s. certitudo
expectationis: qz nõdũ obtinuit: sed est eua
cuatio timoris ꝓpter liberi arbitrij cõfirma
tionẽ: qz oĩno fit ꝙ deinceps peccare nõ po
test. Nã cõfirmati sũt in gr̃a. nec valẽt malũ
velle. nec dũ agẽt: qõ eis acccedit ad leticiaꝫ
⁊ iocũditatẽ. ꝓpter sapie. iij. ꝛo. Spes illoꝝ
immortalitate plena est. Nec acceptanda est
quoꝝũdã opinio eoꝝ qui dicũt ꝙ ꝑ acerbita
te penaꝝ ita absoꝛbet ꝑs vt vbi fit ignoꝛet
et ex hoc dubitet vtrũ fit in inferno: vl' in pur
gatorio: aut extra. Sicut cum anima ex dul
cedine cõtemplationis rapit ex tra se vt ne
sciat vtrũ in coꝛpe an extra coꝛpus hoc vide
a t. sic suo modo dicũt in penis se habere. Sꝫ
certe hoc nõ videt posse rõnabil'r sustineri: qz
et si ꝑs carni cõiunctus possit ab hmõi pe
nis adeo absoꝛberi: vt vsum rõnis amittat:
ꝑs tñ separatus qui immortalis est nõ vi
detur adeo absoꝛberi: cum fortioꝛ sit ad susti
nendũ magnã penã in se ꝙ in coꝛpe paruaꝫ.
Et contra dictã opinionẽ faciũt exempla. q̃
Greg. ponit in. iiij. dial'. li. vbi dicit ꝙ quidaꝫ
in purgatorio existẽtes in grauib⁹ penis pe
tierũt adiutoꝛiũ ꝓ liberatione. ergo sciebãt se
aliquãdo liberãdos. Insup in omelia de diui
te et Lazaro dr. ꝙ damnati supza se electos
confiderant vsq; in diẽ iudicij. Si ergo pena
illa infernalis imꝑpoꝛtionabiliter grauiꝛ
est ꝙ purgatoria. ⁊ illa nõ absoꝛbet vsum
rõnis damnatis que sunt oppressi verme de
sperationẽ ⁊ culpa: quãto magis nec ista pe
na ab soꝛbebit ꝑs iustoꝝ qui fortificati sũt
bona conscientia: et spe: et diuina gratia.

Secũdo gaudẽt anime existẽtes in purga
torio ꝓpter subuentiones. quãdo subuenitur
eis ꝑ suffragia viuoꝝ. de quibus diximus in
ꝑcedenti sermone. Innotescit q̃t eis ꝑdicta

UVA. BHSC. IyR_227

subuentio quadrupl'r. Primo diuina inspiratione. Secūdo angelica reuelatione. vt dicit xiij.q.ij.c.fatendum. Tertio morientiū noui intimatione. Quarto expientie cognitiōe: q̄a per suffragia que impendunt eis experiunt sibi diminui penā. Cōueniens nāq̄ est vt ino tescat eis a quib⁹ ⁊ que suffragia fiant: vt cū de purgatorio fuerint liberate: ⁊ in gloriam angeloꝝ assumpte: gratias suffragatoribus suis impēdant: pro eis apud largissimū miseratorem omniū deum intercedentes. Nō em̄ possibile est vt ingratitudo vel aliqd̄ qd̄cūq̄ vitium locum habeat in gloria sempiterna. Tertio gaudēt anime in purgatorio ꝓpt̄ sanctoꝝ affectionē. Supni quidē ciues orant et rogant dn̄m iesum xp̄m ꝓ illis ꝓximis suis: quos cruciari cernūt. Scd̄m em̄ Bon̄.in.iiij di.xlv.duo inducūt sanctos orare ꝓ his q̄ in purgatorio sunt. Primū est eoꝝ necessitas. q̄ indigent ab illis releuari. Scd̄m est dei volūtas: qui vult ꝙ vnū membruz releuet aliud. Tertiū addi potest.s.futura iocūditas.seu felicitas.scilz vt eoꝝ gloria accidētalis augeat cū videant eos futuros ꝯciues suos. Un̄ credendū est ꝙ angeli sancti semꝑ visitant eos et cōsolant. Propter que oīa ad prudentiam spectat dū viuim⁹ in hoc seculo penam quaz possumus ꝓ peccat̄ nostris exoluere. Sin vero illā in purgatorio dolēter luemus: vbi licz ꝓpter rōnes iam tactas aliqua leticia aderit nō tamē tāta erit vt Bon̄. ait q̄ta erit afflictio. Ideo sollicite cogitem⁹ que ventura sūt ⁊ oculos apiam⁹ in tpe oportuno: vt sic placemus deū quez offendimus impetremusq̄ ab ipso hic gr̄am ⁊ in futuro seculo sempiternam gloriam. Amen.

Feria tertia post Letare de iudicio curioso et temerario. propter quod multi qui se iustos credunt peccatores sunt ⁊ inimici altissimi dei. Sermo XLIX

n Olite iudicare s̄m faciē. sed iustū iudiciū iudicate. Verba sunt redēptoris nostri original'r Job.vij.⁊ in euāgelio hodierno. Prebuit nobis saluberrimū documētū satisq̄ necessariū saluator nr̄ dn̄s iesus xp̄s duz dixit verba in themate nr̄o ꝓposita. qm̄ ob curiosum iudicium multi q̄ se bonos existimant sepenumero mali fiūt. Scd̄z vero Alex.sniam in.iij.volumine sum. duplex ē iudiclū. Unū publicū ⁊ ordinatū. qd̄ q̄dē est act⁹ iusticie. Aliud v̄o vsurpatū ⁊ temerariū: q̄ q̄s ꝓximū suum iudicat vel reputat bonū aut malū. De hoc itaq̄ iudicio de quo locutus est xp̄s: ⁊ nos in presenti sermone dicemus. In quo triplex iudiciū subdistinguemus declarandū.

Primū dicit dubietatis.

Scd̄m veritatis.

Tertiū temeritatis.

Q̄ pctm̄ est iudicare in deteriorē partem aliena facta q̄ nobis dubia sunt: ⁊ q̄re dubia sunt in meliorē ꝑtem interp̄tanda. Capl'm.I.

p Rimum iudiciū vsurpatū dicit dubietatis. cum q̄s ꝓximū suū ex opibus dubijs iudicat malū. Nam multa sūt opera que bene fieri possunt ⁊ male. sicut ieiunare orare: elemosynas facē: audire missas visitare ecclesias: ⁊ similia in q̄bus si q̄s diffinitiue iudicaret proximū talia male facere: vt puta ꝓpter vanā gloriam: aut aliquē alium malū finē: peccaret ꝑ vsurpationē iudicij. Idcirco in his ꝯuanda est regula que ponit in glo. Rom̄.xiiij.super illis v̄bis. Qui nō manducat manducantē nō iudicet. vbi dicit. Dubia sunt in meliorē ꝑtem interpretanda. Et ꝙ ita sit: ꝓbari potest tripliciter.

Primo auctoritate.

Scd̄o ratione.

Tertio exemplo.

Primo probat auctoritate: Unde.xxxiij. di.c.habuisse. In rebus ambiguis absolutuz nō debet esse iudiciū. Et.xj.q.iij.in.c. graue. Graue satis est ⁊ indecens vt in re dubia certa det sn̄ia. Et.xxx.q.v.c.incerta. Incerta nullatenus iudicem⁹: quousq̄ veniat dn̄s qui latētia ꝓducat in lucē. ⁊ illuminabit abscondita tenebrarū: ⁊ manifestabit consilia cordiū. Ad hoc facit ibidē.c.nullū.ij.⁊.c. iudicantem. Et ⁊ idē ponit in glo.sup.c.nauiganti. extra de vsur. ⁊ in.c.ex litteris de ꝓbatiōib⁹. Ad idē est illd̄ dictū extra de reg.iur. Estote inq̄t misericordes ⁊c. Hoc loco nihil alid̄ nobis precipi existimo nisi vt ea facta que dubiū est quo animo fiant in mellorē partē interpretemur. Secūdo ꝓbat ꝙ dubia sunt in meliorē ꝑtem interpretanda rōne. Et hoc tripl'r.

Primo ꝓpter diuinā maiestatē.

Scd̄o ꝓpter ꝓximi charitatē.

Tertio ꝓpter ꝓpriā vtilitatē.

Primo ꝓpter diuinā maiestatē. Dubioruz em̄ ⁊ secretorū deus iudiciū sibi reseruat: q̄ dixit. Hiere.xvij. Prauū est cor hoīs ⁊ inscrutabile quis cognoscet illud? Ego dn̄s scrutans cor ⁊ probans renes: q̄ do vnicuiq̄ iuxta viā suā. Et.xxxij.dis.c.erubescant. Deus secretoꝝ

UVA. BHSC. IyR_227

cognitor: ꝛ iudex est. Hinc est ꝙ scribitur .ij.q ij.c.nomen presbyteri. Diuine pietatis pote/ stati facere videret iniuriam: si illius iudiciuꝫ meo vellem iudicio preuenire. Et, xv.q.vj.c.si a sacerdotibus. Non possunt humano condē nari examine, que deus suo reseruauit iudicio

Secūda ratio est ꝓpter ꝓximi caritatem ꝑm em̄ Tho.ij.ij.q.xcvj.ex hoc ipo ꝙ aliquis habet malam opinionē de aliquo absq; suffi/ cienti causa: iniuriatur ei: ꝛ contemnit ipm. Nullus aūt debet alīū contemnere absq; cogē te causa. Jdeo vbi nō apparent manifesta iu dicia de malicia alicuius: debemus vt bonum habere: in meliorē partem interpretando qō dubiū est. Et si diceretur ꝙ iudiciū debet esse magis de eo quod vt in pluribus accidit, sivt in pluribus accidit vt male agant: quia vt di/ citur Eccls.j. Stultorū infinitus est numer⁹ ergo dubia magis debemus interpretari in malū q̄ in bonū. Respondet Thomas ꝙ ille qui in meliorē partē aliorū facta interpretat frequētius fallit. Sed melius est ꝙ aliquis fallatur habens bonā fidem de aliquo homie malo: q̄ rarius fallatur habēs opinionē ma/ lam de aliquo bono. quia ex hoc fit iniuria ali/ cui, nō aūt ex primo. Jdeo Seneca libro q̄rto de beneficijs ait, Sanctius est prodesse etiaꝫ malis ꝓpter bonos: q̄ bonis obesse ꝓpter malos. Jdeo lex fauet vt patiatur potius no centem absolui: q̄ innocentem condemnari. ff. de penis. l. absentem. in principio. Tertia ratio est ꝓpter ꝓpriā vtilitatē. quia sic ho mo euitat iudiciū dei. ꝑm illud Luce. vj. Noli te iudicare ꝛ nō iudicabimini. Notandū ta/ men ꝑm Alexandrū in secūdo volumine sum/ me ꝙ ꝓximoꝝ nostrorū facta dubia nobis possunt esse tripliciter. Primo ex ignorantia principij. Nam vt dicitur ex̄ de senten. excō. c. cum voluntate. Volūtate ac ꝓposito ma/ leficia distinguuntur. Jdeo nescim⁹ sepissime ex quo principio procedant alioꝝ opera. ꝓ/ pterea in talibus iudiciū curiosum cauere de/ bemus. Secūdo potest esse aliquid dubiuꝫ ex ignorantia medij: quia multotiens mutatur voluntas. Nam multi aliqua bona exercētes mala intentione mutari possunt ꝛ ecōuerso. Tertio potest aliquid esse dubiū ex ignoran/ tia finis. Jdeo dicitur .xj.q.j.c. sacerdotibus. Nescimus quis in terribili iudicio dei q̄lis sit futurus. Etenim Paulus egregius predica/ tor dicit. Nolite ante tempus iudicare quoad usq; veniat dom⁹. Tertio probatur ꝙ du bia sunt in meliorē partē transferenda exem plo. Legimus nanq; ꝙ sanctus frater Leo socius beati Francisci dum infirmaret in lo/ co sancte marie de āgelis: vidit i visione mul titudinē fratrū processionaliter incedentiuꝫ. Inter quos vidit vnū a cuius oculis radij ꝓ/ cedebant lucidissimi: ꝛ querēs ab vno illoruꝫ quis esset ille cuius oculi ita splendebant: au/ diuit ꝙ erat frater Bernardus de quintaual le primus socius beati Francisci. qui semper de his que videbat in alijs: in melius iudica/ bat. Quando em̄ videbat aliquos male indu tos dicebat. Jsti melius seruant paupertatē q̄ tu frater Bernarde. Cū vero inspiciebat di uites preciosa indumenta deferentes cordis compunctione dicebat. Forsan illi subuestib⁹ delicatis humiliores sūt q̄ tu frater Bernar de. Ac per hūc modū semper in dubijs bene de alijs sentiebat. Dis vero dict⁹ visio disparuit.

Qꝛ nō peccat qui manifesta damnat mala ꝛ iudicat. ꝛ qualiter ꝓximoꝝ peccata nō sūt curiose exploranda. Capl̄m II

Primo ppter speciē operū que transcendebant omnē potestatē create nature: ppterea fieri non poterāt nisi virtute diuina. Un̄ Jo. ix. Cecus illuminatus dicebat. A seculo nō ē auditum. q̄a aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: nō poterat hec signa facere. Secundo miracula que fecit chr̄istus fuerunt sufficiens testimoniū diuinitatis sue. quia faciebat miracula pp̄ria virtute ⁊ auctoritate. Unde Luce. vj. scriptū est. Virtus de illo exibat ⁊ sanabat oēs. ⁊ Luce. viij. Resuscitans adolescentulū impetratiue locutus est. Adolescēs tibi dico surge. Et q̄n resuscitauit lazarū Joh. xj. ait. Lazare veni foras. Necz audiendi sunt q̄ dixerūt animā beatā. ⁊ p̄cipue animā xp̄i virtute pp̄ria posse miracula facere. Q̄n vt dicit Ric. di. xliij. iij. li. Miracula nō possunt fieri aliqua creata ⁊tute. Unde q̄tus xp̄s q̄z est deus ⁊ homo: possit rōne diuine potētie miracula facere: hoc tū anima eius non pōt. Un̄ Ric. lib. ſ. de trinitate. c. ij. ait. Illa p digia ⁊ signa q̄ fuerūt facta ad confirmatiōnē fidei nr̄e: nō nisi per diuinam virtutē fieri potuerunt. Et si dicaf q̄ in suscitatione lazari xp̄s egit gratias deo patri. Respōdef q̄ aliō est gratias referre: ⁊ aliud suffragiū ipetrare pp̄rea xp̄s dixit loquēs ad patrē. Ego ei sciebam q̄ semp me audis. sed p̄opter populū q̄ circūstat dixi vt credāt: q̄z tu me misisti. ideo iperatiua voce clamauit Lazare veni foras. Alij vero q̄ miracula fecerūt nō ea fecere virtute pp̄ria: sed virtute dei vel virtute ipsi⁹ xp̄i incarnati. Un̄ ⁊ Petr⁹ vt scribit in actib⁹ apostolorū dixit et qui. xl. annis ia cuerat infirm⁹ ad portā templi. Jn noie iesu surge ⁊ ambula

Tertio miracula sunt sufficiēs testimoniū xp̄i diuinitatis p̄opter documentū: q̄z filiuz dei se p̄dicabat. Un̄ Joh. v. dixit. Pater me⁹ vsq̄z mō operaf ⁊ ego operor. Et Joh. vj. Sicut misit me viuens pater: ⁊ ego viuo ppter patrē. Et Joh. viij. Si me sciretis: forsitan et patre meū sciretis. ⁊ Joh. x. Ego ⁊ pater vnū sumus. ⁊ Joh. xvj. Exiui a patre ⁊ veni in mūdum. iterū relinquo mundum ⁊ vado ad patrem. Nisi hoc fuisset verū nequaq̄ ei astitisset diuina virt⁹ in miraculoꝝ patratōe. Nam impossibile est ipm̄ deū tā sceleſto mendacio

UVA. BHSC. IyR_227

ferre testimoniū ꝑ opa infinite virtutis: que sunt miracula vera. Et hoc Greg. in omel. de epiphania cōtra duros iudeos sic pulchre loquit. Omnia elemēta auctorē suū venisse testata sunt. Ut em̄ de his quasi quodā humano vsu loquar: deū hūc celi esse cognouerunt: qꝛ ꝓtin⁹ stellam miserūt. Mare cognouit: qꝛ sub ei⁹ plantis se calcabile prebuit. Terra cognouit qꝛ contremuit. Sol cognouit qꝛ lucis sue radios abscōdit. Saxa ⁊ parietes cognouerunt: quia tempore mortis eius scissa sunt Infernus cognouit: qꝛ hos q̄s tenebat captiuos reddidit. Et tamen hūc quem deum oīa elementa insensibilia senserunt: adhuc infidelium iudeorum corda deum esse minime agnoscunt ⁊ duriora saxis ad penitentiam scindi nolunt: eumq̄ confiteri abnegant: quem elementa vt diximus aut signis aut scissionibus deum clamant.

Quod apparet diuinitas xp̄i rōne sctificationis animarum: remissionis peccatorum: ⁊ productionis mundi. Capl'm. III

Tertio insinuemus diuinitatem xp̄i rōne. Quecūq̄ em̄ attribuunt̄ s̄m veritatem alicui illa que non possunt conuenire nisi soli deo. ille est deus: s̄ xp̄o attribuuntur s̄m veritatem ea que conueniunt soli deo. ergo ipse est deus. Sunt autem illa principaliter tria.

Primū est aīarū sanctificatio.

Scd̄m pctōꝝ remissio.

Tertiū mūdi ꝓductio.

Primū quod deo cōuenit est aīarū sanctificatio. Unde ip̄e Leuit. xxvj. ait. Ego dn̄s q̄ sanctifico vos. Hoc ip̄z d̄r de xp̄o. Un̄ Heb. vlti. Jesus vt sanctificaret per suū sanguinez ppl'm extra portā passus est. Scd̄m qd̄ deo ꝯuenit est pctōꝝ remissio. Propterea ꝑ Esa. xliij. ip̄e sic loquit̄. Ego suz q̄ deleo iniq̄tates tuas. Sed ⁊ de xp̄o Mat. j. angelus dixit ioseph. Ip̄e em̄ saluū faciet ppl'z suū a peccatis eoꝝ. Ex hoc Mat. ix. habet̄. Qd̄ cum quidaz ex scribis murmurarēt intra se: quia christus dixerat paralytico. Cōfide fili remittunt̄ tibi pctā tua. Xp̄s rn̄dit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quid est facili⁹ dicere remittunt̄ tibi pctā tua. an dicere: surge ⁊ ambula. Ut sciatis aūt qꝛ filius hois hz ptātem in terra dimittendi pctā: tunc ait paralytico. Surge tolle lectū tuum ⁊ vade in domū tuā.

Tertium qd̄ deo cōuenit est mūdi ꝓductio Hinc est ꝙ ꝑ Esa. xlviij. c. ait. Ego ipse. Ego primus ⁊ ego nouissim⁹ Manus quoq̄ mea fundauit terrā ⁊ dextera mea mēsa est celos. Sed de xp̄o etiam. d̄r Job. j. In p̄ncipio erat v̄bū infra. Oīa ꝑ ip̄m facta sunt: ⁊ sine ipso factū est nihil. Et mundus per ip̄m fact⁹ est ⁊ mundus eum non cognouit. Non cognouerunt iudei: qꝛ in ꝓpria venit: ⁊ sui eum nō receperūt. Non cognoscūt infideles: qꝛ ip̄m purum hoīem existimantes: deum verum adorare recusant. Non cognoscunt ⁊ mali xp̄iani: q̄ vt dicit Paulus ad Titum. j. confitentur se nosse deum: factis aūt negant. O mūdanoꝝ superbia detestanda. O temeraria mētis humane curiositas. O deniq̄ ingratitudo maligna. Certe ille qui in cuna vagijt: in presepio pannis fuit inuolutus: in terris cum hoībus conuersatus est in cruce in medio latronum pependit: ⁊ in sepulchro vsq̄ in diem tertiuz latuit. ipse verus deus est: qui a mortuis resurgens ascendit in celū ⁊ sedet a dextris dei. Ip̄e ꝓpter nimiam charitatē suam qua dilexit nos: cum in forma dei esset. non rapinam arbitratus est esse se equalez deo. exinaniuit seipsum formā serui accipiens in sil'itudinem hoīm factus ⁊ habitu inuentus vt homo. vt d̄r Philip̄. ij. O immensa pietas. o ardētissima charitas patris nostri dei. De quo dicitur Job. iij. Sic deus dilexit mundū vt filiū suuz vnigenitū daret. vt oīs qui credit in eum non pereat: sed habeat vitā eternā. hoc Gregori⁹ considerans xp̄m in cruce nudatuz clauis cōfossum: vulneribus plenum: coronatū spinis extinctū morte crudeli: cū admiratōe ad deuz ac pietate clamabat. O inestimabilis dilectio charitatis vt seruū redimeres filiū tradidisti Nos vero cum ipso tam feruidum amorez recolentes: referamus gratias benefactori nr̄o deo ⁊ dn̄o iesu xp̄o: cui sit laus ⁊ gloria ꝑ infinita seculorum secula. Amen.

Sabbato post letare de veritate: qualitate seu temporalitate horribilis illius bestie scilz antixp̄i qui apparebit in vltimis tp̄ibus cum ꝯsūmata fuerit iniq̄tas hoīm. Sermo. LIII

Ego sum lux mundi.

Qui sequit̄ me nō ambulat in tenebris. Uerba sunt redemptoris. nr̄i originalr̄ scripta. Job. viij. ⁊ in euangelio hodierno. In vltimis temp̄ibus cum cōsummata erit iniquitas hominū apparebit deo ꝑmittente horribilis illa bestia: que vocabulo cōmuni dicitur antichristus scilz christo contrarius. propterea saluator nr̄ p̄monuit omnes vt solidi essent atq̄ constantes in fide:

UVA. BHSC. IyR_227

neq; desererent ipsum saluatorē qui vtrbo et exemplo salutis viam nobis ostēdit. Erat em̄ lux vera que illuminat omnē hoiem venientē in hunc mundū. Joh. j. Qm̄ autem tpe psecutionis antixp̄i multi deficient: qui xp̄m derelinquentes antixp̄m sequent̄ ⁊ colent: currēt q; luce relicta post tenebras erroꝝ ac vitioruz idcirco in presenti sermone ꝑ eruditione presentium de antixp̄o erimus tractaturi. eo ꝙ non ipse sed xp̄us est omni studio ac conatu sequendus. De ip̄o itaq; antichristo tria mysteria principalia declarabimus.

Primū d̄r veritatis.

Scd̄m qualitatis.

Tertiū temporalitatis.

Qd̄ ꝑ auctoritates scripture ⁊ testimonia sanctoꝝ ostendit̄ futurus antixp̄s.

Capl̄m I

Primū mysteriū de antixp̄o declarandū dicit̄ veritatis. In quo aperte debemus ostēdere qualiter verum est ꝙ antixp̄s sit venturus: qui ecclesiaz dei artius expugnabit: ⁊ xp̄ianos crudelissime ꝑsequet̄ q̄ fecerit vnq̄ quicūq; alius xp̄iani nominis inimic⁹. Ad h̄ aūt ꝓbandū sunt auctoritates scripture ⁊ sctōꝝ testimonia q̄ sequunt̄. Scribit nanq; Gen̄. xlix. c. ꝙ Jacob patriarcha in extremo vite sue p̄dicens filijs suis que vētura erāt: dixit de Dan. Fiat Dan coluber in via cerastes in semita: mordens vngulas equi vt cadat assessor eius retro. Et licet vt dicit magister in historijs scholasticis intelligāt iudei hanc ꝓphetiaz de Sansone: qui fuit de tribu Dan. vt ꝑz Judicū. xiij. Et iudicauit populuz vt habet̄. xv. c. Tamen glosa ordinaria dicit ibi sic. Dan nō solum coluber sed cerastes vocat̄: qui serpens esse cornutus perhibet̄: quo digne antixp̄i aduentus asseritur: quoniā cōtra sanctos morsu pestifero ⁊ cornu potestaq̄ armabit̄. Ambrosius vero libro de benedictione patriarcharum dicit prefatā ꝓphetiam de antixp̄o debere intelligi. Ait em̄ Antichrist⁹ futurus est de tribu Dan. seuus iudex ⁊ tyrannus immanis: qui populum iudicabit. ⁊ tanq̄ sedens in via serpens deijcere tēptabit eos qui viam ambulant veritatis. Hec ille. Sicut em̄ duodecim fuerūt apostoli. de quorum numero cecidit vnus: loco cuius successit Matthias sic in numero duodecim tribuum filioꝝ israel vna tribus ruit. s. Dan: que in antichristo persequet̄ xp̄m: loco cui⁹ Apoca. vij. in visione beati Johānis supplet̄ tribus Manassen: qui fuit filius Joseph. vt dicitur Gen̄. xlj.

Quare ꝓphetia Jacob recte ꝓnunciauit antixp̄m futurū. Daniel vero. xj. c. ita inquit. Adhuc aliud tempus erit scilicet antichristi. ꝟm Nicolaū de lira. ⁊ faciet rex. i. antichrist⁹ iuxta voluntatem suam ⁊ eleuabitur ⁊ magnificabitur aduersum omnem deum ⁊ aduersus deum deoꝝ loquet̄ magnifica. ⁊ diriget̄. id est ꝓsꝑabit̄. donec cōpleat̄ iracundia. scz dei. ꝑpetrata q̄ppe est diffinitio. quasi dicat. sic est determinatū in dei prescientia Et deū patrū suoꝝ nō reputabit: ⁊ erit in cōcupiscentijs feminarū: nec quenq̄ deorum curabit: qꝛ aduersum vniuersa cōsurget. Et Daniel. viij. c. Cū creuerint iniquitates: cōsurget rex impudens facie. s. antixp̄s inuerecundus ad omne malū ⁊ intelligens propositiones. Et roborabitur fortitudo eius: sed nō in viribus suis. s. quia in virib⁹ diaboli. Et supra q̄ credi potest vniuersa vastabit. ⁊ prosperabitur ⁊ faciet. Et interficiet robustos. scz illos qui inueniētur firmi in lege dei nolentes ei obedire: ⁊ populum sanctorū ꝟm voluntatem suam: ⁊ diriget̄ dolus in manibus eius: ⁊ cor suum magnificabit. Et in copia rerū omniū occidet plurimos ⁊ cōtra principem principum. scz deum ꝯsurget. Et sine manu ꝯteret̄. scz quia illū deus interficiet: nō per manum hominis: sed angeli. De ipso etiā antixp̄o ꝓphetauit Joh. j. sua canonica. c. ij. Audistis qꝛ antixp̄s venit. i. veni et tempore suo ꝟm Nicolaū de lira. Et Apoc. xiij. Joh. ait. Vidi de mari bestiam ascendentem: habentē capita septem. ⁊ cornua decem. ⁊ super cornua eius decē diademata: ⁊ sup capita eius noīa blasphemie. Et bestia quā vidi similis erat pardo. pedes eius sicut pedes vrsi: ⁊ os eius sicut os leonis. ⁊ dedit illi draco virtutē suam. ⁊ potestatem magnā. Et vidi vnū de capitib⁹ suis quasi occisum in mortem: ⁊ plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiā: ⁊ adorauerunt draconē qui dedit potestatem bestie. Et adorauerūt bestiam dicētes. Quis similis. bestie. ⁊ quis poterit pugnare cū ea? Et datū est ei os loquēs magna ⁊ blasphemias. Et data est ei potestas facere mēses quadragītaduos Et aꝑuit os suū in blasphemias ad deū blasphemare nomen eius: ⁊ tabernaculuz eius. ⁊ eos qui in celo habitāt. Et datū est illi facere bellū cū sāctis ⁊ vincere illos. Et data est illi potestas in omnē tribū: ⁊ populū: ⁊ linguā: ⁊ gentē. Et adorauerūt eā oēs q̄ inhabitabant terrā: quoꝝ nō sunt scripta noīa in libro vite agni qui occisus est ab origine mūdi. Sctūs

UVA. BHSC. IyR_227

etiā Methodius: quē cōmendat Hiero. in ꝓ logo sup Danielē. de quo etiam meminit magister hystorie scholastice. c. iiij. sup Gen̄. ita de antixp̄o dixit in libro quodā suo: in q̄ tractat de primis ⁊ nouissimis tp̄ib⁹. Veniet filius perditionis qui dicit̄ antixp̄us: ⁊ putans ꝙ sit de⁹ exaltabit cornua ei⁹ nimis. ⁊ Paulus. ij. Thessal. ij. Reuelabit̄ ille iniquus quē dn̄s iesus interficiet spiritu oris sui. ⁊ destruet illustratione aduentus sui eū cuius aduentus est ꝑm operationē sathane in omni virtute ⁊ signis ⁊ prodigijs mendacib⁹: ⁊ in omni seductione iniquitates his qui pereūt. De antixp̄o etiā. Dama. dixit. iiij. lib. suaꝝ sniarū. Decet scire quoniā oportet antip̄m venire. ⁊ Aug. xx. lib. de ciui. dei. c. xix. Non veniet ad viuos ⁊ mortuos iudicandos xp̄s: nisi prius venerit ad seducēdos in aīa mortuos aduersarius eius antixp̄s. Sed in quo templo vt deus sit sessurus incertum est. vtrū in illa ruina templi quod a Salomone constructū est. an in ecclesia? Et saluator noster Joh. v. ait Ego veni in nomīe patris mei ⁊ nō accepistis me. Si alius venerit in nomine suo ⁊ illum accipietis. ⁊ Matth. xxiiij. Cuꝫ videritis abominationem desalationis que dicta est a Daniele ꝓpheta stantē in loco sancto qui legit itelligat. Predixerat quippe Daniel. ix. c. In dimidio hebdomadis deficiet hostia ⁊ sacrificiū. ⁊ erit in templo abominatio desolationis. Qd̄ declarans Hilarius sup Matth. dicit. Totū iudicium aduentus futuri ponit dicens. Cuꝫ videritis ⁊c̄. De antixp̄i em̄ tp̄ibus hec locutus est ꝓpheta. Abominatio em̄ ex eo dicta ē ꝙ aduersus deuꝫ veniens: nomē dei sibi vendicet. desolatiōis aūt abominatio qꝛ bellis ⁊ cedibus terram desolatur⁹ sit. Deprehēdim⁹ ergo per tot testimonia verū esse ꝙ antixp̄s veniet. Sed nōnulli hanc veritatē subterfugere querūt dicētes venisse iam antixp̄ꝫ. Nā aliqui sunt tenētes hereticos om̄s antixp̄os fuisse. Alij opinant̄ illuꝫ fuisse. Neronē. Quidam vero arbitrantur ꝙ fuerit spurcissimus Machometh. Sed primis rn̄demus nō eē negandum hereticos om̄s mystice antixp̄os posse vocari. Quia ⁊ Joh. j. canonice. ij. Antixp̄i ait multi facti sunt. Et Hieronymus super illo verbo Matth. xxiiij. Multi venient in noīe meo dicentes. ego suꝫ xp̄s. inq̄t. Ego reor oēs heresiarchas ātixp̄os esse: ⁊ sub nomine xp̄i docere que contra xp̄m sunt. Verū tamē nō obstat q̄n verus ⁊ realis antixp̄us venire debeat. Contra secundos vero dicere possumus ꝙ Nero non fuit antixp̄s verus. Tum qꝛ post ip̄m inuēti sunt ⁊ alij crudelissimi ꝑsecutores xp̄ianoꝝ. vt Domitianus. Anthonius. Seuerus. Maximian⁹. Deci⁹. Aurelianus. Diocletian⁹. Maximinus ⁊ ceteri. Tum qꝛ antixp̄s regnare debet ꝑ tres ānos cū dimidio: sicut pꝫ in auctoritate supi⁹ allegata Apoc̄. vbi d̄r. ꝙ data est illi ptās facere menses. xlij. Et Dan̄. xij. d̄r. ꝙ ꝑsecutio eius durabit per temp⁹. i. per annū ⁊ tp̄a. i. ꝑ duos annos: ⁊ dimidiū tp̄is. i. dimidium anni ꝑm expositionē Hiero. Nero aūt ꝑm Orosiū et Eutropiū regnauit annis. xiiij. Nō potuit etiā Nero eē antixp̄s: qꝛ ātixp̄s int̄ficiēd⁹ est ab angelo: ⁊ Nero interfecit seip̄um. vt q̄ alijs crudelis extiterat: in seipso crudelitatis officium exerceret. Sed adhuc quidā dixert̄ Neronē resurrecturū ⁊ futurū antixp̄um. de quibus dicit Augu. libro. xx. de ciuitate dei. Multū mihi mira hec opinantiū tanta presumptio. Alios vero qui dixerūt machumeth fuisse antixp̄ꝫ cōuincere possumus ex verbis xp̄i dicētis Mat. xxiiij. Nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua oīs caro. Persecutio autē machumeth durauit iam per annos octogintos. Persecutio aūt antixp̄i lꝫ grauior ⁊ terribilior futura sit qualibet alia: abbreuiabitur ꝓpter electos. Quare expectand⁹ est antixp̄s. de quo Paulus. ij. Thessal. ij. c. ait. ꝙ reuelabitur ille homo peccati fili⁹ ꝑditōis qui aduersat̄ ⁊ extollit̄ supra om̄e qd̄ d̄r de⁹.

De q̄litatib⁹ seu cōditionib⁹ antixp̄i q̄tum ad eius natiuitatem: malignitatem. ⁊ potestatem. Capl̄m II

8 Secūdū mysteriū declarandū de ātixp̄o d̄r q̄litatis. In q̄ notare debem⁹ triplicē ei⁹ cōditionem.

Prima d̄r natiuitatis.

Secūda malignitatis.

Tertia potestatis.

Prima antixp̄i conditio dicit̄ natiuitatis Scd̄m Methodiuꝫ nascetur in Chorozaim nutrietur in bethsaida. Sed quibusdam videtur ꝙ nascetur in babylone: vt dicit glo. super. ij. Thessal. Et Hieronymus super Danielem. Verūtamē nec hoc videt̄ consonum veritati: nisi intelligam⁹ babylonem mystice ꝓut significat confusionē: eo ꝙ babylon illa lingua cecidit ⁊ facta est inhabitabilis. Ex q̄ dubium videt̄ in quo loco det̄minate sit nasciturus antixp̄s. De gēte vero credibile est et verisimile ꝙ nasciturus sit. vt Hiero. dicit sup. xj. c. Dan̄. de ppl̄o iudeoruꝫ. De mō aūt

UVA. BHSC. IyR_227

Iꝫ quidā dicant ꝙ opere demonis generabit succubi. ſ. qui aſſumpto corpore in ſpecie mulieris ſuppoet ſe viro, ⁊ incubi qui. ſ. poſtea in ſpecie viri cōmiſcebit ſe mulieri. Tamen hoc nulla auctoritate pbari poteſt. Et vt Hiero. dicit ad Paulinuz. Quod de ſcripturis ſctis auctoritatē nō habet: eadē facilitate contemnitur qua pbatur. Idcirco inherendū eſt ſententie Dama. qui ait. Non ex fornicatione generabit ⁊ ſuſcipiet oēm actū ſathane. Scda ꝺditio antixpi dicitur malignitatis. Erit qui dem homo malus vitioſus ⁊ nequā ſicut vn⁹ ꝙ aliquis fuerit in hac vita. Sed apud nonnullos dubiū videtur vtrū antixpus erit diabolus incarnatus quēadmodū xps fuit deus incarnatus. Et quibuſdā videtur ꝙ ſic. quia Greg. xxx. moral. ait. Caput iniquoꝝ dyabolus eſt: qui vltimis tpibus illud vas perditionis ingreſſus antixps vocabitur. Verūtamē Hiero. expreſſe contrarū dicit ſuper illo verbo Danielis. vij. c. Ecce oculi hominis erant in cornu illo. Non putemus inquit iuxta quorundā opinionē illud cornu. ſ. antixpm diabolum eſſe vel demonē: ſed vnū de hoibus in q̄ ſathan habitaturus eſt corpaliter. Quod dicit intelligēdū eſt nō ꝙ iſtud fiat per aſſumptionē ⁊ vnionē in ſuppoſito: quia vt puto inconueniens eſt ſuppoſitū quodcunq; creatuz poſſe naturā extraneā aſſumere. quia hoc eſt priuilegiū ſingulare ſuppoſiti increati. Quare dicēdū ꝙ diabol⁹ in antixpo habitabit per totalē illius hois poſſeſſionez. Et ad hunc intellectū trahenda ſunt verba Greg. Hoc etiā ipm ſentire videtur Johannes dama. qui de antixpo ait. Preſciens deus iniquitatē futurę volūtatis ei⁹ cedet in eo habitare ſathanā. Erit itaq; antixps homo purus ⁊ verus licet diabolo familiariſſimus: ex cuius commertio multa ſcire ⁊ facere poterit. Unde Gregor⁹ xxix. lib. moral. ait. Sicut em̄ cedrus arbuſta cetera in altum creſcendo deſerit: ita etiā antixpus mūdi gl̄iam tpaliter obtinens: menſuras hoim ⁊ hoies culmine ⁊ ſignoꝝ poteſtate trāſcendet. Spiritus quippe in illo eſt qui in ſublimibus poſitus potentiā nature ſue nō ꝑdidit vel delectus. Cuius idcirco virtus nunc minime oſtenditur. quia diſpenſatiōe diuine fortitudinis ligatur. Tertia antixpi conditio dicitur poteſtatis. Accipiet nanq; poteſtatez a deo ſinente ⁊ permittēte ſup vniuerſam terram. Attrahet naq; paucis dūtaxat exceptis ad ſe oēs gentes. facietq; non ſoluz obliuiſci: verūetiaz blaſphemari nomen illud quod eſt ſuper omne nomē. nomen. ſcilz dñi noſtri ieſu xpi. Multaq; impia loquetur ⁊ dicet contra honorē eius ⁊ virginis matris: ac oiz ſancto rum celi inducetq; oēs, pplos vt ipm colant ꝑ deo. Et vt dicitur Matth. xxiiij. Erit enim tunc tribulatio magna qualis nunq̄ fuit ab initio mundi vsq; modo. neq; fiet. Innuadet ſi quidē ille homo peccati vniuerſum orbem terrarū manu armata: congregabitq; in preliuz copias incredibiles: nec erit qui poſſit ſe defēdere a furore illaruz. Largietur adhuc ampla munera: ⁊ largiſſima dona his qui ei ſponte ſua adherebunt. Seducet ⁊ alios ſignis ⁊ prodigiis mēdacibus. Et vt dicit Matth. xxiiij. Surgent pſeudo xpi ⁊ pſeudo pphete: ⁊ dabunt ſigna magna ita vt in errorem inducantur ſi fieri poteſt etiam electi. Ceſſabunt tunc deo permittēte oia miracula vera. Cruciabūtur pro xpo illi qui feruentes erūt: ⁊ nulla cō ſolatione viſitabuntur. O quid erit tunc tantas nouitates inſpicere. O quanta horribilitates. videre diruī templa ⁊ eccleſias dei: religionem deleri: cōtemni virtutes: prophanari ſacra: ⁊ pollui ōgines: ac torqueri ſine vlla pietate xpianos. O quanta ignominia occupabit tunc mundū quando licebit vnicuiq; prolibito ad carnalitates ad ſpurcicia omnem: et ad laſciuias laxare habenas. Sed breue erit tempus illud in quo proſperabitur diabolus antixps. Quoniā vt predictū eſt poſt tres annos cū dimidio deo iubēte inferiet ab āgelo.

Nō ſm aliquos vicinū eſt tps antixpi. tū pphetiarū pnūciatiōe. tū etatū annumeratione, tū etiā iniquitatū ꝓſummatiōe. Cap. III.

Tertiū myſteriū declarandum de antixpo dicitur tpalitatis. In quo videndū eſt an proximū ſit ⁊ vicinū tpus q̄ t apparere debeat peſſimus antixps. Et ſaluo iudicio melioze dicūt q̄dā ꝙ ſic ꝓpter tria.

Primo ꝓpter pphetiarū prenuntiationē.

Scōo ꝓpter etatū annumerationē.

Tertio ꝓpter iniquitatū ꝓſummationem.

Primo ꝓpter pphetiarū prenunciationez Aiunt em̄ abbatē Joachim ſpiritu claruiſſe ꝓphetico. Ipſe vero papaliſtā depinxit: in quo multa futura de ſtatu eccleſie pnūciauit. Ibiq; ponit duos poſt iſtū qui Paulus ſecūdus vocatur ſummos pōtifices eſſe futuros. poſt quos ⁊ tertius depingitur qui coronā exhibz antixpo. Sed ⁊ ego dico ꝙ Iꝫ multa predixerint Joachim. ſancta Brigida. Methodius: Merlinus: ⁊ ceteri qui ſpiꝰ habuerunt pphetie: tamen vt mihi videtur dicta eoꝝ non in-

UVA. BHSC. IyR_227

telliguntur. Nam de Nicolao: Calixto. Pio ⁊ Paulo pōtificibus maximis nihil inuentū est qō Papalista sonet ꝓ veritatē. Qō si ve-rū sit relinquo arbitrio sapientium dicendū. Et ꝓpterea reprehensibiles potius iudico q̄ laude dignos eos qui ꝓphetias que in scri-ptura sacra nō habentur nimis curiose legere ⁊ interpretari student, quoniam sepius inue-niuntur decepti. Scio etenī etiam graues ac sanctos viros in hoc ipō defeciſſe. Nam qui-dam egregius ⁊ sanctus predicator dieb⁹ no-stris cathalogo sanctorum ascriptus bono ze-lo ductus publice ⁊ sepissime predicauit. imo super inde tractatū copiosissime scripsit. Qō suo tempore natus erat antixp̄s. habebat ip-se quasdam ꝓphetias, aliquasq̄ rationes qui-bus inducebatur. vt ita crederet ⁊ predicaret Sed reuera euidēcia facti declarat ipm fuisse deceptum. Et sic nō audeo per aliquam pro-phetiam quam nō intelligo temere diffinire q̄ tempus iam immineat antixpi. Secun-da ratio que mouit aliquos vt dicerent pti-mū iam fore antixp̄i tempus ē ꝓpter etatum annumerationē. Dicunt em̄ nos esse in sexta etate mundi ex qua preterierunt. M.CC.lxv. anni. Et ex cōsequenti in breui mundus ha-bebit finem. Et cū antip̄s anteq̄ mūdus fini atur venturus sit. ergo veniet in breui. Sed quid ad hoc dicendū sit diffusius habebitur in sermone de contemptu mūdi. Tertia ra-tio qua plerisq̄ astruere nituntur antixp̄m ci-to esse venturum est propter iniquitatuꝫ con-summationē. Dicuntur em̄ impletam iam et cōsummatam esse mensuram iniquitatum et peccatorū: ac per hoc instare tempus. de quo ij. Ti. iij. c. dicitur. In nouissimis diebus ista-bunt tēpora periculosa: ⁊ erunt homines seip-sos amantes cupidi: elati superbi, blasphemi parentibus non obedientes: ingrati: scelesti. si-ne affectione: sine pace. criminatores: inconti-nentes: immites: sine benignitate proditores ꝓterui: tumidi voluptatuꝫ amatores: magis q̄ dei. habentes speciem quidem pietatis vir-tutem autē eius abnegantes. hec ille. Quia vero omnia supradicta inuoluerunt homies mortales: miserosq̄ ⁊ potissimū eos qui no-men xpianum profitentur. ꝓpterea etsi ratio tertia non cōcu dat de facto q̄ vicinū sit tem-pus antixp̄i: satis tamē efficax est ad nos mo-nendūm illud timeamus tempus. Heu heu. quis sine horrore cogitare queat q̄tus hodie superabūdauit iniquitas ⁊ refrigerata est cha-ritas multoꝝ. O xpiana religio. o decoꝛ ⁊ in-uiolata fides: persequunt te hodie, deturpāt: ⁊ inficiunt nō tm̄ alieni gene: sed ⁊ tui qui fi-deles ⁊ xpiani vocari gloriant. Illi sunt qui modicā aut nullā habent ad dei cultum reue-rentiam. Illi qui ecclesiasticas dignitates p explendo ambitōis sue appetitu furant ⁊ ra-piunt. Illi sūt q̄ collocauerunt vineā domini sabbaoth. id est ecclesiā sanctā: non agricolis fidelibus. sed vt ita dicam atrocissimis hosti-bus. Illi sunt qui ecclesiarum bona lacerant. dissipant: invsus malos expēdunt ⁊ devorāt sicut lupi. Illi sunt qui principant. imperant ⁊ dominant populis sine iusticia: sine verita-te. sine clementia. Illi sunt qui precepta dei vi-uētis negligunt ⁊ contemnūt. Non colūt deū nō amāt: nō veneranf. ⁊ blasphemant nomē eius sanctū. ⁊ in illo pereiant: dies festos nō seruant: parentes aspernātur: inuidi sunt: ira-cundi: litigiosi. seditiosi. percussores: homici-de: humanum sanguinem crudeliter effundē-tes. Non erubescunt quasi iam publice ad-ulterari: fornicari. ⁊ quod his fedius est con-taminari: fetidissimo vitio sodome. Quaricie autem locū dederūt. ita vt nulla fit āplius ve-ritas. nulla fides. nulla charitas i eis. Lucrā-tur per vsuras: fraudes: simulationes. dece-ptiones. ⁊ alios idebitos modos. Licētiarūt linguā vt loquatur criminationes: mendacia testimonia falsa: detractiones: susurrationes scurrilitates: contumelias: impꝛoperia: ⁊ con-uitia. Aperuerūt cor suum ad cōcupiscendū huius seculi bona. ⁊ ad desiderandū delectari in peccati carnis. Fregerunt multi votū quod deo fecerant. Finxerunt multi bonitatē vite: acceperunt ouiū vestimenta. intrinsecus aūt sūt lupi rapaces. O quāta peccata. ⁊ q̄ enor-mia latent sub ouina pelle. o magne deus. o sapientissime domine. tu omnia vides: tu om-nia deniq̄ nosti. Nos vero merito ꝓpter tan-ta facinora timere debemus ne in nos deseui-at ira tua. finatq̄ p antixp̄m vexari mundū tēpestate magna. A q̄ nos liberet redēptoꝛ noster. pijssimus. q̄ cū patre ⁊ spūsancto viuit ⁊ regnat p infinita scla seculoꝝ. Amen.

Dūica in passione in mane, de honore pa-tri exēplo xpi. q̄ in euāgelio suū patrē honora-re se asserit. s. quo ad dilectionē subiectionē ⁊ conuersationem. Sermo LIIII

Bo honorifico pa-

trem meū. Verba sunt redemptoꝛ-ris nostri originaliter. Johānis. viij ⁊ hodierno euangelio annotato. Facti sunt

UVA. BHSC. IyR_227

adeo vt plurimū impij filij ad parentes suos: vt merito q̄libet pater aut mater dicere possit illud Esa.j. Filios enutriui ⁊ exaltaui, ipi aūt spreuerūt me. Ut igitur etiā ⁊ ipi iuuenes et adolescentes: ac pueri parētes colendo: ad veram penitētiam reducant: in presenti sermone de honore parentū dicere statui. Nā ⁊ Exodi.xx. dn̄s deus dixit. Honora patrez tuū et matrē tuā: vt sis longeuus super terrā. Xp̄s vero in euāgelio hodierno patrē se honorare fatet, vt sic nos etiam suo exemplo instrueret q̄d agere debem⁹. De ip̄o itaq; parentū honore tria mysteria declarabimus.

Primū d̄r dilectionis.

Scd̄m subiectionis.

Tertiū conuersationis.

Q̄ honorādi sunt parentes ꝓpter benēficiorū multiplicitatē: ꝓpter parētū charitatem ⁊ ꝓpter irrōnabiliū exēplaritatem.

Capitulum I

Primū mysteriū declarandū de parētum honore dicit dilectionis. Debēt vtiq; filij qui parētes honorare volūt illos diligere: ⁊ ex corde amare ꝓpter tria

Primo ꝓpter bn̄ficioꝝ multiplicitatē.

Scd̄o ꝓpter ꝑentū charitatē.

Tertio ꝓpter irrōnabiliū animalium exemplaritatem.

Primo filij debēt parentes diligere ꝓpter beneficioꝝ multiplicitatem. Quisnā explicet quot a parentibus filij beneficia receperunt? Ab illis equidē sumpserunt esse: quod bonuz tam grande est. vt ipsum sit fundamentū omnium aliorum bonoꝝ. Nā qui nō habet esse: nullū aliud bonū habere pōt: nō diuitias: nō gl̄iam. nō famā: nō scientiā: nō virtutes: non gr̄am: nō vitā eternā. Ip̄m etiam esse bonuz ab omibus est desiderabile. Vn̄ Ari.ij. de aīa inquit. Omīa appetūt esse, ⁊ illi⁹ causa agūt quecūq; agūt s̄m naturā. Propter hoc bonū a parētib⁹ habitū libro de hebdomatib⁹ Boetius ait. Omniū bonoꝝ ip̄m esse bonum est. Hinc etiaz sapiēs Ecc̄i.vij.c. ait. Honora patrem tuū. ⁊ gemitus matris tue ne obliuiscaris. Memēto q̄m nisi ꝑ illos nat⁹ nō fuisses Et Hiero. in epl̄a de honore parētū ait. Honorandi sūt parentes: quia primo sunt nobis causa nascendi. Hoc beneficio motus Coriolanus romanus consul ab vrbis rome obsidione cessauit. Scribit nanq; de illo Eutropi⁹. q̄ postq̄ vicerat volscos ⁊ coriolos. vnde post ea nomen accepit: exul factus romanis ad volscos in exilium mittitur: cum quibus gratio se viuens ab eis contra romanos dux factus est. Et post multas ciuitates ⁊ terras ab eis adeptas ad fossas quinq; miliū passuū ab vrbe castra posuit. secūdus post Tarquiniū sup̄bū: qui cōtra patriā duxisset exercitū. Populatur inde romanū agrū custodibus inter populatores positis: qd̄ s̄m Frontinū de re militari. faciebat vt discordia oriret̄ īter p̄res et ppl'm. Mlt̄itudo tandē ingēs pacē expectās senatū mouit, vt ad Coriolanū oratores mitteret. Qui cū nō obtinuissent: iterū missi alij nō recipiunt̄ in castris. Mittunt̄ postea sacerdotes cum suis insignibus velati. qui minus fecerūt q̄ primi. Tunc matrone vt scribit Ualerius sub rubrica de pietate erga parētes: ad Uecturiam matrez Coriolani. Uolumniāq; vxorem frequētes cōueniunt vt ip̄a mater ⁊ vxor Coriolani duos eius filios in hostiū castra ducerent: ⁊ vrbē p̄cibus liberarēt. quam armis tutari difficile erat. Cū ergo ad castra ventuz est: nunciat̄ Coriolano adesse ingens mulierū agmen. q̄ spreuit eas: mox quidā familiariū: nisi me inquit decipiāt oculi: mater tua: ꝯiunx ⁊ liberi tui adsunt. Tūc Coriolan⁹ cū matri obuie amplexū ferret, dixit mr̄. Priusq̄ amplexū accipiā dic an ad hostē: an ad filiū venerim, ⁊ vtrū captiua in castris tuis sim. In hoc me lōga vita ⁊ senectus traxit vt exulē te deinde hostē viderem. Potuisti populari hanc terrā q̄ te genuit ⁊ nutriuit. Si ego te nō peperissem roma nō oppugnaret̄, Si filiū nō haberē: libera in p̄ria moriua essem. Uxoris deinde ac liberoꝝ amplexus ab omni turba mulieꝝ strauere viꝝ. Tūc ad matrē ꝟsus ait. Expugnasti ⁊ vicisti iram meā. Patriaz ergo vtero tuo dono: repenteq; agrū romanū armis hostibus liberauit. Recordatus fuit g̃ Coriolanus q̄tū matri debebat in cuius vtero suscepiti eē. Hinc Hiero. de honorādis parētibus ait. Prebeat̄ patribus amoris mixta formido: qui primi sūt nobis causa nascendi. Exhibete p̄ribus filij qd̄ vos potestas paterni nois cogit. que a deo est eoꝝ meritis attributa. vt ip̄a de vobis exigat qd̄ natura iubere nō potuit. Matribus quoq; debitā impēdite reuerētiā: que vobis vteri liuore s̄uiētes pondus corporis vestri tolerāt atq; ignotam portātes īfantiā famulatū q̄ndā exhibēt nascituris. Illo tp̄e nō tm̄ sibi mater esurit: nec acceptos sola digerit cibos. Materno victu alitur ⁊ ille qui latet: eiusq; membra alterius comestione pascunt̄: vt homo futurus alienis morsibus saturetur. hec ille. Sunt ⁊ alia

UVA. BHSC. IyR_227

beneficia filijs a parentibus oblata. Nam vt i pluribus ipſi filios nutriũt aut nutriri faciũt ipſos in erate infantili cum magna diligentia ab omnibus cõtrarijs ꝓtegunt ⁊ defendunt. Ipſi eis prouident de victu ⁊ tegumento. Ipſi eis alludũt: applaudũt ⁊ blandiunt vt a planctu reuocent. Ipſi eos docent vt loqui ſciant: immo vt ſepiſſime vt bonos mores ſequant. Propterea Piero. de honore parentum ait. Memẽto ergo parentũ eſſe ꝙ talis es, quox manibus incremẽta ſumpſiſti. Secũdo filij debent parentes diligere ꝓpter parẽtũ charitatẽ. Nam quãtũcũq; filij diligant patrem ⁊ matrẽ: tamen ab his plus diligunt. Et hoc ẽm Ariſt. viij. ethi. puenit ex triplici ratione.

Prima ratio eſt diuturnitatis temporis. Nã quãtũ amor magis durat: tanto vehemẽtior perficit. Amor aũt parentũ ad filios diuturnior eſt ꝙm filiox ad parentes. Statim em̃ cũ filij naſcunt parẽtes diligunt eos: non tamen ſtatim filij diligũt parẽtes qz nõ ſtatim ſunt tante cognitionis vt poſſint cognoſcere quid ſit diligendũ. diuturnior eſt ergo amor parentum ad filios ꝙm ecõuerſo: ⁊ fortior eſt ⁊ vehementior. Secũda rõ eſt certitudinis prolis. Parẽtes igit ſunt magis certi de ſua prole ꝙm ipa de parentib⁹ ⁊ ſic matres pl⁹ ꝙm patres

Tertia rõ eſt vnionis: quia filij vnunt parentib⁹ eo ꝙ ab ipſis habẽt eſſe: ⁊ nõ ecõuerſo. Ideo dixit Alex. in. iij. volumine ſumme, ꝙ de amore filijs exhibẽdo nõ dat ꝑceptum: ſicut nec de amore ſuiipſius: qz ad hoc ſufficiẽter inclinat natura. Unde ſicut humor aſcẽdit a radice ad ramos: ⁊ nõ ecõuerſo, ſic naturaliter a parẽtib⁹ aſcẽdit amor ad filios ⁊ nõ ecõuerſo. Idcirco amor parẽtũ ad filios eſt naturalis. Amor vero filiorũ ad parentes debet eſſe gratuitus. Vnde Piero. in epiſtola de honorandis parentibus. ait. Sit tibi grata vita ipſox quibus charior eſt vita tua ꝙm propria. Redde amoris vicem collende pietatis. De hõ aũt amore parẽtũ ad filios eſt exemplum de Dauid clemẽtiſſimo. ij. Reg. xviij. Cum enim Abſalon filius eius tẽtaſſet eũ pellere regno ac Dauid cõtra eum mouiſſet exercitum. cum ipe Dauid remãſiſſet in porta ciuitatis: ꝑcepit Joab ⁊ Abiſai quibus commiſſa erat ſumma belli. d. Seruate mihi puerũ, Abſalon. Itaq; egreſſus eſt populus contra Abſalonem ⁊ ſuos in campũ ⁊ factũ eſt ꝓlium. Debellataq; eſt ab exercitu Dauid gens Abſallonis. Accidit autem vt abſalon occurreret ſeruis dauid ſedens mulo, Cumq; ingreſſus fuiſſet mulus ſubter cõdenſam quercum, adhęſit caput ei⁹ querci: ⁊ illo per capillos ſuſpenſo mul⁹ cui inſederat pertranſiuit. Quod cum nũciatum fuiſſet Joab, tulit tres lanceas in manu ſua, ⁊ infixit eas in corde abſalonis. Cũq; adhuc palpita ret circurrerunt decem iuuenes armi geri Joab ⁊ interfecerunt eum. Cum ẽo nuntius curreret ad Dauid: qui ſedebat inter duas portas ⁊ ſpeculator diceret, Video aliq̃ venientem: dixit Dauid. Si bonus eſt iſte nuntius. Et appropinquans nuntius ad Dauid ait. Salue rex. Benedictus domin⁹ deus qui diſperſit omnes contrarios regi meo. Et ait rex. Eſt ne pax puero abſalon? Qui reſpondit ꝙ interfectus erat. Si dauid pater pyſſime. Si pater amãtiſſime. Non cogitauit Abſalonis rebellionem, non dixit, Volebat filius meus ſubripere regnum meum. ideo merito eſt interfectus: immo paterno amore deuictus: conſtrictus eſt lachrymas fundere: et aſcendit ſenaculum porte: ⁊ fleuit ⁊ ſic loquebatur. Fili mi Abſalon. Abſalon fili mi. quis mihi tribuat vt ego moriar ꝓ te? Abſalon fili mi. Fili mi abſalon. Vincebat ergo paternus affectus Dauid animum: vt de mortuo filio licet ſibi inimico non gauderet: ſed ꝓ ſuo anguſtiaretur. Tertio filij debent parentes diligere ꝓpter bꝛutorum ⁊ irrationabilium animalium exemplaritatem. Ipſe equidem ſeuiſſime fere ⁊ animalia ſilueſtria: ſerpentes feroces volucreſq; rapaces ad parentes ſuo modo pietatem exhibent ⁊ amorẽ. De ciconia enim in libro de natura animaliũ legitur ꝙ ſeneſcens pater aut mater eius ab ea nutritur: alis confouetur. et Ciconia filia quecunq; poteſt beneficiis parentibus indulget. Quare vt dicit Ambroſius in hexameron. Auis pia romanorum antiquo more appellari ſolebat. Sed dum hec loquimur admirari debemus. vnde eſt ꝙ in multis filijs tanta iniquitas reperitur. Nam vſq; adeo pleriq; in patrem aut in matrem crudeles effecti ſunt: vt non ſolum eos odiant, non ſolum nõ ameut: ſed mori illos deſiderent ⁊ affectent: immo viſum eſt ꝛpibus noſtris, ſ. Mcccclxx. in ciuitate Bari filiũ gladio interimere ꝓpriam matrem. Si geminam viperarũ. O omnis humanitatis inimici. Si inexhonorantiſſimi filij. Si ſocij proditoris Jude. Ecquid nequius cogitari aut dici poteſt vel audiri; quam erga parentes veſtros veſtra iniqua ⁊ mala voluntas. Sed vt arbitrari poſſum triplex eſt cauſa; cur filij parentes exoſos

UVA. BHSC. IyR_227

habent. Prima causa est filiorũ superbia, propter quã egre ferunt si a parentibus corrigantur: si illorũ reprimatur audacia: si moneãtur vt bene viuant. Contra tales est aureuz illud dictũ Salomonis Prou. j. Audi fili mi disciplinã patris tui: ⁊ ne dimittas legez matris tue: vt addat̃ gratia capiti tuo. ⁊ torques collo tuo. Secunda causa quare filij odiũt parentes est auaricia cupiunt equidem dominium ⁊ potestatẽ habere super paternis ⁊ maternis bonis. ⁊ cũ id assequi nõ valeant: cõtra parẽtes cõcipiunt odiũ. Nonnulli vero viduas matres ⁊ vetulas nunc precibus nũc blanditijs falsis inducunt vt de sua dote liberam eis faciant donationem. Qui tamen cũ id obtinent nullam de matribus curam gerũt. Et ꝓpter ea caute agendum est ⁊ q̃uis quis potest esse bonoꝝ suorũ dñs non det alicui bona sua. Ex hoc sapiens Eccl̃i. xxxiij. c. ait. Filio ⁊ mulieri fratri ⁊ amico non des potestatem super te in vita tua, ⁊ non dederis alijs possessionem tuam: ne forte peniteat te ⁊ depceris pro illlis.

Tertia causa quare multi filij parentes odiunt est illorũ luxuria. Ut em̃ dicitur, ij. Esdre iiij. Multi dementes facti sunt propter vxores suas, propter illas quandoq; filij parentes molestant. expellunt de domo ⁊ quasi amplius videre nõ possunt. O filij diligite vxores vestras. sed nõ immoderato amore vt parentũ vestrorum obliuiscamini. Mementote semper ꝙ magis diligunt vos parentes vestri q̃ vxores vestre.

Qualiter filij debent esse parentibus subiecti: ⁊ de triplici gradu superioritatis spũalis temporalis: ⁊ corporalis. Capl'm II.

Secundũ mysteriũ declarandũ de honore parentum dicitur subiectio. Debent vtiq; filij esse parentibus subditi: illisq; obedire. Et de hoc dicitur Col'. iij. Filij obedite parentibus vestris per omnia, et Ephe. vj. Filij obedite parentibus vestris in dño hoc em̃ iustum est. Honora patrẽ tuum ⁊ matrẽ tuã: quod est mandatũ primũ in ꝓmissione. vt bene tibi sit ⁊ sis longeuus super terram, ⁊ Hiero. in epl'a de honorandis parentibus ait. Imitamini filiũ machabeum. q̃ matri suadenti mortẽ obediuit. ⁊ durũ imperiuz gratanter aggressus est ne offenderet genitricem. Et redemptor noster humilitatis magister. vt dicitur Luce. ij. erat subditus illis. scz ioseph ⁊ virgini matri. Et Deut'. xxj. quando lex currebat seueritatis ⁊ iusticie dixit deus: Si genuerit homo filiũ contumacẽ ⁊ propter uum qui non audierit patris ac matris imperiũ: ⁊ cohercitus obedire contempserit: apprehendent eum ⁊ ducent ad seniores ciuitatis ⁊ ad portã iudicij. dicẽtq; ad eos. Filius noster iste proteruus ⁊ cõtumax est: monita nostra audire cõtemnit: comessationibus vacat ⁊ luxurie atq; cõuiuijs. lapidibus eũ obruet populus ciuitatis: ⁊ morietur vt auferatis malum de medio vestri, ⁊ vniuersus israel audiens pertimescat. Notandum tamẽ ꝑm Alex. i. iij. ꝙ triplex est gradus superioritatis ꝑm quem debet esse ordinata obedientia.

Prima est superioritas spũalis.

Scda tpalis.

Tertia corporalis.

Prima est superioritas spiritualis. in qua est prelatus cui obediẽdũ est in spiritualibus ⁊ non in temporalibus: nisi per accidens iquãtũ temporalia quãdoq; ordinari possunt ad aliquã finẽ spiritualem. Secunda est superioritas tẽporalis in qua preest domin⁹ temporalis: qui mandare potest ea que concernunt publicũ ⁊ cõmune bonum. eiq; sub pena peccati obediẽdũ est. vt dicitur. xj. q. iij. c. qui resistit, c. si dñs. c. Julianus Et di. viij. c. que ꝯtra mores. Tertia est superioritas corporalis in qua paterfamilias preest filijs ⁊ omni domui sue. Et ꝑm hãc pater potest precipere ea que pertinent ad necessitatẽ vel vtilitatẽ. Et ꝑm hoc flij debent parentibus obedire. Unde si parentes mandarent illa que ꝑtinent ad superiores spirituales vtputa ꝙ filij ieiunarent in pane ⁊ aqua: quod est officiũ confessorum aut mandarent ea que pertinent ad superiores temporales sine ipsoꝝ voluntate ⁊ auctoritate: non esset eis obediendũ. Multominus etiam nõ debent filij parentibus obedire ĩ his que cederent in detrimentum proprie salutis ⁊ esset cõtra diuinũ honorem. Unde Hugo de sancto victore ait. Obedire debemus parentibus in omnibus: exceptis his in quibus dei patris dilectio offenderetur. Et Hiero. ad Furiam. Honora patrem tuum: sed si te a vero patre non separat. tandiu scito sanguinis copulam q̃diu ille suum nouerit conditorem. Alioquin tibi Dauid protinus clamat ⁊ dicit Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuam ⁊ obliuiscere populum tuum ⁊ domum patris tui. ⁊ concupiscet rex decorem tuũ. hec ille. Ex q̃bus omĩbus colligimus q̃ grauiter errent hi qui filios aut filias non ex leuitate, sed ex voluntate bona deo seruire volentes impediunt ac a proposito bono reuocare nitũtur. De qui

UVA: BHSC. IyR_227

bus diffusius in sermone de religione dicem⁹ Nunc autē hortari tm̄ sufficiat iuuenes ꝓpt̄ christum nō dubitare parentibus non obedire. Ip̄e em̄ dixit Matthei. x. Qui amat patrē aut matrem plus q̄ me: non est me dignus. Sic confortabat sanctus Sebastianus iuuenes illos fide ⁊ sanguine ac passione germanos Marcum scz ⁊ Marcellianum: dum ꝓ fide xp̄i decollari debebant. Ad quos aduenere parentes: vt eos a sancto proposito reuocarent. Aduenit ⁊ primo mater que soluto crine scissisq; vestibus vbera ostendens aiebat. O predulces filij circundat me inaudita mesticia: ⁊ intollerabilis luctus. Heu me miserā amitto filios ad mortem vltro tendētes. q̄s si mihi hostes auferrent ꝑ media sequerer bella raptores. si violenta iudicia concluderent: carcerem irrumperez moritura. Nouum hoc pereūdi genus est. in quo carnifex rogatur vt feriat: vita optatur vt pereat. mors īuitatur: vt veniat. Nouus hic luctus. noua miseria. ī qua natorū iuuentus sponte amittitur: ⁊ parētum miseranda cogitur senectus vt veniat. Hec dicente matre pater senior adducit̄ manibus seruulorum: et puluere asperso capite huiusmodi voces dabat ad celum. Ad mortē vltro proficiscentibus filijs valedicturis adueni. vt que mee sepulture parauerā: in filiorum sepulturas expendā infelix. O filij baculus senectutis mee: ⁊ geminū viscerū meorū lumen. Cur sic mortem diligitis? Uenite huc iuuenes: ⁊ flete super iuuenes spōte pereūtes Uenite huc senes ⁊ mecū super filios plangite meos. Deficite plorādo oculi mei: ne videā filios meos gladio cedi. Aduenerūt etiam cōiuges cum filijs lamentantes. Inter hec ceperunt corda martyrū mollescere. quos tamē sāctus Sebastianus suis verbis dulcissimis cōfortauit: adeo vt pro xp̄o animose pati nō dubitarēt. Et sic decollati sunt. Quo exēplo edocentur iuuenes nō esse illis curandū: si in his que ad anime salutem ꝓprie ⁊ ad dei spectāt honorē. a parentibus contrariū precipitur: ⁊ ob hoc sint eis inobediētes: vt deo pareant.

M filij debēt cū parētib⁹ ꝯuersari cū benignitate: cū hūilitate ⁊ cū pietate. Cap̄. III.

Tertiū mysteriū declarandū de honore parentum dicitur conuersationis Debent vtiq; filij cum parentibus conuersari vt debent ⁊ expedit tripliciter.

Primo cum benignitate.
Scdo cum humilitate.
Tertio cum pietate.

Primo cū benignitate: vt sint eis benigni ad consolandū eos: nō ad cōtristandū. Nam vt inquit Hiero. habet quandā senect⁹ infantiam. Solent vtiq; senes esse tediosi: suspiciosi: querulosi: īmundi: ⁊ in domo inutiles. Nō tamē proptera filij debent per impatientiaz verbis illos exasperare. Unde Hiero. inquit. Nemo parētes asperis verbis ledat. hoc ora filioꝝ aspernent̄ quod parentes ledat audire Et idē Hiero. de honorandis parentibus ait ad filios. Audite filij salutiferā iussionē ⁊ p̄cepta legis affectu debiti amoris īplete. Seruite patribus futuri patres: ⁊ matres vestras tenera diligite pietate. vt vestre coniuges mereantur matrū nomine nuncupari. Nemo patrem asperis verbis ledat: ne fiat amara dulcedo. Hoc tamē sit inter parentes ⁊ filios qd̄ domino inbente natura continuit. Affectum sonet quicquid lingue dixerint liberorum. Inter charas coniunctasq; personas pietatis iura seruentur. Hoc filioꝝ ora loquantur: quod delectat parentes audire. Et iterū supradicto libello idē ait. Meretur em̄ cecitatis sue subire suppliciū: qui parentū vultus vel toruo visu despexerit: ⁊ elatis oc̄lis leserit pietatē. Si quicq̄ sapitis filij: eo animo videte venerabiles facies quos vos ip̄i cōspiciunt: ⁊ eorū labris dulcib⁹ osculis inherete. quia eoꝝ oscula adhuc habetis n membris. Senibus seruire perfacile ē: quos nemo potat nemo nutrit succo corporis sui. Foueatur itaq; parentum senectus: ⁊ factis eorum vicissitudo reddatur. Hec ille. Contrariū autem facientibus multa mala eueniunt. Unde idē Hieronym⁹ vbi. s̄. Irreuerens aūt filius qd̄ a domino ip̄e mereatur Salomonis dicta testantur. Contumelijs afficiens patrez ⁊ contemnēs senectā matris: confundetur ⁊ in opprobrijs erit. Filius derelinquens custodire disciplinā patris meditabitur sermones malicie. Maledicēti patrē ⁊ matrem extinguetur lumē: ⁊ pupille oculoꝝ eius videbunt tenebras. Audi fili patrem qui genuit te: nec contempseris quia senuerit mater tua. Parcat patri lingua quā genuit: ⁊ matrē suā nemo crudeli verbo percutiat. Sic te rapiet fili iuuenilis etaq̄ auctoritas vt noueris vnde sis natus. Memēto scripture sancte: vbi spiritu sancto loquente dictū est Qui maledixerit patrez aut matrem: morte moriatur. hec ille. Que omnia breuibus verbis comprehendēs sapiens Ecc̄i. iij. ait. Fili suscipe senectam patris tui: ⁊ non contristes eum in vita illius. Si defecerit sensu: veniam

UVA. BHSC. IyR_227

da illi. Suscipe inquit senectā laboriosam et onerosam recordans infantie tue. quando flebas turbabas domum: inquietabas dormiētes: fatigabas matrē: fedabas pānos: ⁊ alia faciebas quibus infantilis etas solet esse molesta. Sicut em̄ tolerauit pat̄ aut mater: imo suscepit ⁊ adiuuit infantiā tuā: sic ⁊ tu suscipe ⁊ nō abhorreas senectā illorum. Sequitur. Sapiens in auctoritate preallegata dicens. Patris tui: non alieni: non canis: nō inimici: sed patris tui chari genitoris: amatoris: ⁊ benefactoris. O q̄ dulce vocabulū pater aut mater. O q̄ gratum verbū filius aut filia. Hinc Hiero. ad matrē ⁊ filiam in gallijs cōmorātes ait. Mater ⁊ filia nomina pietatis officiorū vocabula, vincula nature sunt. Hec ille. Caueant autē filij ne quod absit deficientes sensu parentes derideant ⁊ maledicantur sicut ⁊ Cham: qui maledictus fuit eo q̄ Noe patre suo dormiēte eum discoopertuz irrisit. vt habetur Gen̄. ix. Secundo filij debent cū parentibus conuersari cū humilitate illos reuerendo atq; timendo. Maxime autē filij debent timere ne sua culpa aut defectu a p̄re vel a matre maledicantur. Est em̄ hoc modo paterna aut materna maledictio sagitta vulnerans ⁊ penetrās intima cordis filioꝝ maloꝝ Unde Aug. xxij. lib. de ci. dei. c. viij. narrat q̄ apud cesaream capadocie quedā nobilis matrona fuit viri destituta solacio: decē filios habens septē mares ⁊ tres feminas. Quadam autē vice mater ab eis offendit̄: ⁊ maledictionem filijs imprecatur. Subito imprecationē matris diuina vindicta subsequit̄: ⁊ om̄s pena horribili ⁊ simili feriuntur. Non om̄s tremore sunt horribiliter percussi. Quapropter nimiū dolentes ⁊ ciuiū suorū oculos nō ferētes per totū orbē vagari ceperunt. Et quocūq; ibant oīm in se prouocabant aspectuz. Ex his autē duo frater ⁊ soror Paulus ⁊ Palladia Hyponiā venerūt. ⁊ Augustino quod sibi aduenerat narrauerūt. Cunq; iam q̄ndecim dieb⁹ ante pascha eccl'iaz beati Stephani frequentātes sanitatē ab ip̄o martyre multis p̄cibus postulassent, in ip̄o die pasche cum frequēs populus p̄sens esset oratione facta ante altare sancti stephani. ambo frater ⁊ soror surrexerunt pariter sani. O filij sup̄bi o filij parentib⁹ vestris insultantes: o filij irreuerētes: inobedientes ⁊ contumaces. timete paternā ⁊ maternā maledictionē. Timete insuper ⁊ diuinū iudiciuz. Nā sicut longa vita speranda est ab illis qui parentes honorant: vt habetur Exo. xx. Ita ⁊ breuis vita ⁊ infelicitate plena a malis filijs est pertimescenda. Tertio debēt filij cū parētibus conuersari cū pietate illis. s. in infirmitatibus necessitatib⁹ ⁊ antiquitate: pie subueniendo cum facultas adest. Unde Hieronymus vbi. s̄. ait. Exolue fili quod debes ⁊ officia debita qualicūq; exhibe famulatu. parentibus vero nemo reddere potest quantuz tenetur. Et Ambrosius super Lucam ait. Si paueris inquit matrem: non reddidisti ei cruciatus quos pro te passa est: non labores quibus te gestauit: nō alimēta que tibi ministrauit. Audi etiam Hieronymū. O ingrate fili. vbi. s̄. dicentez. Quid ip̄a memorem nutrimenta: ⁊ tenere infantie dulces īiurias: quas nutritoris affectus de suis parabolis sumit? Quid cibos in matre confectos: q̄ femīeis manātes ex membris lacteū soluunt̄ in succū: ⁊ fauces inualidas liquido sapore perfundunt? Cogente natura sumunt infantes de matre qd̄ bibant: ⁊ dente non nato hoc sibi currētibus labris eliciunt. qd̄ non sit necesse mordere. Seruiunt materna posteris pectora: seruiūt ip̄is in cunabulis manus ⁊ terga. mēbris deuoluta lactētiū gratos artus accipiunt. Optat mater paruulū crescere optat cito videre maiorē: eūq; numeris iuuenū miscere festinat nūq̄ sibi forsitan seruiturum. His tot tantisq; precedentib⁹ factis: parentib⁹ ⁊ matri tota debet alacritate seruiri. Hec ille. Prout fecit illa filia licet pagana. q̄ laudat Ualerius rubrica de pietate erga parentes. Hec matrem adiudicatā vt fame moreret̄ in carcere per dies plurimos fingens se visitationis causa ad eam accedere velle īpetrato a carceris custode additu: tamē bene excussa ne sibi alimēta portaret proprio lacte sustentauit. Quod dum iudici innotuisset matri donauit vitam admirans filie pietatem. Curent igitur seruare filij que dicta sunt. patres vero ⁊ matres caueant ne ip̄is pro quibuslibet minimis defectibus maledicāt. Hoc ideo dico quia solent plures mulieres nō posse loqui absq; maledictiōibus ⁊ blasphemijs.

O feroces matres cur filios vestros quos portastis in vtero tot maledictionibus iugulatis? Ut tamen propitius sit deus omnibus tam parentibus q̄ filijs cōsulo vt ī hac die q̄ primū intraueritis domū anteq̄ comedere īcipiatis omnes filij ⁊ filie corā patrib⁹ ⁊ mr̄ibus genuflexi veniam petant ⁊ postulent benedici. At ⁊ ip̄i parentes eos amplexantes: dulciter osculent̄: ⁊ benedicant sicq; acq̄rit̄ in

UVA. BHSC. IyR_227

hoc seculo dei grā: ⁊ in futuro eterna gloriari qui vivit ⁊ regnat Marie virginis filius amorosus redēptor noster iesus. qui vt nobis daret exemplum honorandi parentes vt dicit Lucas erat subditus illis Joseph. s. ⁊ Marie vt dictū est supra. Amen.

Dūica in passione infra die. de maledictōibus diuersarū creaturarū irrōnabilū ⁊ intellectualiū: ⁊ ipsius dei oīm creatoris.

Sermo LV

Emonium habes.

Judeozū blasphemātiū xp̄m verba sunt ista originaliter Joh. viij. ⁊ in euangelio hodierno. Cōtremiscūt viscera mea. ⁊ cor meum fit gelidū totū: cū considero detestabilē horribilēq; xp̄ianor̄ abusum: qui p̄sumpserūt tam publice relaxare linguas suas ad maledictōes ⁊ ad blasphemas deū sanctorū celi. Est autē hoc malū adeo commune adeo generale: adeoq; antiquū atq; inueteratum: vt ꝓpterea videat plerisq; aut paruum: aut satis leue peccatū: vl̄ certū nullū. Quo fit vt tam in vicis. in plateis in domo. in foro. in ciuitate. in agro resonet cōtumelia dei summi ⁊ benedicte matris eius: ⁊ aliorū sanctor̄. Et licet nōnulli cōfiteanf ⁊ accusent se maledicēdo ⁊ blasphemādo peccasse nihilominus nolūt credere peccati huius grauitatē. Capiopt iū p̄senti sermone de peccato maledictionis sub quo ⁊ blasphemiā intercludemus: aliqua necessaria studebimus declarare. vt sic quiad pniam veram voluerint redire: intelligant q̄ tū ipsis cauendū sit a maledictis. Nam ⁊ iudei pessimi dño iesu xp̄o maledicentes. meritō videnf abhorrēdi multo fortius ⁊ ipi xp̄iani: qui fidē eius p̄fitenf. Distinguem⁹ ergo triplicē maledictionē.

parte.q.xlvij.ar.v.et ꝗRic.in.iij..di.xvj.q.v.
dicunt ꝙ iudei non cognouerũt xꝑm ꝑpter
ignorantiã crassam ꝛ affectatã.qm̃ eviden
tia signa habebãt aduẽtus eius et videbant
miracula que fiebant ꝑ ipm.sed ꝑpter odiuꝫ
et inuidiã noluerũt eum recipe,Jdeo Jo.xv.
xꝑs dixit. Si nõ veniſſem ꝛ eis locutus non
fuissem:petr̃ non haberẽt. Tertio fuit ve
hemens dolor xꝑi ꝑpter ꝓpulsiones. Narrat
eñ euangelista ꝙ phariseo respõdit. Ego ſp
docui in synagoga ꝛ in templo quo omnes
iudei cõueniunt:ꝛ in occulto locut⁹ſuꝫ nihil.
Quid me interrogas? Interroga eos qui au
dierunt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciũt
que dixerim ego. Hec aũt cũ dixisset:vn⁹ assi
stens ministr⁹ozũ dedit alapam iesu dicens.
Sic respondes pontifici? O admirãda patiẽ
tia mansuetissimi iesu. ꝓpulsus in faciez ictu
grauj.manu furibũda:adeo vt ꝑm quosdaꝫ
dentes ozis eius remouerenſ.ꝛ os sanguinẽ
expueret.nihil tamẽ ꝛtumelioſe locutus est
illi.sed sic magis innocentiã suã defendit di.
Si male locutus ſum testimoniũm perhibe
de malo.ſi aũt bene cur me cedis? Ubi aug.
ait. Quid ista respõſione verius,mãsuetius,
iustius. Sed hic dubitaſ an xꝑs sic rñdẽdo
bene fecerit:cum ipe dixerit Matth.v.c. Si
quis te ꝓpulserit in maxillam dexterã tuam:
ꝓbe ei ꝛ alterã. Ipse aũt hoc nõ fecit ſi ma
gis ꝓcutiẽtẽ se correxit. Ad quod respõdet
Aug. ꝙ illud ꝑceptum non datur absolute.
sed magis ꝑm ꝑparationẽ animi. quia hõ
debet habere animum ꝓparatum ad hoc

UVA. BHSC. IyR_227

faciendū vbi videret hoc expedire ad honorē dei ⁊ vtilitatē ecclesie. alias aūt nō. immo ali quādo expedit iniuriantibus respōdere ad ipsorum ⁊ aliorū instructionem. sicut fecit hic xp̄s: qui licet ita rn̄derit. tamen nō solū alteram maxillam iterum ꝑcussuro: sed totū corpus figendum. parauit in crucis ligno.

Q̄ xp̄s vehemēter doluit in cōtradictione propter falsam testificationē: propter publicā criminationem: ⁊ propter sibi factam derisionem.

Primi articuli dolor quartus.

Quartus dolor quem xp̄s sustinuit in passione ꝓ nobis dicit̄ contradictionis: qn̄ a domo anne ligat⁹ missus est ad domū Cayphe pontificis: in qua vehementer doluit ꝓpter tria.

Primo ꝓpter falsam testificationē.

Scd̄o ꝓpter publicā criminationē.

Tertio ꝓpter derisionem.

Primo fuit vehemēs dolor xp̄i ꝓpter falsam testificationē. Ut em̄ dicit Mattheus. Principes sacerdotum ⁊ omne conciliū querebant falsum testimoniū contra iesum: vt eū morti traderent: ⁊ non inuenerunt. cum multi falsi testes accessissent. Refert enim Nicodemus in euangelio suo ꝙ cū multi surrexissent aliquis eorū dicebat. Ego vidi xp̄m miracula facientē. Alter asserebat. Et ego vidi eū ⁊ audiui verba veritatis predicantē. ⁊ similia Plerique locuti sunt spūsancto mouēte linguā eorum contra voluntatem suam. Nouissime autem venerunt ⁊ duo falsi testes: ⁊ dixerūt. Hic dixit. Possum destruere templum dei: et post triduū reedificare illud. Sed hic oritur questio quomō isti dicunt̄ falsi testes. quādo Job. ij. xp̄s dixerat. Soluite templū hoc. ⁊ in tribus diebus excitabo illud. Ad quod respōdet Hiero. sup̄ Mattheū quem sequit̄ Nicolaus de lira. ꝙ illa verba que dixit xp̄s intelligunt̄ de templo corpis sui. vt ibidem dicit̄. Et hoc sonant verba ibidē posita que xp̄s dixit nō p̄cipiēdo. sed predicēdo eis quid essent facturi. Unde sēsus est. Soluite. i. soluetis tēplum hoc: scz corpus meū per mortez: ⁊ in tribus diebus excitabo illud per resurrectionez ⁊ nō destruam dixit: vel possuz destruere. Inquit ergo Hiero. Falsus testis est qui nō eodem sensu dicta intelligit quo dicunt̄ possent etiam dici p̄dicti falsi testes ex falsa intentione quia intendebāt ꝓcurare mortē innocentis. Secundo fuit vehemens dolor xp̄i ꝓpter publicam criminationē. Nam cum taceret ⁊ nihil responderet ad ea que sibi obijciebant̄: quasi responsione indigna: princeps sacerdotū qui ex īpatientia de tribunali surrexerat. ait illi. Adiuro te per deū viuum vt dicas nobis si tu es xp̄s fili⁹ dei. Dicit ei iesus. Tu dixisti. Ad quod respondet ꝓpter reuerentiā diuini nominis inuocat. Et subdidit. Uerun tamen dico vobis: amodo videbitis filiuz hominis sedentem a dextris dei: ⁊ venientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotū scidit vestimēta sua dicens. Blasphemauit. q̄d adhuc egemus testibus? Audistis blasphemiaz. Quid vobis videt̄. Ubi Hiero. ait. Pontificē quē de solio sacerdotali furor excusserat: eadem rabies abscindendas vestes ꝓuocat. Et Chriso. in omelia inquit. Hoc fecit vt accusationē redderet grauiorē: ⁊ quod verbis dicebat: factis extolleret. Qui autem erant cū pōtifice fremētes dixerūt. Reus est mortis. vbi Origenes ait. Quantū putas fuit erroris ipsam principalē oīm vitā ream mortis ꝓnunciare. ⁊ ꝑ tantoꝝ resurgentiū testimonia non respicere fontē vite. de quo in om̄s viuentes: vita fluebat. Hec ille. Quāuis vero falso illi violēta morte dign̄ū acclamassent xp̄m: tn̄ dubiū b̄ incidit. vtrū in ip̄o necessitas fuit ad moriendū morte naturali. Et rn̄det Ric. i. iij di. xvj. ꝙ in ip̄o fuit necessitas moriendi q̄tū. ad humanā naturā: que necessitas nō fuit cōtracta: nec ꝓper peccatū debita: sed fuit volūtarie assumpta. Uoluntarie enim filius dei talem assumpsit naturā humanā: ꝙ nisi eaz miraculose conseruaret: necessariū erat ꝙ corp⁹ eius resolubile ⁊ mortale senio defecisset: q̄uis valde diu durasset ꝓpter excellentissimaz complexionez. Fuit ergo in eo necessitas moriendi ratione nature assumpte relicte sub regimini naturali: nō tn̄ fuit necessarium illum mori morte qua mortuus est. nisi per cōparationem ad diuinā p̄ordinationē. Sed adhuc nōnulli dubitant vtrū necessitas moriendi in xp̄o subiecta fuerit eius voluntati humane. Et quidā tenent ꝙ sic. Primo qr̄ s̄m Ansel. i lib. cur de⁹ homo. Sapiētie ⁊ iusticie dei repugnat cogere mortē pati sine culpa illum quē iustum ad eternā fecit beatitudinē. sed homo xp̄us nunq̄ habuit culpam. ⁊ fuit factus iustus ad eternam beatitudinez ergo repugnasset sapientie ⁊ iusticie dei ꝙ christus mortem sustinuisset si noluisset. Alij vero contrarium asserunt: quoniam mori ex cōditione nature: ⁊ posse mori nunq̄ aliqua creata virtute repugnare vident̄. sed in christo fuit necessitas

UVA. BHSC. IyR_227

moriēdi ex conditione nature. ergo cum volūtas humana sit creata nō potuit illa voluntate fieri imortalis. Rndet Ric. ad istā questionē vbi. ā. q. iij. q. vt tactū est aliqui dicunt q̄ necessitas moriēdi in xp̄o subiecta fuit voluntati humane. Dicunt em̄ q̄ per comparationez ad necessitatē moriēdi xp̄s in q̄tū homo tenuit medium inter statū innocentie ⁊ nature lapse. In primo enim statu nec natura nec voluntas fuberat necessitati moriendi. sed in nobis tam natura q̄ volūtas subsunt necessitati moriēdi: nō sic intelligendo q̄ necessariū sit voluntarē mori: sed quia corpus a morte preseruari non potest. In natura aūt humana xp̄i natura fuberat necessitati moriēdi sed voluntas p̄erat. ita q̄ non potuisset mori nisi voluisset. Cui opinioni videtur cōcordare Dama. libro. iij. c. xij. dicēs q̄ nō precedebāt in domino volūtatē naturalia. Nihil enim coactum in ip̄o consideratur, sed omnia voluntaria. Alij autē dicunt contrariū: quia ille solus potest mutare cursum ⁊ legē nature qui naturam instituit ⁊ ordinauit. cuz ergo in natura humana xp̄i fuit necessitas moriēdi ex conditione nature. ergo per aliquā voluntatē creatam; tanq̄ per causam efficientē nō potuisset preseruari a morte, si tamen ex deliberatione mori noluisset: diuina voluntas eum a morte preseruasset. Huic opinioni secūde magis q̄ prime Richardus inherere videtur: lz vtraq̄ sit sustentabilis. nihilominus propter dicta alia suboritur questio. Utrū xp̄s per voluntatē sepauerit miraculose aiam suā a suo corpore: an vero fuerit separata vi afflictionū ei illatarū. Et respondet Ric. vbi, ā. q. iiij. q. xp̄us mortuus fuit per violentiā afflictionū ei illatarū: concurrente vehemētia doloris cōpassionis que mortē accelerauit. Unde ⁊ Petrus Act. ij. dixit iudeis de xp̄o. Hunc per manus iniquoz affligentes iteremistis. Et. c. iij. Auctore vero vite interfecistis. Et si argueretur ex dicto Aug. in. iiij. de trini. c. xiij. vbi ait. Cōga morte cruciabantur ligno suspensi. Unde latronibus vt iam morerentur. ⁊ de ligno ante sabbatum deponerentur: crura confracta sunt. Xp̄s autez quia mortuus inuentus est miraculo fuit. q̄si fuit mortuus miraculo: nō per violentiam mortuus est afflictionū illatarū. Respondet Richardus ad quartū q̄ ibi Augustin⁹ accipit miraculū pro mirabili: qz mirabatur pilatus ⁊ sui quomodo ita cito eet mortuus: eo q̄ causaz accelerationis mortis eius non considerabant. Cuius acceleratōis causa fuit vehemētia doloris compassionis ⁊ tenerrima cōplexio: quā habebat; ⁊ preterea per totaz noctē fuerat afflict⁹. ⁊ in crucifigendo eū crucifigētes grauī⁹ extenderūt membra eius q̄ illoz qui crucifixi fuerūt cū eo qz pl⁹ eū odiebant. Fuit tñ aliquo mō mors illa miraculosa: qz nisi dispēsatiue diuina potētia p bibuisset beatitudinē anime xp̄i in suū corp⁹ redūdare: corp⁹ xp̄i nulla interuenīēte morte glorificatū fuisset. Q̄ō si fuisset fctū nulla virtute creata potuisset illa aia a corpe suo separari. Hec Ric. Ex quib⁹ oib⁹ colligim⁹ dīm nostrū iesum xp̄m p charitate sua voluisse venire aīe sue corp⁹ passibile ⁊ mortale: vt sic p nob⁹ pctoz̄ibus patiēdo ⁊ moriēdo p nr̄is debitis satisfaceret. Judei aūt crimiabant eū foze reum mort⁹ tanq̄ malefactorē: seductorē ⁊ blasphemū. Tertio fuit vehemēs dolor xp̄i propter deriſionē. q̄ñ. ſ. vſq̄ mane dimissus est i man⁹ seruoz vilissimoz qui expuerūt in faciē ei⁹ ⁊ collaphis eū ceciderūt. Alij aūt palmas in facie eius dederūt dicētes. Prophetiza nobis xp̄e q̄s ē q̄ te pcussit. ⁊ vt inq̄t Marc⁹: velauerūt faciē eius. Et hoc fecerūt p̄m aliquos ne videtes dignissimā faciē illā pietate vincerentur. O iesu bñdicte q̄ dura nox hec est. in qua a p̄ncipio vſq̄ ad finem quietem nescis ſi nūc vno mō. nūc alio corpe ⁊ aio fatigaris O amātissime iuuenis q̄tū me pctoz̄ē dilexisti: quē cūtot laboz̄ib⁹: passiōib⁹ ⁊ cruciatib⁹ redimere voluisti. O mens humana cur tam dura es vt dño tuo cōpati negligas: qui pro cōpassione tua sputis deturpatur. alapis cedit⁹. ⁊ ab indignissimis personis vlciter pertractat. Deu me quid erat inspicere illos seuientes in eū, alios trahentes capillos eius: nō nullos fudariū leuantes spuere in os eius. q̄dam importunis vocibus clamare in aures eius: hos pugnis percutere pectus eius: illos extensa manu verberare collum eius. O iesu mi quantū nos dilexisti. Uz nos miseri te nō diligimus. Uince o humanū coz. vince torporem tuū genus humanū: ⁊ omnē affectuz tuum p̄orrige iesu xp̄e. Ecce p̄ tā appropiquat dies: ⁊ mors de proximo pro amore tuo sibi paratur. Sed vbi es o maria mater? Ubi habitas? An ignoras que circa dilectissimū filiū tuum geruntur? Dicunt nanq̄ quidam q̄ Johannes euangelista dimisso iesu in domo caiphe cucurrit versus bethaniam ad domuz magdalene. vbi vir go remanserat quādo christus cum discipulis suis venit hierusalem ad cenā faciendā, ⁊ ibi clamans ad ostium a vir

UVA. BHSC. IyR_227

gine orante tremente. ⁊ attonita auditus est. Aduocauit mox magdalenā. d. Surge filia ⁊ vide annus quid nobis de filio meo significa tur. Aperta fuere ostia domus: ⁊ intrauit Jo hannes eiulans, flens. ⁊ lachrymans. dicēsq; Heu me veneranda mater. q̄ durus tibi nunci us aduenio. Et cuz pre singultibus vix loqui valeret: interrogabat a ꝟ̄gine collachryman te. Ubi est filius meus? Ubi est iesus meus? Quid actū est de filio? Uiuit adhuc an iudei interfecerūt eum? Heu me dolentē nimium. Et iohānes respōdere poterat atq; dicere nō dum mortuꝰ est: sed puto hodie morti erit tra dendus. Comprehenderūt em illum in nocte ministri iudeoꝝ: ⁊ detinēt eum vinctū in do mo caiphe. asserūtq; neq̄ illi pharisei ⁊ scribe debere morti adiudicari. O q̄ gelidū tūc fcm est cor illud ꝟ̄ginem quātoue dolore repleta fuit anima eius. Que statim exiuit domū cuz iohāne ⁊ magdalena aliisq; comitantib⁹ hie rusalē festina petēs. Cum aūt intrauit ciuita tem trāseuntes quosdā interrogabat. d. illud Cant. iij. Nū quē diligit anima mea vidistis filium meū vnicū? Et illi interrogabant. q̄lis est dilectus tuus. Et illa dilectus meus candi dus ⁊ rubicūdus: filius meus pulcher ⁊ deco rus. sanctus mozigeratus. ꝟ̄tutibus redimi tus. gratia plenus. etatis. xxxiij. annoꝝ. ⁊ mi hi charissimus. O fili mi iesu vbi te inueniam Circūdabo ciuitatem p vicos ⁊ plateas vt te querā: vt te inuenia. vt te videaz vt cōplectar vt alloquar priusq̄ moriaris. Perrexit tandē vsq; ad domū pontificis vbi multitudinē con gregatam inuenit: qm̄ ad Pilatū iesus xp̄us mittēdus erat. Tē tabat ad filium pperare. ⁊ non pmittebat. Clamabat altisona voce. Fili mi iesu: iesu fili mi. Audiebat tūc forte filius lamentantē matrē ⁊ adaugebat angustia mē tis eius. Nam quāto inter eos amor erat ve hemētior: tanto vtriusq; dolor cōpassionis in tensior. Compatiebat vtriq; mater filio. com patiebat filius cōpassiue matri. Sed vt de notius hanc partē exoluamus querendum ē. vtrum virgo gloriosa magis dilexerit filiū su um q̄ aliqua alia mat filios suos. Ad qō ego respōdeo q̄ fic. ⁊ pbo hoc multiplici ratione.

Primo rōne claritatis. Clare em virgo co gnoscebat: ⁊ certissima erat q̄ a filio summe diligebat. ⁊ cum firmiter crederet ip̄m eē de um in suo vtero incarnatū: sciebat illum eam diligere pre ceteris creaturis ⁊ hūanis ⁊ an gelicis: q̄re cor eius inflāmabat vt illum dili geret a quo sciebat magnopere se foze dilectā

Secundo hoc pbo rōne sanctitatis. Diligebat ꝟ̄go filium suū copiosissime: quē plenum sanctitate gratia omniq; virtute diligendū cē sebat. Tertio hoc pbo rōne totalitatis. Fuit em beata ꝟ̄go ita mater xp̄i. vt ab ea sola spi ritusancto cooperante corpulentā substātiaz acciperet. Quare amoz qui debet esse patris ⁊ matris ad filiū erat in virgine sola ad xp̄m ab ea genitū. Quarto hoc pbo rōe diuturni tatis. Amoz em quanto diuturnioz tanto ve hementioz. Cum ergo filium suū ꝟ̄go dilexe rit p annos. xxij. absq; vlla pturbatione: con sequēs est q̄ eū diligebat in etate florenti ias cōstitutū vltra q̄ dici possit. Quinto hoc p bo rōne familiaritatis. Nunq̄ em inuētus ē aliquis filius qui ita blandeita reuerēter ita dulciter: ita familiariter conuersaret cum pa rentibus suis: sicut xp̄s faciebat cum virgine matre. Non em dubitare quispiā posset q̄ per tot annos quibus xp̄s cum matre cōuixit nō fuerit liquefactum cor ei⁹ in amorem illius a quo totiens vocari matrē se sensit: quem ipa filium sepe nomiabat. Quare firmiter teneo q̄ ꝟ̄ginis amoz ad xp̄m vincebat oēm amo rem quozūcūq; parentum qui tenerrime filiꝰ os suos diligunt aut dilexerunt.

Ad xp̄s in p̄sentatione vehemēter doluit p pter accusationem: ꝓpter flagellationem ⁊ p pter coronationem.

Secundi articuli primus dolor.

Ecūdi articuli p̄mus dolor iesu xp̄i p dicitur p̄sentationis. Cū em pilato fuit p̄sentatus doluit vehementer. et precipue ꝓpter tria.

Primo ꝓpter accusationem.
Scōo ꝓpter flagellationem.
Tertio ꝓpter coronationem.

Primo doluit vehementer ꝓpter accusa tionem. Ad quod intelligendū commemoran dū est quod euāgeliste tradūt. videlicet q̄ma ne adductus fuit iesus a domo caiphe ad do mum pilati p̄cidis in pretorium. Erat aut pretorium locus vbi audiebant ⁊ examinabā tur rei: ⁊ ipsi non introierunt iudei in pretori um: vt non contaminarentur ex ingressu do mus hominis gentilis: sed manducarent pa sca id est azymos panes. qui a iudeis per dies octo comedebantur. O impia cecitas aliene gene iudeis pretorio contaminari timebant ⁊ fratris innocentis sanguinem nō timebant Exiuit ergo Pilatus ad eos foras dicens. Quem accusationem affertis aduersus ho minem istum? Responderunt. Si non esset

UVA. BHSC. IyR_227

hic malefactor: non tibi tradidissem⁹ eū. Ubi Augustinus. Interrogent̄ atq; respōdeāt ab immundis spiritibus liberati: ceci videntes: mortui resurgētes. vtrum sit male factor. Addiderūt etiā qd̄ lucas dicit. Hunc inuenimus subuertentē gentē nostrā. ⁊ ꝓhibentē tributa dari Cesari. ⁊ dicentē se xp̄m regē esse. Dixit eis Pilatus. Accipite eū vos: ⁊ ꝟm legem vestram iudicate eū. quasi dicat si sufficit vestra examinatio: sufficiat ⁊ vestra sententia. Nā vt dicit Nico. de lira. Romani aliqua minora iudicāda ꝑmiserāt iudeis retinētes sibi penam nō mortis: ⁊ cām sanguis. Jō ꝑ hanc rn̄sionē inhibebat ne xp̄o mors inferret̄ Et ideo illi intendentes eū morti adiudicari rn̄debant. Nobis nō licz interficere quēq̄. Introiuit ḡ iterꝝ in pretoriū pilatus: ⁊ interrogauit iesum. Tu es rex iudeoꝝ? Ubi querit̄. quare Pilatus sic eum interrogabat. Et rn̄det Nico. de lira. ꝙ cum iudei accusassent eū de tribus. videlicz qꝛ subuerterat gentez ⁊ ꝓhibuerat tributa dari cesari ⁊ dixerat se esse regem. De duob⁹ p̄mis pilatus nō curauit inq̄rere. Non de p̄mo. q̄a ip̄e gēt ilis erat: ⁊ nō iudeus. Non etiā de secundo: quia sciebat illud esse falsum: sed tātuz de tertio. eo ꝙ romani nomen regiū a iudeis abstulerāt. Respōdit iesus. A temeip̄o hoc dicis an alij tibi dixerunt de me? q. d. Concepisti hāc opinionē de me ꝑ temetipsum. Ubi Chryso. ait. Non ignorās īterrogabat. ꝟ ab ipso accusari iudeos volēs. vn̄ sequit̄ euangelista respondit pilat⁹. Nunq̄d ego iude⁹ sum? Gens tua ⁊ pōtifices tui tradiderūt te mihi. Quid fecisti? Respōdit iesus. Regnū meū nō est de hoc mundo. quasi dicat nō quero tꝑalem dominationem. Dixit ei pilat⁹. Ergo rex es tu? Respōdit iesus. Tu dixisti: quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum ⁊ ad hoc veni in mundo vt testimoniū ꝑhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocem meā. Dixit ei pilatus. Quid est veritas? Et non expectato rn̄so exiuit ad iudeos dicens. Ego nullā in eo inuenio causam: ⁊ vt liberaret eum de furore ip̄oꝝ ꝓposuit ꝟm consuetudinē quā habebāt scz in solēnitate pasce vt vnum reū morte peterent liberandū: an vellent xp̄m esse illū. vel barrabam: qui in carceribus ꝓpter maleficia sua detinebatur: ⁊ populo erat odiosus. Clamauerūt oēs. Nō hunc. sed barrabam. O q̄li gladio feriebatur tunc cor virginis matris quādo audiebat horribiles illos clamores iudeorum petentiū potius liberationē barrabe latronis q̄ filij sui innocētissimi. Dicit pilat⁹ iudeis. Quid igit̄ faciam de iesu. qui d̄r xp̄s? Dicunt om̄es crucifigat̄. Et ille q̄d inq̄t mali fecit. Rn̄derūt. Cōmouit ppl'm ꝑ vniuersam iudeā incipiēs a galilea vsq; huc. Quare pilatus misit iesum ad herodez galilee tetrarchā qui illis diebus hierosolymis erat. Et cum iesus benedictus nullum v̄bum coram eo dixisset spreuit illū herodes cū exercitu suo: ⁊ illu. sit indutū veste alba ⁊ remisit ad pilatū. Pilatus aūt cōuocatis p̄ncipib⁹ sacerdotum dixit eis volēs eripe xp̄m de manib⁹ eoꝝ. Ego nullā causam inuenio in hoīe isto ex his in q̄bus eū accusatis sed neq; herodes. Naz remisit eū ad nos. ⁊ ecce nihil dignū morte actū est ei. At illi clamabant. Nos legem habemus ⁊ ꝟm legem debet mori. Dixit eis pilatus. Corripiaz eum ⁊ dimittam. O pilate si innocens est: cur corripies? Si reus: cur dimittes? O q̄ laboriosa fuit mors iesu xp̄i tam diu malignis consilijs. criminationibus: accusationibus ⁊ clamoribus exquisita. Scd̄o doluit xp̄s vehementer ꝓpter flagellationem. quando vt refert Marcus. Pilatus tradidit iesum militibus flagellandum. Ut em̄ doctores dicunt ligauerunt illi iesum denudatū ad collumnā quādam et flagellauerunt eum a plāta pedis vsq; ad verticem. ⁊ vt ait Greg. nazēzenus. caro xp̄i flagellata post liuores sanguinē ex omni parte scaturiebat. quo etiā terra sub pedibus iesu ⁊ columna ip̄a atq; flagella madefiebāt. Et vt arbitror post crudelem illā flagellationē cum soluissent eū pre debilitate nimia ⁊ doloris īmensitate in terrā cecidit sanguīe suo irrigatam dn̄s noster iesus. Sed hic theologi q̄runt. vtrū in xp̄o fuit vera doloris passio. Et quidā lz nō dicere voluerint ꝙ nō arguētes dicunt p̄mo ex dicto Hilarij. di. ij. x. li. de trinitate. Uirtus corꝑis sine sensu pene vim pene in se deseuiētis excepit. verus aūt dolor nō ē sine sensu pene. ergo ⁊c̄. Secūdo adducūr dictum Dionysij: qui ad iohannē euangelistam ita scribit. Absit vt ita insaniam vt credā sanctos aliquid pati ꝟm corporis passiones. sed solū credo nos iudicare ipsos sentire. Si ergo sancti nō sentiunt passiōes nisi ꝟm iudicium et non ꝟm experientiam. ergo patiendo non habent dolorem verum ⁊ per cōsequēs multo minus nec sanctus sanctorum christus.

Tertio conantur probare opinionem suaz exemplo Moysi qui ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus sine aliqua corporis lesione propter continuam contemplationez. Si ergo perfectio contemplatiōis

UVA. BHSC. IyR_227

aufert passionē ⁊ sensum famis: pari rōne videtur ꝙ aufert sensum doloris in carne passibili. Sed in xp̄o fuit cōmuna contemplatio et perfectissima. ergo videf ꝙ nulla fuit ei eo doloris experientia. Sed contra hanc opinionē est ois scriptura sacra. Vñ in ps. in persona xp̄i dicitur. Afflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis. Et iterum. Ego sum pauper ⁊ dolens Et iterū. Super dolorē vulnerū meox addiderunt. Propterea dicūt theologi di. xvj. tertij libri. ꝙ vera doloris passio fuit in xp̄o. qm̄ in eo fuit caro passibilis ⁊ perfozabilis. Fuit etiā virtus sentiendi ꝑm quā aīa cōpatīf corpori lesō. Et qm̄ hec duo verū dolorē faciunt scz vera lesio ⁊ verus lesionis sensus: ⁊ ꝑ duo vere fuerunt in xp̄o: indubitanter tenendū est ꝙ in ipo vera fuit doloris passio. Ad dictum aūt Hylarij rñdetur ꝑm quosdā dictū illud retractauit. Vel pōt dici ꝙ Hylarius in verbo predicto non excludit sensum doloris a xp̄o ꝑm humanā naturā: sed ꝑm diuinā. Vñ illa verba referenda sunt ad personaz xp̄i. Vel vt magī sniaz exponit dicere possum⁹ ꝙ hylarius nō vult ondere xp̄m nō habuisse verū dolorē: sed nō habuisse causam doloris. qm̄ passus est ꝓpter delicta nostra. Ad secundum vero scz verbū Dionysij dicit Boī. in. lij. dist. xvj. ar. j. q. j. ꝙ dionysius non vult dicere nec sensit ꝙ beat⁹ iohānes ⁊ alij sancti nō experiant dolorē in cormētis: sed vult cōmēdare constantiam mentis que non magis commouebat ex explentia sensus q̄ cōmoueret ex sola ꝑderatoe ⁊ iudicio rationis. Ad tertiū vero qō obijciebat de moyse dicendū ꝙ etsi dulcedo cōtemplationis quodāmodo ipm̄ reficeret, ⁊ a sensibus exterioꝛib⁹ abstraheret: adeo vt naturales virtutes quodāmodo cōsopiret vt non ita consumerentur ⁊ cibuz requirerēt: tñ ꝙ tanto tēpoze ieiunauit fine sni lesione ꝑ fuit per speciale beneficiū ⁊ diuinū miraculuz ⁊ ideo nō habet locum in ꝓpōsito: qz xp̄s in passione sua non exercuit miracula potentie: sed potius vsus est armis patientie. Tertio doluit vehemēter xp̄s ꝓpter cozonationē quā do milites duxerunt eū in atriū pretorij ⁊ induerunt eum purpura: ⁊ imposuerunt capiti eius cozonam spineam: ⁊ circundederunt eū ⁊ veniebant ad eū illudētes ⁊ dicentes. Aue rex iudeoꝝ. ⁊ expuebant in eus ⁊ dabāt ei alapas. ⁊ percutiebant caput eius. Et caput illō angelicis spiritibus tremēdū: vt ait Bernardus: spinarū densitate pungebatur. Nam corona illa de iuncis marinis ad modū spinaꝝ acutis erat confecta. vt dicit Nicolaus de lira Et pilatus fecit iesum sic cozonatū ⁊ purpura vestitū velut contemptibilē ⁊ abiectū exire. di xitq; iudeis. Ecce homo. quasi dicat punitus est: ideo debet vobis sufficere. At illi magis clamabant. Crucifige: crucifige eum. Et post mꝛa addiderūt. Si hunc dimittis nō es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem facit: contradicit cesari. Et cum talia agitarentur: misit ad pilatū vxoꝛ eius dicens. Nihil tibi et iusto illi. quasi dicat nullo modo eum condemnes. sed magis dimitte. Multa enī sunꝫ hodie passa per visum ꝓpter eū. quia vt dicit Rabanus: diabolus apparuerat ei mouens eam terroꝛibus ad liberationē xp̄i: volens sic impedire hoīm salutē. Sed dubitatur vtrum visio predicta facta fuerit in somno vel vigilia? Et respōdet Nicolaus de lira ꝙ hoc nō habetur expresse: creditf tñ magis ꝙ fuerit in somno.

Qz xp̄s in sententiatione vehementer doluit ꝓpter onerationē: ꝓpter associationem ⁊ ꝓpter lamentationem.

Secūdi articuli doloꝛ secūdus.

Secundus doloꝛ secūdi articuli dicit sententiationis. Videns nanq; pilatus non posse iudeoꝝ furoꝛem sedare nec mitigare ānimo audiebat eos magno cum tumultu clamantes. Si hūc dimittis nō es amicus cesaris, accepta aqua lauit manus coꝝ populo dicens. Innocens ego sum a sanguie iusti huiꝰ. Vos videritis. Vbi Remigi⁹ ait. Mos erat apud antiq̄s vt cuz vellet quis ostendere se immunē esse ab aliquo crimmet accepta aqua lauare manus suas coꝝm populo consueuerat. Et respondens vniuersus populus dixit. Sanguis eius super nos ⁊ super filios nostros. Quare pilatus humano timoꝛe victus ꝓ tribunali sedens ꝑm ordinez curie sue: sniam iniustam contra iesum protulit vt crucifigeretur. Tunc amantissimus noster iesus cruciatus est ꝓpter tria.

Primo ꝓpter onerationē
Scōo ꝓpter associationē.
Tertio ꝓpter lamentationē.

Primo cruciatꝰ est ꝓpter onerationē. qñ. s. crux onerosa ⁊ dura humeris suis fuit ꝓposita. Tūc enī cū de domo pilati ꝑ ius montē caluarie ducerēt ⁊ tādē deuenissent ad locū: vt ōz in q̄daz historia: afflicta ⁊ mesta mater eiꝰ obuiā illi ꝓcessit: volēs illū tangere ⁊ amplecti Quā vt filiꝰ aspexit meroꝛe ꝓfectā: cecidit fatigatꝰ sub cruce. Ipa etiā mat̄ dulcissima q̄si mortua in terrā ruit. Ob qō in loco illo i hui⁹

UVA. BHSC. IyR_227

facti memoriã capella a fidelibus constructa fuit: que sancta maria de spasmo nuncupatur Tandez iudei angariauere hominẽ cyreneũ nomine symonẽ vt tolleret crucẽ iesu. Cũ vt aiunt quidã cũ sepius temptasset iesus illam portare pre debilitate ferre amplius nõ valebat. Curre o anima mea: curre velociter ꝛ humeros tuos subijce illi cruci. in qua iesus dei filius operabitur salutẽ tuã: imo oim saluandoꝝ. Sed hic doctores querũt quare xp̃us benedict⁹ pati voluit mortẽ crucis? Et rñdet Tho. iij. pte. q. xlvj. ar. iiij. ꝙ hoc fecit ꝓpter septẽ rones. Prima rõ est ꝓpter exemplũ virtutis. Dicit em̃ Aug. in lib. lxxxiij. q. Sapientia dei hoiem ad exemplũ quo recte viuerem⁹ suscepit. Pertinet autẽ ad vitam rectam ea q̃ non sunt metuenda nõ metuere. Sunt autez hoies qui q̃uis mortẽ ipam non timeant genus tñ mortis horrescunt. Ut ergo nullũ genus mortis recte viuenti homini metuendus esset: illius hois cruce ostendendũ fuit. Nihil em̃ erat inter oĩa genera mortis illo genere execrabili⁹ ꝛ formidabili⁹. Scõa ratio est q̃ hoc genus mortis maxime cõueniẽs erat satisfactioni ꝓ peccato primi parẽtis. Unde Aug. dicit in quodã sermõe de passione. Contempsit adã ꝓceptũ accipiẽs ex arbore: sed quicquid adã pdidit xp̃s in cruce inuenit. Et Amb. de xp̃o ita ait. De parentis prothoplasti fraude facta condolens: q̃ pomi noxialis morsu corruit. ipe lignum tũc notauit dãna ligni vt solueret. Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat ꝛ multiformis proditoris ars vt artem falleret: ꝛ medelã ferret inde hostis vñ leserat. Et iterũ ecclesia dicit. Omnipotens eterne deus qui salutẽ humani generis in ligno crucis constituisti: vt vnde mors oriebatur inde vita resurgeret: ꝛ qui in ligno vincebat in ligno quoq; vinceretur. Tertia rõ est: quia vt dicit Chrisо. in sermone de passiõe In excelso ligno ꝛ non sub tecto passus est vt etiã ipius aeris natura mundaretur. Sed et ipa terra simile beneficiũ sentiebat decurrens de latere sanguinis stillatione mundata. Et idem Chrisо. sup Job, inquit, Audiens suspẽsionẽ intelligas in in altũ. vt sanctificaret aerem qui sanctificare erat terrã ambulando in ea. Quarta rõ est q̃ ꝓ hoc ꝙ xp̃s in cruce moritur ascensum nobis parat in celum. vt Chrisо. dicit. Quinta ratio est. q̃ hoc competit vniuersali salutioni totius mundi. Nã figura crucis vt ait Gregorius nazanzenus, a medio contracta in quattuor extrema partita significat virtutẽ ꝛ prouidentiaz eius qui in ea pependit vbiq; diffusam. Chrisо. etiam dicit ꝙ in cruce expansis manibus morit: vt altera manu veteré populũ: altera eos qui ex gentibus sunt trahat. Sexta ratio est: quia per hoc genus mortis diuerse virtutes designantur. Unde Aug. dicit in libro de gratia veteris ꝛ noui testamenti. Non frustra tale genus mortis elegit: vt latitudinis ꝛ altitudinis ꝛ longitudinis ꝛ pfunditatis: de quib⁹ apl's loquitur: magister existeret. Nã latitudo est in eo ligno q̃ transuersum desup figit hoc ad bona opa pertinet: qz ibi extenduntur manus. Longitudo est in eo ligno: quod vsq; ad terram trahitur: quo crux stat fixitur ꝛ p seuerat quod lõganimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte: que ablilla que transuersa figit versus surs̃z relinquit: hoc est ad caput crucifixi: quia bene sperãtiũ superna expectatio est. Jam vero illud ex ligno q̃ fixuz occultat. vnde totum illud exurgit significat pfũditatẽ gratuite gratie. Et sicut etiã Aug. dicit sup Job. Lignũ in quo fixa erant membra patiẽtis ad cathedrã fuit magi docẽtis

Septima rõ ẽ: qz hoc genus mortis pluribus figuris rñdet, Ut em̃ Aug. dicit in sermone de passione. In diluuio aquarũ humanuz genꝰ arca lignea liberauit. De egypto dei populo recedente moyses mare virga diuisit: et Pharaonẽ prostrauit: ac populũ dei redemit. Idem moyses lignum in aqua misit ꝛ amari tudinẽ eius in dulcedinẽ commutauit. Ex lignea virga de spirituali petra salutaris vnda profertur. Et vt Amalech vinceretur: contra virgam moyses expansis manibus extendit. Et lex dei arce testamenti credit ligneevt his omnibus ad lignum crucis per quosdam gradus veniatur. Secundo cruciatus est xp̃s ingenti doloze propter associationẽ. Associatus nanq; est cum duobus latronib⁹ ficut pre dixerat Esa. liij. c. Et cũ sceleratis deputatus est. Ubi doctores querunt vtrũ hoc conueniẽter sit factum. Et rñdent ꝙ in hoc alia fuit intentio iudeoꝝ: alia ordinatio dei. Quantũ em̃ ad intentionẽ iudeoꝝ sic dicit Chrisо. Duos latrones vtriq; crucifixerũt: vt eorum supplitionis fieret particeps: sed non ita euenit. Nã de illis nil dicitur, hui⁹ aũt vbiq; crux honorat⁹. Reges diademata deponẽtes assumũt crucem in purpuris ꝛ diadematibus maximis: in mesa sacrata. vbiq; terrarũ crux emicat. Quantũ vero ad dei ordinationẽ christus cũ latronib⁹ crucifixus est. Primo qz vt dicit

UVA. BHSC. IyR_227

Hiero, super Matth. Sicut p nobis maledictum crucis factus est: sic p omniū salute inter noxios quasi noxius crucifigit. Secundo vt dicit Leo papa in sermone de passione. Duo latrones: vnus ad dexteram alius ad sinistrā crucifiguntur vt in ipsa patibuli specie denotaret illa que in iudicio ipsius hominū omnium facienda est discretio. Et Aug. dicit super Johannē. Ipsa crux si attendas tribunal fuit In medio em̄ iudice cōstituto: vnus qui credidit liberatus: alter qui insultauit damnatus est. Jam signabat quid facturus est de viuis ⁊ mortuis: alios posituros ad dexteram: ⁊ alios ad sinistram. Tertio sm̄ Hilarium duo latrōes leue ac dextre affigunt: omnem humani generis diuersitatem vocari ad sacramentum passionis domini ostendentes: sed quia p diuersitatem fidelium atq; infideliū fit omnium sm̄ dexteram ⁊ sinistram diuisio. vnus ex duobus ad dexteraz situs fidei iustificatione saluatur. Tertio cruciatus est xp̄s acerbo dolore ppter lamentationem, quando vt meminit Lucas: sequebat illum multa turba populi ⁊ mulierū que plangebant ⁊ lamentabantur eum. Cum quibus etiam ipse compatiendo predixit futuram illius ciuitatis calamitatem ⁊ desolationem. Sed doctores hic q̄rūt. cur iesus xp̄us in hierusalē pati voluit. Et respondēt q hoc conuenienter factum est multiplici ratiōe. Primo quidem. quia hierusalem erat locus a deo electus ad sacrificia sibi offerenda: que quidem figuralia sacrificia figurabant xp̄i passionem: que est verum sacrificium. iuxta illud Ephe. v. Tradidit semet ipsum oblationem ⁊ hostiam deo in odorem suauitatis. Secundo quia virtus passionis eius ad totum mundū diffundenda erat: ideo in medio terre habitabilis pati voluit. id est in hierusalem. Unde dicitur in psalmo. Deus autē rex noster ante secula operatus est salutem in medio terre. i. hirusalem, que dicitur esse terre habitabilis vmbilicus. Tertio quia hoc maxime cōueniebat humilitati eius. vt. s. sicut turpissimum mortis genus elegit. ita etiam ad eius humilitatē pertinuit q in loco tā celebri confusionem pati nō recusauit. Unde Leo papa dicit in sermone ephie. Qui formā serui susceperat bethleem preelegit natiuitati ⁊ hierosolymā passioni.

Q in crucifixione xp̄s vehementer doluit ppter potationem. ppter conclauationem, ⁊ ppter eleuationem.

Secundi articuli dolor tertius.

Tertius dolor secūdi articuli dicit crucifixionis. qn̄ crucifixerūt eū in monte caluarie, vbi nimio dolore agitatus est propter tria.

Primo ppter potationem.

Scdo ppter cōclauationē.

Tertio ppter eleuationē.

Primo nimio dolore agitatus est xp̄s propter potationē. qz vt inquit Mattheus dederunt ei vinuz bibere cum felle mixtū. Ubi querendū est quare illo vino sic amaro potauerunt eū. Et dicit Nicolaus de lira. q aliqui dicunt id factū fuisse. vt citius xp̄s moreret: ⁊ sic milites eius custodia citius experirent: qui debebant eū custodire quousq; expirasset Sed ipse Nico. aliter dicit. Nā legit in quodā libro hebraico. qui apud eos intitulat liber iudicum ordinariorū: q qz Salomon dixerat Prouerb. xxxj. Date siceram merentibus ⁊ vinū his qui amaro sunt animo. vt bibant ⁊ obliuiscant egestatis sue. Et ideo seniores iudeorū statuerant vt cōdemnatis ad mortē daretur vinum aromaticū ad bibendū: vt facilius tolerarent passionē. In hierusalem autē erāt matrone deuote ⁊ cōpassiue: que hoc vinum ⁊ siceram. i. potū inebriatiuū dabant ex deuotiōe. Judei ergo ex nimia crudelitate moti tale vinū datū p xp̄o ⁊ alijs duobus latronibus acceperūt sibi sm̄ q dictū erat Amos. ij. Vinum damnatorū bibebant. ⁊ loco eius posuerunt acetū cum felle mixtū. Talem potum cū gustasset iesus: noluit bibere. Nec cōtradicit Marcus. cuius textus habet. Et nō accepit: qz nō accepit ad bibendū: sed ad gustandū solū: vt sic impleret in eo quod dictū est in psalmo. Et dederunt in escā meā fel: ⁊ in siti mea potauerunt me aceto. Scdo multo dolore fatigatus est xp̄s ppter conclauationem. qn̄ scz cruce iam parata atq; disposita: ⁊ in terra collocata sm̄ cōem opinionē exuentes nequā illi magno impetu dn̄m iesum xp̄m ad terraz piecerūt vt clauis eū cōfigerent. Et lz euangeliste nō oīa dicant. qz tm̄ essentialia scribere curauerūt nihilominus ꝟisimiliter credere possum⁹: q ita nudat⁹ ⁊ genuflexus iesus vt se super crucē extēderet oculis ad celū leuatis in corde suo dixit. Suscipe sctē pater eterne me dilectū filiū. quē tibi offero in sacrificiū immaculatū p salute humani gn̄is: ⁊ remissiōe pctōꝝ. Ecce iam nō offerunt tibi legalia sacrificia hircoꝝ, aut agnoꝝ vel similiū. s̄ caro inocēt mei fili tui. Triginta ⁊ tres āni elapsi sūt q̄bus hāc crucē sp aspiciēs in illā mori p

UVA. BHSC. IyR_227

humani generis redēptione cōcupiui ⁊ desi-
derauī. Tandē ꝓicies se super crucē manus
suas ⁊ pedes liberalissimo gestu extendit. Ac
ceperūt autē clauos crucifixores. ⁊ ꝓfixerunt
eū. Malleoꝝ aūt ictus ⁊ sonitus audiri pote
rāt a virgine matre cuius cor clauis illis acu
tissimis, qui manus ⁊ pedes, ossa ⁊ carnes fi
lij sui rumpebant cōfigebatur. Crucifixi sunt
etiaꝫ cū eo duos latrones quos plerīqꝫ volue
runt tenere fuisse cruribus alligatos tm̄. Sed
ego dico ꝙ fuere cōclauati, qz vt inquit Aug.
sup Johannē. Pendētes in ligno clauis ad li
gnum manibus cōfixi ꝓducta morte necabā
tur. Scripsit autē ⁊ titulū Pilatus ⁊ posuit
super crucē. Erat aūt scriptū. Jesus nazare-
nus rex iudeoꝝ. litteris hebraicis: grecis. ⁊ la
tinis. Ubi querit a doctoribus cur hac tri
plici lingua deo volente titulus ille fuerit scri
ptus. Et rñdet Chrysо. Credibile est multos
gentiles simul cū iudeis ꝓpter festū ꝙuenisse
⁊ ideo vt nullus ignoraret nō inuna lingua:
sed in tribus scripsit. Et Aug. dicit. Tres lin
gue ibi p̄ ceteris eminebant. Hebraica ꝓpter
iudeos in dei lege gloriantes. Greca ꝓpt gē-
tiū sapiētes, Latina ꝓpter romanos multis
ac pene oībus tūc gentibus imperātes. The
ophilus ño inquit. Significat aūt superscri-
ptio triplici sermone signata, dñm esse regem
practice: philosophie. necnō theologiee. Naz
per latinas lras figuratur practica, eo ꝙ ro-
manū imperiū potētissimū satisqꝫ officiosum
in expeditiōib⁹ fuit. Per grecas vero philoso
phia figurat. Greci nanqꝫ erga naturalium
speculationē insudauerūt. Demū p hebraicas
theologia ꝓtendit dū iudeis est credita reruꝫ
diuinarū agnitio. Dicebant ergo Pilato pōti
fices iudeoꝝ. Noli scribere rex iudeoꝝ. sed qa
dixit. Rex sum iudeoꝝ. Rñdit Pilatus. Qđ
scripsi scripsi. Milites autē diuiserūt sibi vesti
mēta sua: ⁊ tunicā mittētes sortē. erat autem
tunica incōsutilis, i. sine sutura desuperi conte
xta per totū super quē miserūt sortes. Et licꝫ
Marcus dicat ꝙ sortes miserūt super eis. s.
alijs indumentis xp̄i, tm̄ ꝫm Nico. de lira. illō
debet intelligi p synodochen, i. sup aliquid eo
rum. i. super tunicā. Tertio vexatus est ie-
sus multo dolore qñ crux fuit eleuata a terra.
⁊ posita in foramine atqꝫ plantata: in qua iā
natus erat fructus nostre salutionis: anteqꝫ
in monte caluarie defigeret. In ipso autē mo
tu ⁊ eleuatiōe crucis: ac plantatione pondus
corpis per tres clauos vel quattuoꝝ ꝫm quos
dam sustinebat. Ideo mēbra illa debilitata in
credibili cruciabant dolore. Sed ⁊ tunc me-
stissima mater filiū tutuēs cōtemptibilem: cō
fusibilē, despectū, deformez. grandi angustia
plenū. plagis attritū. in medio latronum pen
dentē aduitorio Magdalene ⁊ Johānis ꝙ-
tū potuit cruci ꝓpinquā se fecit. Ubi mutatā
cernens aspectus filij sui venustatē ⁊ elegan-
tiā: cōsideransqꝫ ꝙ graui supplicio detinebat
lamētabiles voces emittebat. Hoc aūt exꝑ-
sit Johānes qñ dixit. Stabat aūt iuxta crucē
Iesu mater eius ⁊ sozor matris eius Maria
Cleophe. ⁊ Maria magdalene. Sed dubi
um hic est. qz Luce. xxiij. dicit. Stabant oēs
noti eius a longe. Sed dicit Nico. de lira. se
quēdo Aug. in li. de cōsensu euāge. ꝙ in tanto
intervallo erāt, vt ⁊ iuxta dici possent: quia i
ꝓspectu ei⁹ ꝑsto aderāt ⁊ a longe respectu tur
be ꝓpinquius circūstantis cū Centuriōe ⁊ mi
litibus. Pretereūtes aūt blasphemabant eum
mouentes capita sua ⁊ dicentes. Uah qui de
struis templuꝫ dei: ⁊ in triduo illud reedificas
Salua temetipsum. Si filius dei es descen-
de nunc de cruce. Similiter ⁊ principes sacer-
dotū illudētes cum scribis ⁊ senioribus dice-
bant. Alios saluos fecit. seipsum no potest sal
uum facere. Jesus autem in tot persecutioni-
bus ⁊ maledictis dixit verbum illud primum
in cruce omnis patientie exemplū. Pater di-
mitte illis: qz nesciunt quid faciunt. opere im
plens quod verbo docuit qñ dixit. Orate pro
persequētibus ⁊ calumniantib⁹ vos. Impro-
perabant etiā ei latrones qui crucifixi erāt cū
eo. Lucas vero dicit ꝙ vnus tm̄ blasphema-
bat: quem alius reprehendit. Sed Augu. in
libro de cōsensu euāgelistarū dicit ꝙ Johan-
nes loquit in plurali ponens plurale ꝓ singu
lari ꝫm vsitatū loquendi modū. Uel potest di
ci ꝫm Dieronymū ꝙ primū vterqꝫ blasphe-
mauerit: deinde vnus credidit in christum. et
ꝓiozē negationē sequenti cōfessione emenda
uerit. Unde Dieronymus sequit In duobus
latronibus vterqꝫ populus ⁊ gentilis ⁊ iudeo
rum. primo dominum blasphemauit: postea
signozum multitudine alter exterritꝰ egit pe-
nitentiam. ⁊ vsqꝫ hodie iudeos increpat blas-
phemātes. Nec ille. Dixit ergo latro penitēs
Dñe memento mei dum veneris in regnū tu-
um. Respicies autem iesus benedictus hu⁹
latronis cōtritionem fidem spem atqꝫ charī-
tatē. respōdit ei secundū verbū: quod in cruce
ꝓtulit dicens. Hodie mecuꝫ eris in paradiso
O felix promissio. O breuis tante felicitatis
adimpletio. Nullus ante latronem hoc verbū

UVA. BHSC. IyR_227

audiuit. Promissa siquidem fuit patribus et ꝓphetis eterna vita ꝙ xp̃s: & nulli ficut latroni ita breui spacio designata.

Q in inspectione xp̃s vehemẽter doluit ꝓpter querelationem: ꝓpter recordationem et ꝓpter cõmendationem.

Secundi articuli dolor quartus.

Quartus dolor secundi articuli or inspectionis. Cũ em̃ de cruce inspexisset matrem asperrimo dolore vulneratum est cor eius & precipue ꝓpter tria.

Primo ꝓpter querelationem.

Secundo ꝓpter recordationem.

Tertio ꝓpter cõmendationem.

Primo doluit xp̃s ꝓpt querelationẽ. Audiebat nãq querelas matris in gemẽtẽ & dicẽtis sibi vocabulum illud qõ ꝙ triginta & tres annos cum tanta dulcedine vtriusq comemorauerat. In passione ꝺo illud ꝓferebat cũ corde pleno dolore merore & amaritudie. Poterat ergo ꝺgo illa sanctissima lamẽtari & dicere. Fili mi anime mee olim cõsolatio & gaudiũ: nũc aũt gladi⁹ penetrabilior oñi mucro ne acutissimo. Fili mi quẽ nouẽ mensibus in vtero tenui: quẽ paruo lacte pauit: quẽ totiens infantem & parunlũ pãnis inuolutũ. in cuna reposuit: & amorosis amplexibus strinxi inter vbera mea & osculata sum. O ꝯ infelix mihi & tibi facta est dies ista. Et qs poterit mederi vulneribus dolor meor & mitigare angustiã miselle matris tue: cum inspiciã te filiũ meũ vt leprosum factum: qui speciosus eras pre filijs hoiz, vt maleficũ & reũ cũ iniquis ꝺputatum. Qui sanctus sanctorum es: vt fatuum et stultum: cerno: in quo recõditi sunt oñs thesauri sapie dei: vt hostez & oim inimicum: qui omnibus affabilis benignus & human⁹ semper astitisti & sup omnia velut oblitũ mei vide matris tue. Nam ecce iam moriens: & nichil mihi dicis. Et quid faciam ego fine te filio meo? Quo diuertã? Ad quem confugiam. Tu mihi pater, tu mihi frater. tu mihi blãdus filius eras: tu mee diuitie: tu mee delitie: tu mea gloria. O me desolatã: quẽ tm̃ filium in cruce video ꝺficere. O amantissime fili logre mihi matri tue: loquere vt audiã vocez tuã cygneo canore dulciorẽ. Loquere inquã vt sic saltem audiens ꝺba tua patiẽtior fiam ad tolerãdaz que me cruciat ꝙ amore tuo penã. Non deneges mihi qõ postulo. Exaudi me & ꝺbo tuo consolare ne deficiaz in hac tribulatione. O fili mi lumen oculor meor condescendisti latroni misericorditer loquẽs ei. Accẽdite itaq voto matris tue: & dic mihi quid factura sim. Cui me orphanã derelinq̃s? Dis vel similib⁹ querelis pulsabat mestissima mater aures afflictissimi filij sui: qui non minorẽ penaz experiebat in mente ꝓpter teneritudinẽ matris ꝯ sentiebat in corpore a planta pedis vsq ad capitis ỽticem vulnerato. Ideo ỽm quẽdam de uotum: tacitus in corde suo dicebat carmẽ illud vulgare siue eius sniaz. Madre mia bene dicta molto te vego afflicta. El tuo lacrimare e vna sagitta. Che el cuor mio ha passato. Nõ plangere o matre mia. El tuo lacrimare e pena mia. Supporta fin chiossa da morte resuscitato. Secundo doluit xp̃us ꝓpter recordationem. In talib⁹ nãq mysterijs recordabatur: & in seipso conferebat dicẽs. O mea mater quomodo omnia gaudia que de me fuscepisti cõuersa sunt in merorẽ & luctũ. Ubinam sunt angeli in mea natiuitate cantãtes? Ubi pastores ad ꝑsepe venientes? Ubi oriẽtales reges in cuna me adorantes? Ubi grata per triginta & tres annos vtriusq conuersatio & familiaritaꝫ Ubi tot & tãta de me ꝑdicata miracula ꝓpter que omnia letabatur cor tuũ. Heu me nunc vides tm̃ filium tuum factum in derisum omni populo: & abiectissimam mortem pati. Tertio doluit xp̃s ꝓpter cõmẽdationẽ qñ apiens os suũ mellifluum dixit ei. Mulier ecce filius tuus & ꝺscẽs ihãnes euangelista: q̃ secũ iuxta crucẽ astabat. Et vt doctores dicũt non vocauit eã materno nore: sed cõmuni ne ex teneritudine nois maternitꝫ exprimeretur aggrauaret animꝰ eius. Deinde cõmendans eã discipulo dixit. Ecce mater tua. q. ꝺ. Deputo te ad eius obsequiũ. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suã. sc̃z curam & diligentiã. O quot dolor aculeis punctũ fuit cor virgineuz ex vna parte: cum mulieris non matris audiuit vocabulum: licet ex parte altera aliãliter cõsolaret: quia filius amantissimus eius iesus eam commendauerat dilecto discipulo. Ideo Augustinus ait sup hoc passu Joh. Ex illa hora tc̃. Nec nimirũ est illa hora. de qua iesus aquam conuersurus in vinum dixerat matri. Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Tunc em̃ diuina factur⁹ non diuinitatis sed infirmitatis matrem velut incognitã repellebat. Nunc autem humana ita patiens ex quo fuerat factus homo: affectu commendabat humano. Moralis igitur insinuatur locus & exemplo suo instruit precetor bonus: vt a filijs pijs impendatur cura parentibus tanꝯ lignum illud vbi erant fixa

UVA. BHSC. IyR_227

mẽbra mortẽtis esset cathedra mgrī docẽd.

Qꝛ xp̃s vehementer doluit in clamatione ꝓpter mundi horrorẽ: ꝓpter sui cõfusionem: ⁊ ꝓpter patris derelictionem.

Tertij articuli primus dolor.

PRimus dolor tertij articuli dicitur clamationis. Ostendit enī in clamore suo immensitatem doloris: ⁊ potissimum ꝓpter tria.

Primo propter mundi horrorem.

Secundo propter sui confusionem.

Tertio propter patris derelictionem.

Primo ostẽdit xp̃s immẽsitatẽ doloris in mũdi horrore. qñ. ſ. insensibiles creature crudelitatẽ q̃ in ipsum fiebat horrẽtes modo suo patienti ihesu compatiẽtes sunt. A sexta nanq; hora tenebre facte sunt ſuper vniuersã terrã vsq; in horã nonã. Et vt Lucas inquit. Sol obscuratus est ⁊ velum tẽpli scissum est in duas partes: a summo vsq; deorsum. ⁊ petre scisse sunt ⁊ terra mota est. Vbi apparet perturbatio corporum superiorũ primo: deinde inferiorum. Qualiter autẽ fuit illa tũc solis eclipsis docto res varie sunt opinati. Hieronymus nãq; dixit q̃ ille tenebre fuerũt facte p̃ retractionem radiorũ solis diuina virtute. Origenes autẽ dixit q̃ hoc factũ est p̃ interpositionẽ nubiũ densarũ. Sed in hoc magis credendũ est Dionysio ar. opagite: q̃ dicit in epła ad Policarpum hoc fuisse per interpositionẽ lune inter terram ⁊ solẽ: sicut fit in eclipsi solis. Et ibidẽ dicit q̃ ipse hoc vidit tunc existens in Egypto vbi est aeris puritas. Vidit igit̃ luna ab oriente ascẽdentẽ versus meridiem ⁊ supponentes se soli. Hiero. autẽ ⁊ Origẽ. nõ loquũt de illa eclipsi asserẽdo q̃ sic fuerit vt dicũt: sed q̃ potuit sic fieri. Quãtũ sequendo Dionysium dicimus q̃ illa eclipsis nõ potuit esse naturalis: sed miraculosa. ⁊ hoc multipliciter. Primo qꝛ luna erat q̃ntadecima. ⁊ tũc distat a sole p̃ diametrũ celi. Eclipsis autẽ solis nõ põt fieri naturaliter nisi tpe coniunctionis solis ⁊ lune: ꝓpter quod dicit Dionysius q̃ mirabatur. quia nõ erat tempus cõueniens ad talem coniunctionem. Secundũ miraculũ fuit: qꝛ transacta eclipsi luna rediit ad orientẽ: ita q̃ in vespere fuit in oriente sole existente in occidente: ⁊ sic orbes eorũ sunt ad priſtinum statũ restituti.

Tertiũ miraculum fuit. quia pars orientalis solis primo fuit obscurata: ⁊ iterũ vltimo illuminata, cõtrario autem modo fit in eclipsi naturali. Quartũ miraculum fuit q̃ luna fuit immobilis sub sole per tres horas. In natura li vero eclipsi ꝓtinue mouet sub sole: vt etiam refert Chrysо. Quintũ miraculum fuit. qꝛ illa eclipsis abstulit lumẽ vniuersis partibus terre: licet aliqui hoc velint intelligi tm̃ de terra Judee. Veruntm̃ vt apparet ex dictis Dionysij fuit in Egypto: fuit in grecia. ⁊ fuit Rome: ⁊ sic in alijs mũdi partibus. Unde Orosius ait. Cum dns patibulo affix⁹ est maximo terremotu per vrbem Romam factor: saxa in montibus scissa. maximarũq; vrbium plurime partes plus solita concussione ceciderunt. Eodẽq; die ab hora dei sexta sol in totũ obscuratus est. terra nox subito obducta terris est ad leo vt stellas tũc diurnis horis vel potius in illa horrẽda nocte toto celo visas fuisse referaf. Eusebius etiã in chronica asserit se legisse q̃ tũc in Bithynia q̃ est in Asia fuit magnus terremor⁹. ⁊ maior solis obscuratio q̃ vnq̃ fuerit. ⁊ q̃ dies hora sexta in tenebrosa nocte versus fit. ita vt stelle viderenf in celo. ⁊ q̃ in Nicea que est vrbs Bithynie multas edes terremot⁹ subuerterit. De illius eclipsis miraculo. Dionysi⁹ in epistola ad Apolophanũ qui secũ erat in Egypto illo tpe postea sic scripsit. Cũ repimus. qꝛ ⁊ erat notissimũ solẽpati molestias nõ debere. aio ad te vaste peritie sacrarũ. adhuc nescim⁹ tante rei mysteria. Quid inquã speculũ doctrie Apolophani his secreꝫ ascribis. atq; tu mihi ore diuino. ⁊ nõ humani sensus sermone? O bone Dionysi diuinarũ permutationes sunt rerũ. In hystoria vero scholastica legitur q̃ philosophi ad hoc adducti sunt vt dicerent. Aut deus nature patitur aut ordo nature puertit. De turbatione corporũ inferiorũ clara sunt omnia. Tantũ de velo sciendũ est ꝺm Nicolaum de lira. q̃ erat iuxta tẽpluꝫ inter sanctũ ⁊ sanctũ sctõꝝ. Cui⁹ scissio significauit impletionẽ ꝟitatũ in morte xp̃i q̃ latebat in figuris veteris testamenti

Secõ fuit immensus dolor xp̃i ꝓpter sui confusionem. qñ cõsiderabat q̃ confusibiliter patiebat qꝛ precedenti dñica ab oi populo ita venerabiliter fuerat suscept⁹. Erat etem̃ passio eius ignominiosissima ⁊ despecta valde. de qua alias deo dante suo loco dicemus. Tertio immensus fuit dolor xp̃i ꝓpter patris derelictionẽ. Ideo clamans circa horã nonã voce magna dixit. Heli heli lamazabathani Quod est interpretatum. heli. i. deus meus. lama. i. quare zabathani. id est dereliqsti me. Vbi glosa dicit deus cum deseruisse in morte quia potestati persequentium eum exposuit Subtraxit enim protectionem, sed non soluit

UVA. BHSC. IyR_227

vnionem. Quidā aūt illic stantes scilicet mili tes romani ſm Hieronymū idioma hebraicū ignorātes dicebāt. Heliā vocat iste. At ⁊ mr̄ verba illa audiens ⁊ intelligens, illorūq; viz considerans vndiq; experiebatur merorem.

Qm xp̄s vehementer doluit in potatione ꝓpter amaricationem: propter pctōꝝ obstinationem ꝓpterq; matris lamentationem.

Tertij articuli secundus dolor.

Secūdus dolor tertij articuli dicitur potationis: quando iteruz clamans dixit Sitio, oblataq; fuit ori ei⁹ spōgia potu amarissimo repleta. Tūc doluit xp̄s ꝓpt̄ tria

Primo propter amaricationem.

Secundo propter peccatoꝝ obstinationē.

Tertio ꝓpter matris lamentationem.

tur. Jaco. iiij. Deus superbis resistit. ⁊ Sene-
ca tragedia. j. Sequitur superbos victor a ter
go deus.

Q̄ superbi cum suis ꝓximis conuersantur
arroganter.

Secundus fructus suꝑbie. qui signū
est superbi cordis arrogantia dicitur
Hic facit ꝓximos paruipēdere: ⁊ in
dictis gestis moribus cūctisq̄ extrinsecis re-
bus superbe cū ꝓximis se hr̄e. Qui sic est arro
gans superbe incedit: suꝑbe loquit: superbe i
gredit ⁊ egredit: superbe comedit, suꝑbe oīa
facit cū clamore ⁊ strepitu: minis ⁊ contume
lijs. Verūtn̄ contra istos est auctoritas Ecc̄i.
iij. c. dicētis. Quanto maior es humilia te in
oībus. ⁊ Cicero in. j. de officijs inq̄t. In reb⁹
etiam ꝓsperis suꝑbia fugienda est ⁊ arrogā-
tia. Nam vt aduersas res: sic ⁊ secundas im-
moderate ferre leuitatis est. ⁊ Ouidius. iij. de
arte amandi. Nō natet in vultu damnosa su-
perbia vestro. Dicit Cassiodorus in epistolis
Ornamētū omnium bonoꝝ est sincera beni-
gnitas. Igit si i gradu: aut dignitate: aut vir
tute suꝑas reliquos: noli illos pedibus ꝯcul-
care. Sis amabilis: affabilis: ⁊ vultu facieq̄
placidus ⁊ vt dicit Sen̄. ad Lucillū. Sic cum
inferiore viuas, quēadmodū tecum superiorē
viuere velles. Scribitur in policratone. libro
v. ꝙ Gratianus optimus imperator arguē-
tibus eum amicis: ꝙ in omnes familiaris es-
set nimium ⁊ comis. Respondit se talem velle
imperatorem esse priuatis. quales imperato
res sibi esse priuatū optasset. Bene est vt qui
alijs imperat timeatur. sed melius vt diligat

De hoc Cicero lib. ij. de officijs ait. Omni-
um rerum nec aptius quicq̄ ad opes tuen-
das ac tenendas q̄ diligi, nec alienius q̄ ti-
meri. Laudat ergo mansuetudo in omnibus
etiam magnis viris: dummodo tanta non sit
vt vilescat auctoritas. Recitat Ualeri⁹ libro
v. c. j. de Alexandro magno: ꝙ cum vidisset
militem quēdam senio confectum frigore ni-
mio stupefactum: cum ipe esset in sede subli-
mi ꝓpinqua igni surrexit: ⁊ suis manib⁹ illuꝫ
in sede sua reposuit dicens: illud salutare sibi
futurum. Sed nobis qui xp̄iani sum⁹ exēplū
xp̄i satis esse debet: de quo sic pulchre loquit
Hiero. in epistola ad Anthonium monachū.
Dominus noster humilitatis magr̄ disceptā
tibus de dignitate discipulis: vnum app̄hen
dit et paruulis dicens. Nisi conuersi fueritis
et efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in
in regnum celorū. Quod ne se docere tm̄ nec
facere videret docuit exemplo dum discipulo
rum pedes lauat: dum loquit cuꝫ samaritana
dum ad pedes sibi sedente Maria de celoruꝫ
disputat regno: dum traditorē osculo excipit
dum resurgens primo mulierculis apparuit.
Ad idem est textus Cypriani. xciij. distinctōe
c. dominus.

Qd̄ superbi querunt gloriam temporaleꝫ
que nihil est.

Tertius fructus qui signū est suꝑbie
est vana gloria. Sed quomodo va-
na gloria dicat plerique audire cupi-
unt. Nam si loquamur de illa beata de q̄ ps.
ait. Exultabūt sancti in gloria, certe vana nō
est quaꝫ cūcti desidetare tenent. Temporalis
adhuc gloria vana non est: que virtuti fauet:
conformatur nature: ⁊ animū ad queq̄ diffi-
cilia ⁊ ardua roborat. Est hec ꝟm Ambrosiuꝫ
libro de officijs. clara cum laude noticia. Et
ꝟm Tullium in rhetorica est frequens de ali
quo fama cum laude. Laus vero vt dicit Ari
stoteles p̄mo rhetoricoꝝ est sermo elucidans
magnitudinē rei. Unde Aug. suꝑ Johannez
Gloriam idē est quod clarificari. De hac glo-
ria inquit Seneca ad Lucillum. Nulla est tā
excelsa virtus que dulcedine glorie non tan-
gatur. Et Hieronymus ad Sabinianū. Na-
turali ducimur malo: ⁊ adulatoribus nostris
libenter fauemus. Et q̄q̄ nos respondeam⁹
indignos: et calidus rubor ora perfundat. ta
men ad laudem sui intrinsecus anima leta-
tur. Et Claudianus. Gaudet enim virtus te
stes sibi iungere musas. Carmen amat quis-
quis carmine digna gerit. Et Ouidius libro
de tristibus. Deniq̄ non paruas animo dat
gloria vires. Et fecunda facit pectora laudis
amor. Et Ecclesiastici. xlj. Curam inquit sa-

UVA. BHSC. IyR_227

plenus habe de bono nomine. ⁊ Prouerb. xv. Fama bona impinguat ossa. Et. xij. q. j. c. nolo. Aug. famam tuendā hortat: Et idem. v. de ciui. dei. c. xij. dicit de romanis. Gloriā ingentem: diuitias honestas volebāt. Hanc ardentissime dilexerūt. Propter hanc viuere voluerunt Propter hanc ⁊ mori nō dubitauerūt. Et. xviij. eiusdem. Hec sunt duo illa libertas ⁊ cupiditas laudis humane que ad facta cōpulere miranda romanos. Nō ergo videt gloria fugienda: quā oēs efferūt miris laudibus. Sz Alex. in. ij. q. dliij. mem. j. ⁊ Tho. sc̄da secūde. q. cxxxij. ar. j. dicunt q̄ gloria tpalis pōt appeti ordinate ⁊ inordinate. Cū primo modo appetit nullum est peccatum. Nam cū q̄s cogitat bonū suum dignū laudet approbat illud cupiens ab alijs laudari: aut ꝓpter diuinum honorem aut propter ꝓximorum salutem. aut appetendo nō appetit contra deum ⁊ ꝓximū: nec in gloria finem cōstituit. de superbia ⁊ vana gloria rrephēdi nō potest. Inordinate vo gloria appetitur primo q̄n quis q̄rit gloriam de eo quod est peccatū. sicut luxuriosus de carnalitate: iracundus de vindicta ⁊ cōtumelijs. ⁊ similia de quibus aliqui gloriātur: quos reprehendit p̄s. dicens, Quid gloriaris in malicia: q̄ potens es in iniquitate.

Secundo gloria appetit inordinate cū eaz quis querit de eo q̄ nō habet puta de sciētia de sapiētia. de sanctimonia vite. ⁊ hmōi Tertio q̄n quis querit gloriā de eo q̄ nō est gloria dignum: vt de diuitijs: de pulchritudine. de fortitudine: de edificijs. de dominijs ⁊ qui buslibet tpalibus bonis. Fatue quippe hoies in his gloriant ⁊ vane. q̄ omnia ista fumus ⁊ fauilla sunt. Ideo sapiens. Eccs. j. p̄stis dicit. Vanitas vanitatū ⁊ omnia vanitas. Chry so. sup Johannē. sic sequit. Hunc versiculum si saperent qui in potentia versant in parietibus suis omnibus ⁊ vestibulis scriberent in domo: in foro. ⁊ in egressibus: ⁊ ante omnia i cōscientijs suis, vt semper eum ⁊ oculis cerernent: ⁊ corde sentirent: q̄n multe sunt rerum facies ⁊ imagines false: que decipiunt incautos. Istud oportet quottidie carmen salutare ⁊ in prandijs: ⁊ in cenis: ⁊ in omnibus cōuentibus libenter vnūquēq̄ primo suo canere: a proximo suo libenter audire. quia vanitas vanitatū ⁊ omnia vanitas. hec ille. An nō videmus q̄ breui deficiant oia. Dicit esaias. xl. c. Omnis caro fenū: ⁊ oīs gloria ei⁹ quasi flos agri. Exiccatū est fenū: ⁊ cecidit flos. Jō Bugo li. j. de anima inqt. Dic mihi vbi sunt anni tores mūdi: qui ante pauca tpa vobiscū erāt. Nihil ex eis remansit: nisi cineres et vermes. Homines fuere sicut tu. Comederūt: biberūt riserunt: duxere in bonis apparentibus dies suos. in puncto autē ad inferna descendere. Dic caro eorum vermibus: illic anima ex nis supplicijs deputatur: donec rursus infelici cōmercio colligati sempiternis inuoluanf incēdijs. Et Baruch. iij. Vbi sunt ꝓncipes gētiuz et qui dominanf bestias que sunt sup terrā. qui in auibus celi ludūt: qui argentū thesaurisant: ⁊ aurum in quo confidūt homines: et non est finis acq̄sitionis eoꝝ qui argentū fabricant: ⁊ solliciti sunt. nec est inuētio operuz illorum. Exterminati sunt ⁊ descenderūt. Et alij loco eorum surrexerunt. Ad hoc facit exemplum de quodam imperatore mortuo: ad cuius sepulcrū accedens quidam pbs: tumulo patefacto videns cadauer illud horribile dixit. Intuitus suz cadauer cesaris in sepulcro. ⁊ vidi eum liuido colore colorati⁹ putredine circūdatum: aluū eius diruptum. et vermium cateruas: qui per illū transeūtes discurrebant. Duo famelici angues in oculoꝝ foueis pascebanf. crines non adherebant capiti. dētes patebant labijs cōsumpt̄. Et dixi. Vbinam cesar chorus puellarū. magnitudo diuitiarum. caterua baronū. acies militum. Vbi sunt canes venantes eque veloces. aues rapaces. thalamus depictus. lect⁹ eburneus. aurenm atriuz? Vbi sunt tot mutatoria vestimenta diuersa cibaria. canticiū lire. organoꝝ sonitus. odor aromaticus. Te verebank homines. timebant principes. colebant vbes. est tanta potentia. ⁊ tam preclara magnificētia. Et respōdit mihi. Hec omnia defecerunt in me q̄n defecit in me spūs meus. ⁊ reliq̄rūt in hoc me miserū sepulcro circūuolutū putredine carnis mee.

Oō supbi de se iactāter loquanf ⁊ qualit̄ potest quis absq̄ pctō se laudare.

Quartus fructus qui signū est elate q mentis iactantia ōz. ⁊ est cum quis ꝓpio ore se laudat. Hoc autē inconueniēs esse dictis sanctoꝝ ꝓboꝝ demōstrat Unde sapiens Prouerb. xxvij. ait. Laudet te alienus ⁊ non os tuum. extraneus ⁊ nō labia tua. ⁊ Cicero in ꝓmo de officijs. Turpe ē de seipso pdicare. ⁊ Quintilianus li. viij. de oratoria institutōe. Uitiosa est iactatio. infertq̄ audientibus non modo fastidium. sed etiā plerūq̄ odium. ⁊ Seneca libro secundo de officijs. Retrahēda est mentis iactatio, Res lo

UVA. BHSC. IyR_227

quantur nobis tacentibus. Quando aūt quis pōt de seipso dicere absq; peccato: lz dictuz sit in quadragesimali: tñ hic repetendū est. Ideo nota ꝟm doctrinā Alexandri in scdo volumine summe ꝙ aliq̄s pōt tripliciter se laudare.

Primo meritorie.
Secundo venialiter.
Tertio mortaliter.
Primo cum merito. Et hoc tripliciter.
Aut propter charitatem dei.
Aut propter charitatem proximi.
Aut propter charitatem propriam.

Primo laudat se quis ꝓpter charitatē dei vt sue bonitati gratie referant. De hoc sic loquitur Cyprianus in epistola ad Donatum. Odiosa iactatio est. q̄uis nō iactatū esse possit sed gratū: quicq̄d nō hominis virtuti ascribitur: sed de dei munere p̄dicat. Sic fecit gloriosissima virgo dū visitauit Elisabeth. Lu. ij. qñ cecinit verba illa suauissima. Magnificat anima mea dñm. Secundo potest quis cū merito se laudare ꝓpter charitatem proximi vtputa ne scandaliset ꝓpt verba detrahētiū. Nā vt dicit. vj. q. j. c. sūt plimi. Sunt plimi q̄ vitam moresq; bonoꝝ fortasse amplius q̄ debent laudant. Et ne qua elatio de laude subrepat. permittit omnipotēs deus malos in obtrectatiōez ⁊ obiurgationē ꝓrumpe. vt si qua elatio als culpa ab ore laudantiū in corde nascitur: ab ore vituperantiū suffocet. Qua de re sepe numero de viris bonis ⁊ iustis pusilli scādalisant: ideo licet quandoq; virtutes ꝓprias aperire. Sic fecit Aug. qui in sermone qui legitur in festo ipsi⁹ ait. Charitati vestre de nobisipsis hodie sermo reddendus est. Quia em̄ vt ait apostolus. spectaculū facti sumus mundo: angelis ⁊ hominibus: qui nos amant querunt quid laudent in nobis: qui nos oderunt querunt quid detrahant nobis. Nos autez in vtroq; medio cōstituti: adiuuante deo ⁊ vitā ⁊ famam sic custodire debemus: vt nō erubescāt de detractatorib⁹ laudatores. Hic Paulus. ij. Corinth. x. ⁊ xj. c. tam alta de seipso ꝓnunciat. Nam vt inquit Hiero. in argumento in epistolam ad Corinth. Corinthij sunt achaici: ⁊ hi ab aplo audierāt verbū veritatis ⁊ subuersi sunt multifarie a pseudo apostolis qui multa dixerūt cōtra Paulū. Tertio potest quis laudare se cū merito ꝓpter charitatem ꝓpriam qñ est in aliqua tribulatione: vt se cōsoletur. sicut Job dicebat. xxix. c. Oculus fui ceco. pes claudo. nauus debili. ⁊ pater erā quondam pauperum. Secundo in laude suijpsius potest esse pecccatuz veniale. cum. s. dicitur aliquid quod non est conra deum: nec cōtra ꝓximum. Tertio potest quis laudare se cum peccato mortali. Ut cuz quis laudat se de eo quod est contra honorem dei: puta de aliquo mortali: etiam si veritas dicatur. Aut cum quis nimis superbe ꝓfert de se falsa: vt decipiat proximos. Uel causa cupiditatis: vel causa glorie. Aut cum quis refert aliqua de se in expressam proximi cōtumeliam. sicut faciebat Goliath. i. Regum. xvij. c. q̄ dicebat. Ego exprobraui agminibus israel hodie. Et sicut peccatum est iactantia: ita ⁊ ironia: que est cū quis de se minora dicit. vt reputet bon⁹. Potest autem fieri dupliciter ꝟm Tho. scda scde q. cxiij. ar. j. Uno modo cum veritate. ⁊ sic nō est peccatum. nisi per alicuius circunstantie corruptionem. Alio modo cū falsitate. cū aliquis dicit illud quod in se nec recognoscit nec credit. Et de hoc dicit Aug. xxij. q. ij. c. cuz humilitatis. Cum humilitatis causa mentiris. si nō eras peccator anteq̄ mentieris mentiēdo efficeris quod euitaras Idem in. c. nō ita. ⁊ in. c. incauti. dicitur. Incauti sunt humiles q̄ se mentiendo illaqueant. Debet tamen vnusquisq; semper estimare se peccatorem. Unde di. v. c. Ad eius Bonaruz mentium est ibi culpam cognoscere: vbi culpa non est.

De quattuor alijs fructibus superbie: quorum primus est ambitio. Articulus. II.

a Omonet nos diuina scriptura vt superbie crimen effugiamus ostendens deū omnipotentem illam non parum odire Unde Amos. vj. Dicit dñs deus exercituum. Detestor ego superbiā. Et ꝓuer. viij. Arrogātiam ⁊ superbiam ⁊ viam prauam ⁊ os bilingue ego detestor. Et eccli. x. Odilis est coraz deo ⁊ hominibus superbia. Quare ipse excelsus dominus cominatur superbis durissime. Dixit em̄ esaie. xiij. c. Requiescere faciam supbiam infidelium: ⁊ arrogantiam fortium humiliabo. ⁊. xxviij. c. Ue corone supbie. Et Hiere. l. Ecce ego ad te supbe dicit dñs de⁹ exercituū. qꝛ veniet dies tuus tempus visitatiōis tue. Et cadet superbus ⁊ corruet: ⁊ non erit q̄ suscitet eū. Propterea in hoc articulo de alijs quattuor fructibus superbie loquemur.

p Rimus fructus est ambitio qua quis inordinate dignitates appetit ⁊ honores. Hec immanis bestia totum fere mundum destruit: status omnes cōturbat scandala plurima parit ecclesiamq; cōfundit. Unde in. c. nihil. extra de electōne dicitur. Ni-

UVA. BHSC. IyR_227

hꝫ est quod magis ꝛ fficiat ecclesie dei ꝙ̄ p̄ in digni assumantur prelati ad regimen animarum. ¶Hoc ideo est quia ambitiosi p̄sumunt ꝛ ingerunt se precibus ꝛ precio vt dignitates acquirant. Sed audiant Chrysо. di. xc. multi. di. Quicūq; desiderauerit primatum in terra: inueniet cōfusionē in celo: nec inter seruos xp̄i computabit qui de primatu tractauerit. Et. viij. q. j. c. in scripturis. ponitur dictū apostoli. ad Heb. v. Nemo sibi assumat honorem ꝫ qui vocatur a deo tanq̄ Aaron.

De hypocrisi maligna xp̄o exosa.

Secundus fructus supbie est hypocrisis que vt dicit Alex. in. ij. q. clxxxvj. mē. j. est amor apparentis boni: qñ quis est malus: ꝛ similat se esse bonum. De his hypocritis loquitur Arist. j. elenco. ꝛ. Quibusdam inquit est magis ope preciū videri esse sapientes ꝙ̄ esse ꝛ nō videri. Et Sen. ad lucillū ait. Quod loquimur: sentiamus cōcordet vmo cum vita. Et iterū ad eundē. Multo magis ad rē p̄tinet qualis tibi ꝙ̄ qualis alijs videaris. Et idem ad eundē. Illud te admoneo ne eorum more qui non p̄spicere: ꝫ conspici cupiūt facias aliqua que in habitu tuo aut genere vite notabilia sint. ¶Hos hypocritas supra oēs pctōres detestatus est dñs Iesus xp̄s. Naz. Mat. vj. dicit. Cū facis elemosynā noli tuba canere ante te. sicut hypocrite faciunt. Et ibidez. Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes. ꝛ xvj. Attendite a fermento phariseorum quod est hypocrisis. Et. xv. Hypocrite bene p̄phetauit de vobis esa. ꝛ. xxiij. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: qui clauditis regnum celorum ante hoies. Vos eñ non introitis nec introeuntes finitis intrare. Tales sunt religiosi ignorātes q̄ in predicationib⁹ ꝛ p̄fessionib⁹ ac concilijs damnant coniugia: asserunt q̄z nemiñ in statu mr̄imonij posse saluari. Et iterū Mat. xxiij. c. Ve vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: qui comeditis domos viduaꝝ: orōnes longas orantes. Tales sunt religiosi ꝛ sacerdotes multis artibus bona viduarū rapiētes Et iterum ibi. Ve vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite. qui circumitis mare ꝛ aridam: vt faciatis vnum proselitum: ꝛ cum factus fuerit facitis eū filiū gehenne duplo ꝙ̄ vos. Proselitus dicebat q̄ ex gētilitate conuertebat ad iudaismū ad quod pharisei multū elaborabant ꝓpter inanē gl̄iam. Sic hodie faciūt religiosi qui indistincte induunt fratres: ꝛ penitentes de tertio ordine. ꝛ iterum. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: qui decimatis mentam et anetum: ꝛ cyminum: ꝛ reliq̄stis que grauiora sunt legis: iudiciū miam ꝛ fidem. Tales sunt multi: qui sibi p̄sciam de mimis faciūt que alij qñ pcā non sunt. tñ de odio formali p̄ximi: de detractionibus ꝛ infamijs non curant. Et iterum. Ve vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite qui mūdatis qđ deforis est calicis ꝛ parapsidis: intus aūt pleni estis rapina ꝛ immunditia. Tales sunt q̄ tñ opiniones vulgariū de q̄ busdam ad rem nō ptinētibus pascūt. vt ferre ante oculos scapulare ꝛ nudos ostēdere pedes ac similia: que si fiant vt hoibus ostendātur. hypocrisis vitiuz sapiunt. Secus si bono animo ꝛ ꝓpter diuinum amorem. Et iteruz. Ve vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: q̄ sil̄es estis sepulcris dealbatis: que foris parēt hominibus speciosa: intus ꝫo plena. sunt ossib⁹ mortuoꝝ ꝛ omni spurcitia. ꝛ iterū Ve vobis scribe ꝛ pharisei hypocrite: q̄ edificatis monumenta ꝓphetarū. patres aūt vestri occiderūt illos. Nec mirum ꝙ̄ ita acriter persecutus est hypocritas xp̄s. quia dicit Esaie. ix. Omnis hypocrita est nequā. Et augu. lxxxiij. distin. c. nemo. Nemo nocet amplius in ecclesia: ꝙ̄ q̄ uerse agens nomen vel ordinem sctitatis et sacerdotis habet. Cōcordat huic sententie Ciceronis dictum in primo de officijs. Totius iniusticie nulla capitalior est: ꝙ̄ eoꝝ qui cum maxime fallunt. id agunt vt boni viri esse videantur. Cognoscere possunt omnes sapientes ꝛ viri graues hypocritas a fructibus eoꝝ vt docuit christus Matth. vij. qui sunt prorumpentes odia persecutiones: detractiones: impatientie. ambitiones: appetitus. honoris. et laudis: diligentia querendi fauores dñorum temporalium. mendacia. fictiones: extra claustrum discursus inutiles. mulierum frequentationes et conuersationes. ꝛ his similia. Taceo quod scio. quod vidi: quod audiui. vnusq̄sq̄ iudicet seipsum. Unum tamen asserere possum ꝙ̄ rarissimi sunt qui religiosam vitā ꝓfitentes aut spūalem: hypocrisis labe non deturbent. Fatet hoc Hieron⁹ qui libro secūdo contra pelagianos ait. Quāuis alijs vitijs carere possumus: hypocrisis maculam non habere aut nullorum aut paucorum est.

Qđ superbi pertinaces sequuntur proprium sensum.

Tertius fructus supbie dicit pertinacia. Dicitur pertinax qui ita firmiter suo hereret sensui: vt nemini velit acquiescere. sequitur proprias opiniones ꝛ iudicia spretis consilijs et sapientum et amicorum

UVA. BHSC. IyR_227

dictis. Ne igit̃ quis pertinax deprehendatur tria principal'r dz obseruare. Primũ vt ꝓboꝝ viroꝝ sentẽtijs magis q̃ ꝓprie inhereat Hoc scribit̃ extra de cõstitutionib⁹.c.ne innitaris vbi sic habet̃. Ne innitaris prudẽtie tue Prudentie sue innititur qui ea que sibi agenda vel dicenda videntur: patrũ decretis ꝑponit. Idẽ ponitur extra eo.c. canonũ. ⁊. viij.q. i.c.sciẽdũ. ⁊. iij.q.ix.c.puta. Secundum vt aceptis que bona credebat: ⁊ postmodũ cõpetit mala siue in dictis siue in facti: retrocedat. Unde dicitur.xxij.q.iiij.c.diffinitio. Diffinitio incauta laudabiliter est soluẽda. Idem in sententia ponitur in.c.magne. Augustin⁹ doctor eximus fecit librum retractationum. Arrius hereticus fuit pertinax ⁊ petijt. Sic cai⁹ flãminius fuit pertinax. ⁊ princeps: ⁊ ab hannibale apud locũ transimenuz deuictus est ⁊ occisus. Tertiũ qd̃ obseruandũ est vt euitetur pertinacia: ꝙ quantũcũqꝫ homo sit sapiens: in rebus tamen duris ⁊ arduis vtat̃ maturis consilijs. Inquit em̃ Hierony. super illo verbo Esaye.iij. Et consiliarius non est tibi. Greci poete laudabilis sapientie dixerunt primũ esse beatũ qui per se sapiat: secundũ qui sapientem audiat. Qui autẽ vtroqꝫ caret. hunc inutilem esse tam sibi q̃ alijs.

Qd̃ superbi ingrati sunt deo ⁊ hominibus.

Quartus fruct⁹ suꝑbie dicitur ingratitudo. Solent suꝑbi esse ingrati deo ⁊ hominibus. Nã superbus beneficia ⁊ dona que habet a se habere: aut proprijs meriꝭ credit. Cui apl'us.i.Coꝝ.iiij.ait. Quid habes quod non accepisti? Si autẽ accepisti cur gloriaris: quasi non aceperis? ⁊ Jacobi ꝑmo ca. Omne datũ optimũ ⁊ omne donũ perfectuz desursuz est. Superbus ergo nec deũ recognoscit: nec proximo beneficio refert gratias: immo semper detrahit: semper cõqueritur. quia nulli vellet subditus esse vel obligatus.

De quattuor alijs fructibus suꝑbie quoꝝ primus est inobedientia. Articulus. III

Si diuersis iaculis non vulneraret superbia mentes mortaliũ. non insudarem tam diu ad eius reprobationem. Sed quia ipsa pene oẽs inuoluit. ⁊ vix reperitur qui ab ipsa sit alienis. idcirco in hoc articulo de quattuor eius fructibus vltimis adhuc dicemus. Primus itaqꝫ fructus inobedientia vocatur. Ex hoc filij parentibus: subditi prelatis: ⁊ inferiores superioribus obediae contemnũt. Hoc aũt maxime perficitur in illis qui se bonos reputãtes cũ videant de facto malos suꝑiores ⁊ ꝑlatos: ab eoꝝ obediẽtia se eximũt: reputãtes iniquũ ⁊ iniustũ fore vt boni criminosis subijciant̃ ⁊ reis. Contra istos dixit Alex.in.iij.summe in.q. vtrũ boni subijci teneant̃ malis. in.q.xlviij.mẽ.ij. ar.j. ꝙ sic. qꝛ mali subijciunt̃ malis ꝓpter vitium puniẽdũ: ⁊ boni subijciunt̃ malis ex dei ordinatõne ꝓpter vtilitatẽ sue purgatõis. Unde Amb. suꝑ epl'am ad Ro.xiij. ait suꝑ illo v̄bo. Principes nõ sũt timori boni opis. Si bon⁹ est ꝑnceps: bñ opantẽ nõ punit sed diligit. si mal⁹ est: nõ nocet bono ꝫ purgat eũ. Et in.q. xl.mẽ.iij. Utrũ ꝑlatus mal⁹ possit iudicare inferiorẽ bonũ. Rñdet ꝙ põt de officio ptãtis Et adducit exemplũ Saulis: de q̃.viij.q.j.c. Audact̃.et.ij.q.vij.c.plerũqꝫ. ⁊. j. Reg.xxiiij. Qui cũ esset a dñe reprobatus: iudicabat tñ ppl'm dei: ⁊ vniuersus ppl's ei⁹ iudiciũ expetebat. Unde dixit Dauid post reprobationem ꝓfitens ip̃m eẽ iudicẽ a dño. Propici⁹ sit mihi dñs vt nõ extendã manũ meã in xp̃m dñi Dauid etiã cũ esset adulter ⁊ homicida introgatus a ꝓpheta sniam in diuitẽ dedit qui rapuit ouem pauꝑis dicẽs. Judicium mortis ẽ viro huic. Salomon etiã amore mulierũ deprauatus coluit deos gentiũ. tamẽ vniuersa plebs israelitica ad eius iudiciuz confluebat. Et in questione. Utrum honor sit exhibend⁹ malo prelato. dicit Alex.q. xxxiij.mẽ.iiij. ar. v. ꝙ q̃diu ab ecclesia tolerat̃ debet̃ sibi honor et q̃uis male presideat: quousqꝫ ab eccl'ia deponat̃: vt bene ꝑsidens debet haberi. Nec debent inferiores iudicare vtrum bene operent̃ sed illos dñs iudicabit. Et in.q. Utrũ malus prelatus magis sit honorãdus q̃ bon⁹ subditus. Dicit ꝙ malus ꝑlatus inquãtũ ꝑlatus magis dz honorari q̃ bon⁹ subdit⁹: qꝛ magꝭ est in participatione debiti honoris. Confirmant̃ dicta per Alex.j. Petri.ij. vbi dr. Serui subditi estote in omni timore dominis. nõ tantũ bonis ⁊ modestis: sed etiam discholis. Et ad idem est textus di.ix.c.j.§. Quicunqꝫ. et.xj.q.iij.c. Julianus.c. Qui resistit.c. Si dominus.c. Imperatores.c. Quid ergo mirum. et.c. Si is. Dum igit̃ prelati mali precipiunt ea que non sunt contra deũ et bonos mores. audiendi sunt iuxta ꝑcepta dñi Matt.xxiij. dicentis. Super cathedram moysi sederunt scribe ⁊ pharisei. Omnia ergo quecũqꝫ dixerint vobis seruate ⁊ facite. ꝫm opera v̄o eoꝝ nolite facere.

Qd̃ suꝑbi sunt curiosi scire q̃ non possunt aut non debent.

UVA. BHSC. IyR_227

Ecundꝰ fructus superbie curiositas vocat. hz aũt Tho. ij. q. clxvij. ar. j. curiosus aliqs põt dici multiplicíter. Primo qui querit scire qõ supra vires est Contra illud qõ scribit Eccli. iij. Altiora tene queſieris: ⁊ fortiora te non fueris pscrutatus. Sic sunt curiosi qui volunt inuestigare ingenio suo secreta dí. Pro quibus dicit Zach. libro. j. diuinarũ institutionũ. Veritas ⁊ arcanũ summi dei qui fecit oia ingenio ac pprijs sensibus nõ põt cõprehendi. Alioquin nihil inter deũ hoiemqꝫ distaret. si consilia ⁊ dispositiones illius maiestatis eterne cogitatio asseqꝫ humana. Secũdo dicit curiosus cũ quis querit scire aliozũ facta: que ad ipm nõ pertinent. Nam quilibet seipm inspicere habet nõ ptmos. vt dixi in quadragesimali in sermone de iudicio curioso ⁊ temerario. Ẽm vt inquit Cicero in qstionibꝰ tusculanis. Prozium stultitie est aliena vita cernere suozum obliuisci. Verum hodie impletur illud dictum Senece libro. ij. de ira. Aliena vitia ante oculos habemus: a tergo nostra. Et de hoc ait Marcialis coquus. Ad fratris culpã aquilu lumina poztas. Tertio dicitur aliqs curiosus cũ querit scire quod scire peccatuz ẽ. vt artes magicas. Nam vt dicit sctus Boñ. in. ij. di. vij. pte. ij. ar. ij. q. iij. Duusmõi artes exerceri non possunt absqꝫ peccato. quia phibitũ est. ⁊ per legẽ diuinã. vt pz Leuit. xx. ⁊ per legem positua. vt hf. xxvj. q. v. c. Si quis. j. c. q diuinationes. ⁊. c. nõ liceat. Ratio huius p hibitionis est. quia qui diabolum aduocat per magicas artes aut quouis modo peccat in se ipm dum se cõmittit discrimini. peccat in ecclesiã dũ habet cõmerciũ cuz illo qui est oino prescisus ⁊ ecclesie aduersarius. peccat etiam i maiestatẽ diuinã dũ recurrit ad diabolũ qsi deus non sit ompotens ⁊ sufficiens atqꝫ benign⁹. Quarto põt aliquis dici curiosus cum querit scire quod scire non est peccatum: sed cum indebito modo. vt faciunt illi qui volunt acquirere sciẽtiã per artẽ notoziã. Et quinto dicit quis curiosus cum querit scire sed non ad debitum finem.

Põ superbi sunt contentiosi.

Ertius fructus superbie contẽtio vocatur. quia superbi solent esse verbosi: ⁊ contendunt libenter: ⁊ oĩibus loquentibus contradicunt. assumũtqꝫ libenter oẽm contrarietatẽ vt videantur sapientes. De hac cõtentione dixi i quadragesimali copiose

Põ superbi sũt presumptuosi.

Artus fructus supbie õr presumptio. De qua sunt tria notãda. Primũ quia presumptio sumitur multipliciter. Aliquãdo p pbatione semiplena in iure. Et sic õr lib. vj. de reg. iuris. Semel malus semp presumit esse malus. Scõo accipit psumptio p quadã bona cõfidentia. Et sic accipit Judith. vj. Benedictus es dñe qui nõ derelinquis psumẽtes de te. Et di. xiij. c. deniqꝫ Tertio sumit pro vna ex spẽbus peccati in spiritũsanctuz. Quarto sumit prout opponitur magnanimitati. Et sic est spẽs supbie. et põt sic diffiniri. Presumptio est vitium quo quis aggredit vel exequit ea que sunt supra facultatẽ suã ⁊ conditionẽ. Hoc vitium opponitur magnanimitati p excessum. Nã magnanimitas est virtus moralis tendẽs ad magna opera magnos honores. sed ẽm rõnem ⁊ ẽm ⁊ tutem suã ⁊ dignitatẽ. Huic aũt virtuti opponit aliquod vitiũ ẽm defectuz ⁊ aliquod ẽm excessum. sicut ⁊ alijs virtutibus moralibus. Et ẽm defectũ quidẽ opponit vitiũ pusillanimitatis quo quis retrahit se ab his omnibus quibus est dignus vel aptus. dũ scz nõ conatur ad operandũ ea que sibi competũt ẽm statuz suum. Ex hoc prohibet Eccli. vij. Noli inquit sapiẽs eẽ pusillanimis in animo tuo. Sed p excessum opponit magnanimitati psumptio que attemptat magnũ opus excedens facultatem suã. Põ quidẽ pctm est ẽm Tho. ij. q. clxx. ar. ij. qm vt inquit Seneca libro de qt tuoz virtutibus. Magnanimitas si se supra modũ extollat facit virum minacẽ inflatuz ⁊ inquietũ ⁊ turbidũ: ⁊ in quascuqꝫ excellẽtias dictorum factorũqꝫ neglecta honestate festinum. Scõm notandũ qꝫ si homo vult se retrahere ⁊ conuertere ad diuina per oratiõnẽ. contemplationẽ: ⁊ hmõi vniẽdo se eis p intellectuz ⁊ voluntatẽ: q̃uis diuina sint supra hoiem: non tamẽ dicet psumptuosus si debito modo. i. ẽm rõnem se applicet eis. i. ẽm capacitatem suam. Tertium notandũ qꝫ si aliquis attemptat aliquod opus facere nõ ex seised virtute diuini auxilij: hoc non erit psumptuosuz. Opus eñ magnũ de se cũ fiducia diuini auxilij facultatẽ nram nõ excedit: dummodo illud fit pportionatuz psuppposito auxilio cõis gratie. sicut attemptãdo celebrationem: cõionem: religionis ingressum. regimen impositũ cũ debita circũstantijs ⁊ hmõi: Di ꝓnominati fructus a supbie radice pueniunt. Eradicetur arbor. et fructus peribũt et exiccabuntur. Nisi enim humiles fuerimus

UVA. BHSC. IyR_227

heredes celestis regni nunq̄ valebimus. Ad quod nos perducat iesus redemptor mundi: qui est bñdictus in scla scl̄oꝝ. Amen.

De iudicio dei cōtra primos parentes: mādato diuino inobedientes. Sermo VI

Restatur nobis in

p dies causa quare dei iusticiā time re debeamus. Quīnā non paueat dū ꝑm veridicā scripture sancte traditionem ꝑ inobediētia primoꝝ parentū: ꝛ ipos ꝛ oēs ipoꝝ posteritatē penis grauissimis viderit afficī? Non finit deꝰ iniuriā sibi fieri: quin p flagella sequentia ostēdat quantū sibi displiceat Non est acceptor personaꝝ. nec respicit cuiusq̄ dignitatē. Non permisit hoiem labentē impune transire. Apud quosdā tamē impios ꝛ incredulos figmenta videntur esse: que dicūtur de peccantibꝰ hoibus primis. Jdcirco in hoc sermone de iudicio dei ꝓtra hoiem iobedientes dicturi: tria more solito mysteria. declarabimus.

Primū ōr causalitatis.

Scōm qualitatis.

Tertiū penalitatis.

De causa pene primoꝝ parentū: quia ꝓ ꝓpria voluntate preterierūt dei preceptū.

Capl'm I

Atisfaciendū arbitror in hoc primo s capło eoꝝ opinioni qui primoꝝ parentū culpā alleuiare: imo excusare nituntr. Asserūt equidē. Si voluisset deus nō peccasset adā: q̄ si deus causa fuerit transgressionis illius. Quare ad tranq̄llitatem cordis opus est hic quattuor dubia disputare.

Primū vtrū deꝰ sit causa peccati.

Scōm. vtrū deꝰ possit facere voluntatē creatam impeccabilē per naturam.

Tertiū vtrū deus debuit ꝑmittere hoiem impugnari.

Quartū vtrū diabolus ex inuidia tentauit hominē.

Ad primū dubiū obijciendo arguūt aliq̄ ꝙ deus sit causa peccati. Et primo ex auctoritate. Esa. xlv. Ego dñs ꝛ non est alter. formans lucē ꝛ creans tenebras: faciens pacem ꝛ creans malū. Et Amos. iij. Nō est malū in ciuitate qō dñs nō faciat. ꝛ Eccl'i. xj. Bona ꝛ mala: vita ꝛ mors: paupras ꝛ honestas a dō sūt Jtē arguitur ex rōne phi. Quicquid est causa cause: est causa causati: ꝙ deus ē cā liberi arbitrij: liberū arbitriū est cā peccati. ergo deꝰ est cā peccati. Contra ista est auctoritas Aug. in libro. lxxxiij. q. qui ait. Deo auctore nō fit hō deterior. Ñdet ergo Tho. j. q. lxxix. ar. j. ꝙ hō ōr esse causa peccati dupl'r. Uno modo directe: indinando. s. volūtatē suā vel alteri? ad peccādū. Alio modo idirecte: dū. s. nō retrahit aliquos a peccato. Exech. iij. speculatori dicit Si nō dixeris impio morte morieris sanguinem eius de manu tua requirā. Deus autem nō pōt esse directe causa peccati: q̄ oīe pctm̄ est per recessum ab ordine. Deus aūt oia inclinat ꝛ cōuertit in semetipz sicut invltimū finē sicut Dionysi? ait. ij. c. de diui. no. Ūn impossibile est ꝙ fit sibi vel alijs cā discedendi ab ordine qui est in ipm. Ūn nō potest directe eē cā peccati. simpl'r nec indirecte. Cōtingit em̄ ꝙ deus aliq̄ꝰ nō ꝓbet auxiliū ad vitāda peccata: si ꝓberet nō peccarēt. Sed totum hoc facit ꝑm ordinē sue sapiētie ꝛ iusticie: cū ipe sit sapia ꝛ iusticia. Ūn nō imputat ꝙ aliq̄s peccat sicut causę peccati. sicut gubernatoꝝ nō dicitur cā submersionis nauis: ex hoc ꝙ nō gubernat nauim: nisi q̄n subtrahit gubernationem potens ꝛ debens gubernare. Et hoc modo intelligitur dictū apli ad Roma. j. Tradidit illos deꝰ in reprobū sensum vt facerēt ea q̄ nō cōueniūt. inquantū. s. nō ꝓhibet eos quin suū reprobū sensum sequant. Ñdet ꝑ Tho. ad auctoritates in cōtrariuz allegatas ꝙ triplex ē malū. s. culpe: pene ꝛ dāni. Inter q̄ ē differentia: q̄ malū culpe est in agendo. Ñā peccatū est dictū vel factū vel cōcupitū contra legem dei. vt dicit Aug. ꝓtra Faustū. Malum vero pene et dāni est in patiendo. Illud ē voluntariū. ista inuoluntaria. Deus igit̄ est causa mali pene: quia omis pēa iusta. Et qui contrariū asseruerunt: diceret vtiq; ꝓpositoꝝ hereticam. xxiij. q. iij. c. quidā. Similiter dicendū ē de malo damni. Unde Job. j. c. non dicit chal dei abstulerūt: sed dixit. Dominus dedit dominus abstulit. Datet hoc etiā. xxiij. q. v. ca. remittuntur. Si loquimur de malo culpe: vt ꝓdictū est. deus nullo modo est causa peccati

Ad rationeꝝ vero ꝓbi dicit Thomas ꝙ effectus cause medie procedēs ab ea. ꝑm ꝙ subditur ordini cause prime: reducitur in causam primam. Sed si ꝓcedat a causa media ꝑm ꝙ exit ordinē cause prime. nō reducitur in causam primam. sicut si minister facit aliq̄d contra mandatū dñi. hoc nō reducitur in dñm sicut in cām. Sicr peccatū q̄ō liberū arbitriū cō mittit nō reducit in deū. sicut in cām. Ñā licz deꝰ dederit homini liberū arbitriū quo posset peccare: etiā dedit q̄ non peccaret. Quare di-

UVA. BHSC. IyR_227

cit ihiero. ad demetriadē. Utrūcz nos posse voluit optim⁹ creator. ꝫ facere tantū quod ip̄erauit. Unde vt peccata vitarem⁹ dedit angelū custodē. dedit lumen rōnis naturalis dedit būficia sua. volēs reliquas creaturas homini seruitiū tribuere. dedit legē scriptā ⁊ pre cepta vite. misit in mūdū vnigenitū filium veritatē fecit per apl̄os predicari. cōminat eternas penas. pollicet figurā gl̄ie. ⁊ similia. cū quibus oibus hortatur omnes. immo ⁊ pre cipit vt declinēt a malo ⁊ faciant bonum. Secundū dubiū erat. vtrum de⁹ possit facere voluntatē creatā impeccabilē per naturā? ihiRūdet Anselmus libro Cur deus homo. ij. c. xx. ꝙ nō. ex eo quia non potest facere creaturaz esse deū. Eā nō potest creatura esse impeccabilis nisi sit deus essentialiter. quod ē ipossibile vel suppositaliter sicut xp̄s. Jdeo dicit ihiero ny. in euāgelio prodigi. Solus deus est in quē peccatū cadere nō pōt. ⁊ Aug. ꝺ matimū Solus deus natura sua nō potuit nec pt nec poterit peccare. Declarant ista a sācto Boñ. in. ij. dist. xxiij. parte. j. ar. j. q. j. lic. Si liberuz arbitrium creature rationalis fieret naturaliter ad maluz inflexibile: aut hoc esset propter ipius artationē ad bonū: aut propter determinationē. Si ꝓpter artationē vt sic faceret bonū sicut lapis tendit deorsum: certe iam liberū arbitriū non esset liberuz: nec opus eius esset laude dignū: ⁊ ita ineptū esset ad finem ꝓpter quē est factū: videlz ad laudis ⁊ glorie premiū assequēdū. Si aūt inflexibile esset ad malū ꝓpter determinationē: quia sic potens esset per ꝓpriā naturā in bonū vt nō posset facere iū malo. sicut est de libero arbitrio diuino quod ad sola bona determinatū est: liberū arbitriū careret vanitate per naturam suam ergo iam nō esset creatura nec ꝺductū ex nihilo: cū ois creatura vanitati sit subiecta. Proꝑterea esse impeccabilē per naturā ꝓpriam est solius dei. Tertiū dubiū fuit. vtrū deus debuit permittere hoiem impugnari: quem ꝓsciebat in pugna deficere? Et ad ꝫ dicit Boñ. in. ij. dist. xxiij. ar. j. q. ij. ꝙ sic decet deū administrare res ⁊ eis puidere: vt salua sit lex quā indidit eis a primaria rerū ꝺditione. iuxta illud Augustini libro. xij. de ciuitate dei. Sic deus res ꝯ ꝺdidit administrat: vt vnāquāqz agere ꝓprios motus sinat. Sz de⁹ fecit hominē in vertibilitate arbitrij: ⁊ similiter diabolū ergo: si diabolus voluit hoiem temptare ⁊ homo voluit ei consentire: deus nullum illoꝝ debuit impedire. Jnsup facili⁹ erat hominiyin cere aduersariū ꝙ diabolo vincere hominē? ihiOmo enim non poterat vinci nisi volens: q̄ re pugna illa de se magis erat ordinata ad victoriaz hominis ꝙ diaboli. ⁊ sic magis ad bonum ꝙ ad malum. Si ergo deus permittere debet quod directe ad bonum hominis ordinatur: videtur ꝙ a temptatione primi hominis non erat arcēdus aduersarius. Adhuc voluit permittere hoc deus: quia voluntarium peccatum hominis remedio carere non debebat: quod fuit dum christus filius dei misericorditer ꝓ illo dignatus est satisfacere. Ob quod ecclesia cantat. O felix culpa que talez ac tātū meruit habere redēptorē. Accedit etiā hec permissio ad peccati alleuiationē. Leuius eñ fuit peccare alio suggerente ⁊ impellente ꝙ voluntate ꝓpria incuruante. quia fortasse homo cecidisset etiam si nunq̄ aduersari⁹ pestifera suggessisset. Si ergo peccauit homo imputandū est sibi voluntarie ad peccatū cōsentienti. Nam vt dicit magister in scō. dist. xxiij. Fuit hōi adiutoriū datū in creatione: q̄ poterat manere si vellet. Illud vtiq̄ fuit libertas arbitrij ab omni labe ⁊ corruptela immunis: atq̄ voluntatis rectitudo ⁊ omnium naturalium potentiarū animē sinceritas atq̄ vigor. Sed inquiunt nōnulli. Potuisset ne deus qui est omnipotens voluntatem hominis vertere in bonum? Et respondet magister sentētiaꝫ dist. xxiij. secundi. c. j. Potuisset reuera. Cur non fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipse nouit. Non debem⁹ plus sapere q̄ oportet. Quartum dubium fuit. vtrum inuidia motus est diabolus ad temptanduz hominē? Et ꝙ sic ꝓbatur auctoritate scripture. Dicitur enim Sapiētie. ij. c. Jnuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Sed contra hoc posset quis instare. Primo quia omnis inuidia est respectu paris vel superioris: ꝺm ꝙ dicit Gregorius scō moraliū super illo verbo Job. Paruulum occidit inuidia. Superioris inquit. saltem ꝺm reputationē. Sed diabolus non reputabat hominē superiorē se ergo videtur ꝙ ei non inuidebat. Secundo inuidia est respectu boni quod aliquo modo potest acquiri: sed diabolus nō poterat peruenire ad eternā beatitudinē: quia lapsus erat irreparabiliter. ergo videtur ꝙ ꝓpter illius acquisitionem non inuidebat homini. Respondet Bonauentura in secūdo: dist. xxj. articulo. j. q. j. ꝙ mens diaboli a superbia ⁊ inuidia possessa videns hominem in statu in quo poterat cadere sub diabolica potestate; ⁊ in q̄

UVA. BHSC. IyR_227

poterat ascendere ad supernam felicitatē: ē ex hoc ex supbia motus: ⁊ ex inuidia ad ipsuz tē prandum. Ex superbia nanq; vt ipsum sibi subijceret. Ex inuidia vero vt ipsum a superna felicitate retraheret. Et superbia fuit sicut mouēs primū. Inuidia vero sicut mouēs primum ⁊ immediatū. Esto ēm ꝙ non posset dñum super hominem acquirere, adhuc studuisset ipsum a paradisi gaudijs impedire.

Ad primū ergo in oppositum dicendum ꝙ inuidia nō solum est respectu superioris eius qui est superior. sed eius qui pōt esse. Quāuis autē in statu illo nō reputaret hominem superiorem se, inuidebat tamen ne merito obediē/tie sublimaret ad statum glorie i quo statu ipsum superiorem se nō dubitaret. Potest etiaz dici ꝙ tunc reputabat ipsum superiorem se in hoc ꝙ poterat peruenire ad illam gloriam ad quā poterat ascēdere ipse diabolus. Ad se cundum dubium ꝙ nō solum inuidet aliquis respectu boni quod potest obtinere: sed etiam respectu eius quod natus est habere ꝙuis nō possit: sicut truncatus ⁊ cecus inuideret alijs de visu ⁊ pgressu. Licet autem diabolus nō pos sit ad beatitudinem peruenire: tamē habet ad hoc naturalem aptitudinem. Temptauit ita/q; hominem ⁊ a muliere cepit. vt patet Gen. iij. Quare autem ab ipsa cepit ⁊ non a viro. Dicit Boē. vbi. ē. q. j. quia attendebat mulie rem esse minoris sapientie debilioris constā/tie. ⁊ impoztunioris adherentie. Propter mi/nozem sapiētiā erat facilioz ad seducendum ⁊ ideo diabolus seductoz p eam sibi voluit face/re trāsitum ad viam. Propter debilioztem con stantiam facilioz erat ad peruertendū: ⁊ ideo diabolus expugnatoz aggressus est hominis ciuitatem ex ea parte ex qua erat aditus mi/nus munitus. Propter impoztunioztem vero adherentiam. cogitauit diabolus ꝙ si mulier primo vinceretur nō quiescere quousq; peruer teret virum.

De qualitate peccati primozum parentuz. ⁊ grauitate illius culpe ⁊ remissibilitate.

Capm. II

c Vpiūt equidem multi declarari sibi quod fuit illud peccatum tā grande ex quo sumq; deo celi. quod nō nisi mo/te xp̄i deleri potuit: ⁊ ppter qō tamdiu altissi mus dñs cōtinuit in ira misericordias suas. Utile q̄ppe est inspicere diligenter. q̄ fit dam nosum dei mandata preterire: cū ex inobedie/tia: vt patebit Adam deo sit factus inimicus. Ad hoc aūt melius inuestigandum: quattuoz in hac parte dubia erūt declaranda.

Primum vtrū peccatū primoz parentū fuit inobediētia.

Scōm. vtrū pctm illud fuit grauissimum omnium pctoz.

Tertium. vtrum grauius peccauit vir q̄ mulier.

Quartū vtrū magis fuit remissibile pecca/tū hominis q̄ pctm angeli. Et licz tria dubia posita sint in quadragesimali in sermone de obedientia. tñ adhuc inserenda illa sensui: vt materia ista clarius ab omnibus intelligat.

Q̄ inobedientia fuit peccatū Ade.

Rimū igitur dubiū est. Vtrū pctm p primoz parentū fuit inobedientia.

Et ꝙ sic pbz. qz apls ad Ro. v. dicit. Per vnius hois inobediētiā peccatores cōsti tuti sunt multi. Et Aug. in li. de vera religio ne. Adam ppter trāsgressionē obedientie de paradiso electus est. Et idē sup Gen. ad lit. Non potuit melius ⁊ diligētius cōmēdari. q̄ tum malū sit sola inobedientia. cū ideo reus iniquitatis factus est homo: qz eā rem tetī/git ꝺ phibitionē. quā si nō phibitus tetigisset nō vtiq; peccasset. ⁊ Gen. iij. dixit illi deus. Quis indicauit tibi ꝙ nudus esses nisi ꝙ de ligno de quo pcepera tibi ne comederes come disti. Sed aliq; dicūt ꝙ fuit supbia. Naz Eccli x. ōz. Initiū ois peccati est supbia. Et eiude. xxv. A muliere sumpsit initiū ois pditio. ⁊ Aug⁹. li. de ꝛginitate. Diabolus in celo voluit esse si cut deus. Cadens aūt psuasit hoi similitudi nem volūtatis sue. Alij aūt asserunt ꝙ fuit auaritia sumēdo illā large. Auaritia ēst Gre/gorius super Eze. nō tm pecunie est: ꝟ etiam sciētie ⁊ altitudinis. Sz mulier appetijt scien tiā qñ diabolus dixit ei. Eritis sicut dij scien tes bonū ⁊ malū. Nōnulli dāmāt ꝙ pctm il/lud fuit gula. Ūñ Ambro. xxxv. di. c. sexto die ait. Gula regnātē in paradiso expulit. Et idē in hymno quē cantat ecclesia. De parentis p toplasti fraude facta cōdolēs. qñ pomi nocia lis morte morsu corruit: ipse lignū tūc nota/uit. dāna ligni vt solueret. Et Hiero. ꝺ Iouī/nianū. Sollicite pūidendū est vt quos iaturi tas a paradiso expulit: esuries reducat. Ñdet sanctus Boē. xxij. di. scdi ar. j. q. j. ꝙ principa le pctm hois ppter ꝙ lapsus est fuit inobedi entia: ⁊ ad hāc diabolus conatus est illū ad/ducere. Sed qm̄ nemo opat ad malum aspi/cies: nec appetit malū nisi sub specie boni. ꝛō clare dephendēs diabol⁹ ꝙ nō possz mulierē pcipitare nisi ꝓponeret aliqō appetibile illā

UVA. BHSC. IyR_227

tempta fido ꝓposuit ad que ois homo natura liter inclinat. Omnis vero homo naturaliter appetit beatitudinē: que est bonū copiosum: gloriosum ⁊ delicioſum. Unde ois homo naturaliter appetit excellentiā. sufficientiā ⁊ leticiam. Et in appetitu ordinato taliū cōſiſtit iuſticia: in ꝫmoderato vero culpa. Gula em̄ est appetit⁹ inordinatus cibi suauiter reficientis Auaritia est inordinatus appetitus sufficientie. Superbia est immoderat⁹ amor excellētie. Diabolus ergo primo ꝓmisit mulieri dignitatis excellentiam cum dixit. Eritis sicut dii. Secūdo cognitionis abundantiam: cū addidit. scientes bonū ⁊ malū. Tertio suauitatis experientiam: cū ostēdit lignum pulchrū visu ⁊ ad vescēdū suaue. Ideo mulier in appetēdo primū fuit superba: appetendo. secūdum fuit auara. ⁊ tertium gulosa. ⁊ in hoc fuit transgressionis rea. Et sic Adam a muliere stimulatus comedit de pomo. nō ꝙ crederet ꝙ eēt deus: sed ne cōtriſtaret Euam. vt dicit Aug. super Gen. ad lram. Nec est incōueniēs plura genera peccatorū cōcurrere ad vnum flagitium perpetrandū. Nā ꝑter dicta mulier peccauit peccato mendacij: qñ dixit serpēti ꝙ de ꝺus ꝓceperat ne pomum comederent neq; tangerent. De tactu itaq; ꝓcptum nō acceperat sed hoc accidit in diſplicētiam ꝓcepti: vt dicit Nico. de lira. Quare cōcluditur ꝙ principale peccatū Ade ⁊ vxoris eius inobedientia fuerit. ⁊ ex cōsequēti crimē leſe maiestatis. De q̄ Aug. li. xiij. de ciui. dei. c. xij. ait. Non ꝺz estimare quisq; leue ac paruū fuisse illud cōmiſſū q: i esca factū est nō q̄dē mala nec noxia niſi quia ꝓhibita. Neq; enim quicq; mali in illo tante felicitatis paradiſo deus crearet atq; plantaret. Sed obedientia commendata est in precepto. que virtus in creatura rationali mater est quodammodo oīm cuſtoſq; virtutū Hoc itaq; de vno cibi genere non edendo vbi aliorum tanta copia subiacebat: ꝑsertim cū nondum volūtati cupiditas reſiſtebat. qō de pena transgressionis postea subsecutum est. Tam leue preceptum ad obseruādum tā breue ad memoriā retinendum tanto maiore iuſticia violatū est: q̄to facilioꝛe posset obseruantia cuſtodiri. hec Aug. Ex cuius verbis de prehendimus q̄ graue fuerit primoꝛ parentum peccatū. Nec mirū qñ ſi pater indignatur filio: ⁊ ꝺns subito mobedienti q̄to magis pater miſericordiarū: ⁊ ꝺns celi ⁊ terre molestē ferre debuit: dum precept um suuꝫ defacto vidit cōtemni ⁊ preteriri.

Scōm dubiū erat: vtrū peccatū illud fuit grauiſſimū oīm peccatoꝛ. Et respondet Boñ. in. ij. di. xxj. ar. ij. q. iij. ⁊ xxxij. in. q. circa litterā. q. ij. q̄ vnus ꝑtm̄ pōt dici grauius altero duodecim modis. Primo causalitare. Et sic peccatū diaboli est maximum cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Secūdo enormitate. Et sic peccatū Jude. Tertio ingratitudine. Et sic ꝑtm̄ illius qui plura suſcepit dona ⁊ beneficia. Quarto periculositate. Et sic ꝑtm̄ ignorātie. Quinto insepabilitate. Et sic ꝑtm̄ auaricie. Sexto ipoꝛtunitate. Et sic ſuperbia q̄ ex ipſis bonis opib⁹ cōsurgit. Septimo ꝓnitate. Et sic luxuria. Octauo maioris gre impugnatiōe. Et sic ꝑtm̄ in ſpm̄ sanctū. Nono maiori offenſione. Et sic idolatria. Decimo rōne maioris libidinis. Et sic cuiuscūq; generis ꝑtm̄ potest fieri malus altero. Unde cimo generalitate. Et sic ꝑtm̄ primi parētis dicit fuiſſe malus. qz in totū genus humanū se diffudit. Duodecimo rōne facilitatis reſiſtēdi. Et sic dicit magiſter in tex. q̄ ꝑtm̄ Ade fuit grauiſſimū. ḋa vt dicit Aug. li. xiij. de ci. dei. Magna fuit in peccando iniquitas: vbi tanta fuit in nō peccando facilitas.

Tertium dubium fuit. vtrū grauius peccauit vir q̄ mulier. Et respondet Boñ. in. ij. di. xxij. ar. j. q. iij. q̄ ſi loquamur de grauitate q̄tum ad ingratitudinē. grauius peccauit vir qz copioſora dona ſuſcepit. Si aūt loquamur q̄tū ad libidinē. magis peccauit mulier: qz cū magis improba volūtate dū cupiuit deo aſſimilari ⁊ credidit. Si vero loquamur q̄tū ad corruptionē diſtinguēdū. ḋa aliquid ꝺz corrūpere dupliciter. Aut ꝑ modū cauſe aut ꝑ modū occaſionis. Si ꝓmo mō: ſic qz peccatum viri fuit causa trāſfuſionis in posteros ⁊ ita corrupit ſe ⁊ alios maioꝛ cōſecura est ex peccato viri corruptio. ⁊ ideo eius culpa fuit grauioꝛ Si ꝑ modū occaſionis. ſic ḋa peccatum mulieris fuit occaſio peccati viri. ⁊ ita ꝑ cōſequēs omniū aliorum. hoc modo mulier potest dici ceteros corrupiſſe nō ſolum posteros ſed etiam virū ſuū. Unde nō ſolū peccauit in ſe: ſed etiā in primum. Et q̄tum ad hoc peccatum eius fuit grauius q̄ ꝑtm̄ viri.

Quartū dubiū fuit. Utr̄ magis fuit remiſſibile ꝑtm̄ hois q̄ angeli. ⁊ rñdet Alex. in. iij. summe. in ꝓncipio. q. ij. q̄ ſic ⁊ cōgruentia ſumitur ex tribus.

Primo ex libertate arbitrij.

Scōo ex conditione nature.

Tertio ex qualitate peccati.

UVA. BHSC. IyR_227

Primo rōne liberi arbitrij fuit magis remissibile peccatū hoīs q̄ angeli. Scd̄m enim Aug. ⁊ ponit̄ a magistro, xxiiij. dist. secūdi. in libero arbitrio est facultas voluntatis ⁊ rationis tam in hoīe q̄ in angelo: verūtamē differenter. Primo quantū ad voluntatē: qꝛ liberum arbitriū hoīs ante electionē voluntatis ⁊ post electionē se habet mutabiliter. Liberū arbitriū angeli ante electionē se habet mutabiliter: ⁊ post electionē īmutabilit̄. Et hac rōne in summo gradu liberū arbitriū est in deo in infimo in hoīe: in angelo vero medio modo se habēs. Quare deus de necessitate īmutabilitatis semp̄ eligit bonū: homo pōt eligere bonū ⁊ malū, ⁊ iterū bonū. angelus autē tm̄ semel pōt eligere. Et ideo quicquid elegit nō potuit detestari, ex quo nō pōt penitere neq̄ p̄ pniam culpā delere: que est detestatio mali Et ita relinquit̄ q̄ culpa eius nō pōt remitti sicut remittitur illa homīs. Itē quantū ad p̄prietatē rōnis differt liberū arbitriū ī homīe: ⁊ in angelo: quia sicut Dionysiꝰ. Intellectus angeli deiformis est. ⁊ hoc est quia supra tp̄s ⁊ ita accipit totum simul. ⁊ nō post hoc illud vel hoc ex illo. ⁊ ideo dicitur angelus intellectualis substantia. Sed intellectus hoīs est ī tp̄e ⁊ ita conferendo accipit. Unde non accipit totū simul: sed vnū post aliud. ⁊ vnū ex alio sicut ex premissis cōclusionem. Et ideo homo dicitur rōnalis substantia. quia ratio est virtus collectiua vnius ab alio. Qualis ē ergo comparatio simplicis ad compositū: ⁊ puncti ad lineam in essendo: talis est comparatio intellectus angelici ad humanū in intelligendo ⁊ iudicando. Cum ergo iudiciū fiat ab intellectu patet q̄ angelus s̄m statū sue cōditionis iudicat de re tota simul ⁊ nō in tp̄e. ⁊ iudicando de ip̄a videt eā totā simul. ergo certissime iudicat. Si ergo peccat in iudicādo. pꝫ q̄ peccat ex certissima malitia. ⁊ sic nullo modo potest excusari. ergo eius peccatū est irremissibile. Non sic aūt est de hoīe. Unde cū totā rem nō simul videat. pōt decipi in iudicio suo. ⁊ ita cū pctm̄ eius aliquo modo possit excusari: nō est irremissibile. Unde Gen̄. vj. dixit deꝰ. Nō permanebit spiritus meꝰ. i. indignatio mea. in hoīe in eternū: quia caro est. Scd̄o peccatū hominis fuit magis remissibile q̄ peccatum angeli ratione nature. Ut em̄ inquit Anselmus libro Cur deus homo. per alium hoīem qui nō esset sui generis homo non debuit liberari ⁊ reparari. Et cum non omnes angeli sint vnius generis. patet q̄ nō fuit possibilis reparatio in angelo: sicut in homine. Tertio peccatum hominis fuit magis remissibile ratione qualitatis peccati: attendendo in peccato tria.

Primo genus.
Scd̄o circūstantiā.
Tertio occasionē.

Primo attendendo genus: tam āgelus q̄ homo peccauit per superbiaꝫ: sed differenter Homo em̄ appetijt scientiā dei: sed angelꝰ oīpotentiam. Omnipotentia autē dei non ē cōmunicabilis alicui creature. Unde xp̄s s̄m q̄ homo nō habuit oīpotentiā: sed bene omniuꝫ scientiā. Quia ergo summa inordinatio ē appetere illud ad quod nullo modo creatura est ordinata. homo aūt erat ordinatus ad scientiā quā appetebat. ideo peccatū homīs fuit remissibile: non autem angeli. Secūdo attendendo circunstantiā peccati patet differentia. Nam in Adam fuit aliqua ignorantia: quia peccatū quod erat mortale credidit veniale. sicut dicit Augustinus. Unde non tantū credidit peccare quantū peccauit. Angelus autem nō habuit ignorantiā in peccādo. Item homo habuit p̄positū penitendi ⁊ petendi veniā de peccato quod credebat veniale: angelus autē non: ⁊ p̄pter hoc peccauit in spiritum sanctū. homo vero non. Tertio ostendendo occasionē peccati patet: quia angelus per se peccauit. hō nō peccauit seip̄o: s̄ alio mediāte. s. vxore. Uxor etiam suasa fuit a serpente. Insup̄ ī vno hoīe erat tota species humana nō adhuc multiplicata: sed multiplicanda in alijs. s̄ in angelo peccante non erat tota natura angelica. Et propter hoc diuine iusticie cōgruū fuit vt nō statim iudicaret hoīem q̄cito peccaret donec species humana multiplicaretur. ⁊ maxime numerus electoꝝ.

Q̄ duodecim penis punitū ē genꝰ humanū p̄pt̄ pctm̄ primoꝝ parentū. Capl̄m III

Et si quotidie in nobisip̄is experiamur q̄ miserabilis facta sit humana conditio propter lapsum primorum parentum: veruntamen vt vehementius excitetur animus ad timorem: de penis quas humanum genus incurrit propter transgressionem diuini precepti: in hoc tertio mysterio flebiliter disseremus. Deus nanq̄ iusto iudicio quadruplici pena voluit ade pctm̄ punire.

Prima d̄r spūalis.
Scd̄a corp̄alis.
Tertia tp̄alis.
Quarta eternalis.

UVA. BHSC. IyR_227

De triplici pena spūali quā incurrit humanū genus ꝓpter lapsum primoꝝ parentuꝫ: ⁊ p̄mo de ꝑditione iusticie originalis.

Rufinus cunc magister militum, ⁊ singularē
apud principem fiduciam habens, ⁊ videns
principē in lamentationib⁹ ꝓstratum, acces
sit vt lachrymarum causas inquireret. At ille
vehemētius ingemiscēs, ⁊ amarissime lachry
mas fundens, tu inquit Rufine ludis ⁊ mea
mala nō sentis. Ego autem lamentor ⁊ ge
mo calamitatem meam, q⁹ seruis quidem dei
⁊ medicantibus aperta sūt tēpla dei. At Ru
finus ad Ambrosiū perrexit. Cui Ambrosius
ait. Impudentiā canū imitatus es Rufine,
tante videlicet necis auctor existens. Ego di
co tibi, qm̄ imperatorem ingredi sacra limina
ꝓhibebo. Hec ⁊ alia plurima Rufinus audi
ens imperatori nūciauit votū antistitis. At
imperator in media iā platea ꝓgo inqt. vt iu
stas in facie suscipiam cōtumelias. Cunct̄ ad
sacra limina peruenissēt, in sacram quidē ba
silicam nō presumpsit intrare, sed veniēs ad
antistitem supplicabat vt eius vincula resol
ueret. Cui ambrosius. Quam penitentiā ostē
disti post tantas iniquitates? Cui Theodosi⁹
Tuū est docere, meū vero suscipere. Cui Am
brosius iniunxit, vt legem cōderet ne senten
tia mortis ferri posset animo, trato, sed trans
acto triginta dier̄ numero. Quod ⁊ fecit. Sic
ct̄ cū lachrymis ⁊ deuotione templū tandē in
gressus est, in cūctis reuerenter se habens er
ga sacerdotem Ambrosiū. Quid fecit Constā
tinus de quo ex tex. xcvj. dis. c. in scripturis, et
c. Constantinus. Quid reliqui omnes xp̄iani
reges vel imperatores. Omittamus omnia
que repetere longū foret. Inspiciamus dñm
ihesum xp̄m de quo dicit Cipr̄ianus. xcij. dist.
c. dñs. Dñs noster ihesus xps rex ⁊ iudex, ⁊ de
us noster vsq; ad passionis horam seruauit
honorem pontificibus ⁊ sacerdotibus. Nam
cum leprosum mundasset dixit eidem. Vade
ostende te sacerdoti. Sacerdotē adhuc appel
lans quem sciebat sacrilegum. Ite cum subdi
tus passioni alapam accepisset nihil cōtume
liose locutus est in personā pōtificis. Sic ma
gis innocētiā suā tutatus est dicens. Si ma
le locutus sum, testimoniū perhibe de malo. si
autē bene: cur me cedis? Dec igit̄ ab eo humi
liter ⁊ patiēter facta sunt, vt nos humilitatis
⁊ patiētie exemplum haberemus. Sed hodie
plerīq; de illis sunt de quib⁹ dr. j. q. j. c. multi.
Multi secularū hoīm cū plus sacerdotū vitā
q̄ suam discutiūt. in magnū cōtemptionis di
uinor̄ sacrameētor̄ crimē incurrunt. Magna
eīm trabe vulneratos oculos habētes eāct̄ ne
gligētes, festucā tenuē in alior̄ cōspiciūt ocu
lis. Quam dū incaute euellere festināt. in er
roris foueam dilabunt.

De tertio honore deo debito in sacrarū ce
rimoniarū obseruatiōe. Capt̄m. III

Ertius honor q̄ deo debet cōsistit in
t sacrarū cerimoniar̄ obseruatiōe. Nā
vt dicit Tho. ij. ij. q. lxxxviij. deū etsi
nō rōne sui, rōne nostri etiā corporaliter reue
reri debemus. Tū vt p corporales motus excī
tem⁹ mentē nostrā, tuvt deū spūtāct̄ natu
rā nostrā honoremus. Vñ Johes Dama. in
qt. Quia ex duplici natura cōpositi sumus, s.
corpali ⁊ spūali, duplicē deo honorē referre de
bemus. Cōsistit aūt hic honor in tribus.

Primo in capitis inclinatione,
Scdo in incuruatōe.
Tertio in genuflexione.

Primo cōsistit honor in capitis inclinatōe
Et sic statuit ecclesia, vt cū nosar nomē iesus
in eccl̄ia, in missis: ⁊ diuinis officijs. oēs reue
rēter inclinēt caput. Vñ de imu. eccle. li. vj. in
c. decet. dicit. Cōuenientes in ecclesia nomē il
lud q̄ est sup omne nomē. nomē videlicz dñi
nostri iesu xp̄i. exhibitōe reuerentie spālis at
tollāt ⁊ ita flectāt genua mētis q̄ vel capitis
inclinatiōe ꝓtestent. Scdo consistit honor
dei in incuruatiōe. Habet hūcysum eccl̄esiast
in diuinis officijs cū Gozia pr̄i ⁊ filio ⁊ spūi
sancto. decantati in fine psalmorum omnes
corpus incuruāt simul cū capite. Tertio cō
sistit hic honor in genuflexiōe. Genuflectim⁹
nāct̄ cū adoramus corp⁹ xp̄i. in oibus mori
bus huiusce modi ꝓfitētes nos subditos deo
qui est bndictus in secula seculor̄. Amen.

Explicit⁹ ē tractat⁹ de timore iudicior̄ dei.

UVA. BHSC. IyR_227

Tabula in sequentem tractatum.

De diuina charitate. Sermo I
De diuina charitate. Sermo II
De diuina charitate Sermo III
De diuina charitate Sermo IIII
De diuina cheritate Sermo V
De diuina charitate Sermo VI
De diuina charitate Sermo VII

Incipit tractatus de diuina charitate: cōpilatus per reuerēdū sacre theologie doctorez magistrū Robertū de licio ozdinis minoꝝm In quo oñdit cū oī veritate sacrosctē scriptu re, qualr deus bñdictus ꝯtum in se est oibus peccatozibus offert indulgentiā ꝛ remissionē peccatozum. neminē excludens a salutis via cuius sunt sermones septem.

Enite ad me oēs

qui laboratis ꝛ onerati estis: ꝛ
v ego reficiā vos. Verba sunt re/demptoris nri iesu xpi originaliter Mat. xj. Inestimabilē charitatē dei qua hoies diligit impugnāt sepenumero/bi ꝙ a pctis desistere nolūt. Xpi nāqꝫ impio ac sacrilego ore suo asserunt optimū deuz esse cāz dānatōis eoꝝ, quasi nec hois merita in aliquo pfint. nec ipis iniqs sua malicia vea imputari. Hoc erroze illusi plericꝫ audaciam in malo pseuerādi susciplunt. pniamqꝫ negligūt delictoꝝ suoꝝ. Nihil iquūt interest qualis quisqꝫ sit siue bonus siue malus. cū deus quosdā sic hēat odio vt etiā post diuturnā in ɣtutib⁹ pmanētiā reprobet, quosdā aūt diligat vt frequētata ipietas sua ātiqtaqꝫ malicia ipos ñ pbibeat saluos fieri. Contra hmōi genus hoim acriter insistēdū esse cēsui. Ad ꝙrum cōfusionē decreui in pñti tractatu de charitate dei ad hoies tā bonos ꝙ malos copiosius differere. Instēdā equidē ꝙ ꝯtucꝫ sit ex parte diuine clemētie nullꝰ ꝯtucꝫ sit sceleratissimus ac flagitiosus expellik a salute. immo vt sic dicā oēs pctores mūdi dulcissime blāde ꝛ amoroſissime inuitank vt saluī fiant. vt pz in verbis ppositis in themate nro. Queverba et si a xpo clamāte in templo dicta sint tñ extē dunk ad quoslibet pctores. ꝙ sunt vel eruntꝰ qꝫ ad cōsummationē seculi. Clamat itaqꝫ dominꝰ iesus xps ex abūdatia charitatis sue. ꝛ dicit. Venite ad me ꝛc. Ubi p instructiōe nostra notare possumus septē ignitas flammas de diuina charitate erga miseros ingrotatosqꝫ peccatozes.

Prima ōr facilitas. cū dicit. Venite.
Scōa ōr suauitas. cum dicit ad me.
Tertia ōr generalitas. cū dicit oēs.
Quarta ōr multiplicitas cum dicit. qui laboratis.
Quinta dicitur grauitas. cum subiungit. ꝛ onerati estis.
Sexta ōr pciositas: cū subdit: ꝛ ego.
Septima dicit gratiositas: cum concludit. reficiā vos.

Et cū singulas has flāmas difficile sit in vno sermone explicare dicem⁹ de ipis in. vij. sermonibus bñ distinctis. In hoc ꝯo primaꝝ incipiam⁹ elucidare flāmā que ōr facilitas. Cuius sensus est ꝙ deus omps neminē violentat neqꝫ cogit vt saluꝰ aut reprobꝰ fiat ꝛ. um oēs sint liberi facillime pñt saluari. Ore veritas sub triplici cōclusione declarat.

Prima dicit volūtatis.
Scōa. dicit gratiositatis.
Tertia dicit exemplaritatis.

Qualr in libertate ꝛ libera ei volūtate est vt saluenk vel damnenk: ex quo cōcludit ꝙ si omnes mūdi pctores volunt pñt saluari. ꝛ si nō saluank imputak ipis. Capm I

Prima cōclusio ōr volūtatis. qꝫ cum
p oim volūtas libera sit ꝙcūqꝫ volunt saluari saluank, ꝙ vo dānari dānank

Possunt ꝙppe oēs bene ꝛ male facere sicut volūt. Nullusqꝫ cōpellit ab vtrūqꝫ. Probak b p aug. li. v. de ci. d. c. ꝛ. vbi ait. Sūt nre volūtates ꝛ ipe faciāt quicqd volēdo facimus, siue bonū siue malū. qō nō fieret si nollemus. Et idēm lib. de li. ar. ait. Facile ire nunꝯ deꝰ redderet interitū si nō spōtaneū inueniret homo bñ pctm. Que vba ponunk in decret. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonosoꝛ. ꝛ b idē pbat. Aug. d. illud qō notak. xv. q. j. c. merito. c. illa. et. c. ex volūtate. Et viij. q. j. c. sciendū. Et. lxj. dis. c. nasci. Peccatū est adeo volūtarīū qō si non fit volūtarīū nullū est pctm. Idē dicit Chrisost. xxxij. q. v. c. sicut. Sicut em pctm. inqt. opus sine volūtate nō facit, ita ꝛ iusticia ex ope non ꝙsummak, nisi volūtas fuerit. De hoc dicit ēt Gratia. de pe. di. ij. c. Si em. ℌ. ceterū cōfido. Nec ad vitia nec ad ɣtutes necitate trahim⁹ si volūtate. Dia tñ icludit elegātissime Piero. i qōib⁹ ad heluidiū, vbi sic ait. Voies suo arbitrio delicti sk. Neqꝫ em bonū necitate faciunt si volūtate, vt credētes coronā accipiāt increduli supplicijs mācipēk. Et item Piero, eodez loco. Deꝰ eqli cūctos sorte gñauit. ꝛ dedit arbitrū libtate vt faciat vnuiscꝫqꝫ qō vult siue bo

UVA. BHSC. IyR_227

nū siue maluꝫ. Et iterū. Dedit hoīb' ptātē: vt vox ipsa disputet ꝫ creatorē suū: ⁊ causas voluntatis illius perscrutet. Hoc etiā cōfirmat sapiēs Eccli. xv. c. cū dicit. Deus ab initio ꝓstituit hoiez ⁊ reliquit eū in manu ꝓsilij sui. Ūñ patere pōt q̄ hō sit liberi arbitrij alioquin ꝰ Tho. ꝑma ꝑte sūme. q. lxxxiij. ar. i. fruſtra esſent cōsilia: exhortatōes: ⁊ p̄cepta: phibitōes pmia ⁊ pene. Ueruntñ est sciendū q̄ quedam agūt absq̄ iudicio: sicut lapis mouet deorsuꝫ. similiter oīa cognitōe carētia. Quedā agūt iudicio: sed nō libero: sicut aialia bruta. Judicat eñ ouis videns lupū eū esse fugiendū naturali iudicio. ⁊ nō libero: q̄ nō ex collectiōe: sed ex naturali instinctu hoc iudicat. ⁊ sīle est de quolibet bruto⁊ aialiū. Sed homo agit iudicio: q̄ per vim cognoscitiuā iudicat aliq̄d esse fugiendū vel ꝓsequendū. Et q̄ iudiciuꝫ illud nō est ex naturali instinctu in ꝑticulari opabili: sed ex collectione rōnis: ideo agit libero iudicio potēs in diuersa ferri. Ratio eñ circa cōtingētia habet viam ad oppositā, vt ꝓz in dialecticis syllogismis: ⁊ rhetoricis ꝓsuasionib'. Particularia aūt opabilia sunt quedā cōtingentia, ⁊ ideo circa ea iudiciū rōnis ad diuersa se habet. ⁊ non est determinate ad vnū. Et ꝑ tanto necesse est q̄ homo sit liberi arbitrij: ex hoc ipso q̄ est rōnalis. hec Tho. Cuius ꝓbis ꝓgruit illō dictū Tullij. li. j. de officijs vbi dicit. Inter hoiem ⁊ beluam hoc maxime interest: q̄ hec tantū q̄tū sensu mouef ad illud solum qō adest qōq̄ ꝑsens est se accōmodat: parū admodū sentiens ꝓteritū aut futuruꝫ. Homo aūt q̄ñ rōnis est particeps ꝑ quā consequētia. i. cās finales: ⁊ cās rerū. i. ꝓncipia videt: earūq̄ ꝓgressus quasi anteceſſiones nō ignorat: similes cōparat: rebusq̄ ꝑsentibus adiungit atq̄ annectit futuras: facile totius vite cursum videt: ad eamq̄ regendā ꝓparat res necessarias. hec ille. Ex q̄bus oibus clarissimū est: hoiem id posse in bono ⁊ in malo qō velit. Quinimo tāta est hec libertas: vt nullū agens creatū possit ipsum liberū arbitriū cogere, iuxta illud Bern. in li. de lib. arbi. Volūtas, ꝑ ingenita sui nobilitate nulla cogit necessitate. Ad hoc tñ aduertendū siue intelligēdū, ſm Boñ. in. ij. dis. xxv. q̄re. ij. q. iiij. q̄ est dupliciter loqui de libero arbitrio. Uel q̄tum ad actū exteriorē: vel q̄tū ad actū interiorez. Si aūt loquamur q̄tum ad actū exteriorem respectu talis actus pōt interuenire coactio. Pōt eñ quis cōpelli: vt ipso nolēte genua coram idolis flectat. Si loquamur q̄tū ad actū interiorem. qui sez est velle eligere vel consentire: sic respectu talis actus pōt liberū arbitrium aliquo mō induci: pōt ⁊ impediri: sed nullo modo cogi siue cōpelli. Induci quidem pōt cum amat aliud a se: ⁊ qō infra se est. Unde ꝑ obiationem alicuius rei amate pōt induci ad cōsentiendū in aliquid multū efficaci persuasione: per quē modū idolatre temptabant sanctos martyres cōsentire idolatrie. modo promittendo leta: modo infligendo tristia. Ista tamen inductio longe distat a coactione: sicut ꝓbat ipse exitus: q̄ nec blādimētis allici nec tormentis terreri adeo potuerunt: vt a veritate iusticie mutarent. Et sic liberū arbitriū pōt induci. Potest etiā impediri ꝓpter inclinationem ⁊ coniunctionem sui ad naturam corporalem qua posset aliq̄s alū ita ledere: vt vsuꝫ liberi arbitrij amitteret. Coactio eñ ponit liberi arbitrij vsum ⁊ actum: sed ligatio et impeditio tollit. Et iteruꝫ impeditio, puenire potest ab inferiori: coactio vero a superiori. Et hinc est q̄ liberū arbitriū: etsi possit induci ab agente creato rōne boni exteriorꝫ amati: et possit impediri rōne corporis cōiuncti: non tamen pōt cogi respectu actus ꝓpꝛij. Sed adhuc dubiū venit in mentē qō declarare ⁊ intelligere optimū est ac delectabile. Pōt nāq̄ pector quisq̄ querere an liberū arbitriuꝫ quod a creatura cōpelli nō potest: cogi possit a creatore. Et videtur q̄ sic. Nam Luc. xiij. c. dicit. Exi in vias ⁊ sepes: ⁊ cōpelle intrare vt impleatur domus mea. Si ergo domū dei nō cōtingit intrare nisi ꝑ vsum liberi arbitrij: ⁊ dominus intrare cōpellit: videtur q̄ liberū arbitrium cogat. Item Job. vj. dicit. Nemo pōt venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum Sed tractus est motus violentus vt dicit ph̄s losophus. ergo liberum arbitriū violentatur. Item Prouerb. xxj. Sicut diuisiones aquaꝝ ita cor regis in manu dñi: quocunq̄ voluerit immutabit illud. Sed talis immutatio est q̄dam coactio. ergo deus cogit liberū arbitriuꝫ Qō si verum esset: cōqueri possent peccatores de deo possentq̄ ad ipsuꝫ clamare. O creator ⁊ omnipotēs cur nos perire permittis? cur nos in erroꝛe nostro relinquis? Cur tāta multitudinem a te sempiternis cruciatibus deputandam nō cōpellis: nō cogis ad bonuꝫ? Tua est potentia: tuum est regnū: tua denīq̄ bonitas omnis: ⁊ dulcedinis abundantia. Miserere nostri deus: ⁊ succurre volūtatibus pereuntiū Uoluntatem habemus: sed malum volumus malum eligimus: malū nos sequitur. Tu au

UVA. BHSC. IyR_227

tem ꝓpriam vim inferas volūtati: quod si tu deus nō feceris, causa certissime eris nostre p̄ditionis. Sed ꝓfecto fragile debileq; est tale peccatoꝝ fundamētū, qm̄ qui veritatē cognouerunt: asserunt nullo modo liberū arbitriuꝫ a deo cogi posse. Nam Aug. sup Gen. ad lit. dicit: Non pōt deus facere ꝯtra naturaꝫ quā bonam instituit: qm̄ nō pōt facere ꝯtra suaꝫ voluntatē. Si ergo deus voluntarie liberū arbitriū homini dedit: impossibile est euꝫ facere de libero arbitrio ꝫ innatā eius libertatē. Si ꝙ si ipsum cogeret: ꝫ libertatē faceret, ergo liberū arbitriū a deo cogi est ipossibile. Ite Aug. xxi. de ciui. dei dicit. Illud est vnicuiq; rei naturale qō de ipsa facere disposuerit oipotētis volūtas. ꝯ si nullū naturale est violentū: nihil qō facit deus est violētū. Si ergo ois coactio est ꝑ violentiā: quicq̄d deus de libero arbitrio faciat: nulla pōt sibi inferri violētia. ac ꝑ hoc nulla coactio. Ad clariozem tm̄ noticiā huius veritatis dicit dns Bon. in. ij. dis. xxv. vbi. ꝫ. q. v. ꝙ cū qrit si liberū arbitriū pōt a deo cogi dupliciter pōt intelligi. Aut ita ꝙ possit auferre libertatē. ⁊ auferendo libertatē inducere coactionē. ⁊ hoc mō nulli dubiū esse debet ꝙn deus possit hoc facere. ꝙtū est de immēsitate sue potētie. Alio mō vt intelligaf ꝙ de⁹ cogit liberū arbitriū salua libertatis ꝓprietate et⁹ natura. ⁊ hoc mō nō solum est impossibile. sed etiā nō intelligibile. ꝑ eo ꝙ implicat duo ꝫdictozie oppositā. Ex hoc em̄ ꝙ liberū est. si aliq̄d vult libere vult. ex hoc ꝙ voluntarii est. si aliquid vult volūtarie vult. ⁊ seipso mouente vult. Ex hoc autē ꝙ cogit. si quid vult seruiliter vult. Et si quid vult inuite vult. ⁊ si quid vult ab alio vult. qz violentū est cuius principium est extra nihil cōferente vim passo. Ergo liberū arbitrium a deo cogi nō est aliud ꝙ actū liberi arbitrij simul ⁊ semel esse liberum ⁊ seruilem. esse voluntariū ⁊ nō esse voluntariū. esse a se ⁊ nō esse a se. Si ergo est impossibile qō claudit in se vtranq; partē ꝯtradictionis. non tm̄ est impossibile creature. verū etiā creatrici essentie. qz illud posse non est posse. Ad intelligentiam autem obiectozum est sciēdum ꝙ differt dicere voluntatē induci ⁊ volūtatem mutari. ⁊ voluntatem cogi. Tunc em̄ induci dicit qñ aliqua persuasio ei fit. qua disponit vt ad aliquod appetibile inclinetur. q̄ si valde intensa sit nomen coactionis sortit. ꝙ uis nō sit vera coactio. Tunc autem volūtas mutatur. qñ ipsa nolente vnū. potenti ꝫtute affectio ei immittit ad ꝫrium. ⁊ de nolēte fit volēs. ita ꝙ vna affectio expellitur ⁊ cōtraria inducit. sicut ꝑz cum deus de amatore tp̄li facit cōtemptorē. Et hoc ōz esse q̄dā cōpulsio ⁊ tractio diuina. vt volūtas ab eo sepe⁹ cui ꝑ amozis glutinū fortiter iūgebat. Tūc ꝯo voluntas ōz cogi. qñ intelligit ipsam inuitā aliquid velle ⁊ repugnāte actu volūtatis deliberatiue: alterna virtute mouētre: ⁊ repugnantia manente ad aliq̄d volenduꝫ inclinari. Et hoc duo oppositā implicat. Voluntas igit̄ induci pōt aq agente creato: mutari vero ab alio nō pōt nisi ab agente increato: sed cogi a nullo. Cū igitur ōz in scriptura deū voluntatē hois cōpellere vel trahere vel mutare: intelligitur nō qz voluntatē cogat: sed qz voluntatē creatā nō solū inducit: sicut agens creatum: verū etiam immutat immittendo affectiones varias. In qua immissione non est coactio: ꝓ eo ꝙ ita voluntarie volo illud qō deus immittit sicut illud quod ex meipso volo. Et si aliquid volo volens volo non inuitus: ⁊ ita in volendo ad nihil cōpelloꝝ. hec Bon. Cū ergo libertas a coactione in omnibus equaliter se habeat: quis de deo si ipsemet agit conqueri pōt. Quis etiam suiꝑfluus culpam in semetipso nō reflectet? Quis ꝓpriam ⁊ voluntariā nequicquam non agnoscet? Nisi dicere velit adhuc aliquis ꝙ deus minime rectum quid fecit: quia hominez in libertate arbitrij voluit ꝓstituere. Sed ꝓfecto si bene sapiant: intelligent non inane in foze sententiā illam qua dicit Gen. c. i. Vidit deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bona. Ex ꝯbus verbis Hieronymi scribes ad Paulinum dicit. Bonus est de⁹: ⁊ omnia que fecit bona sint necesse est. hec ille. Sapientissimus ergo rerum opifex omnium ⁊ magister: cum hominem cōderet rationalez ad beatitudinem: in tali statu eum voluit esse in quo ad beatitudinem perueniens: dei iusticia semper salua ⁊ misericordia laude honoris ⁊ glorie cozona decozaret. Quomodo ergo homo potuisset laudari ꝙ malum non fecisset quod facere nō valebat? Inquit em̄ Lactantius in vi. li. diuinarū institutionū aduer. gen. Nulla laus est nō facere quod facere nō possis. Hinc Hiero. ad Demetriadē virginem ait. Jam ꝓuidendū est: ne forte illō remozdeat te: in quo temere imperitū vulgus offendit vt ideo non vere bene factum hominē putes: eo ꝙ is malum facere potest. nec ipsa natura astringatur ad immutabilis boni necessitatem. Nam si diligenter rem tractes, ⁊ ad subtiliozem intellectum animum totum cogas; hinc tibi melioꝝ

UVA. BHSC. IyR_227

ꝛ superioꝝ hoīs statꝰ apparebit vnde putaꝝ inferioꝝ. Jn hoc enīꝫ gemmi itineris discrimine. in hac vtriuſcꝫ libertatis parte: rationalis anime decus poſitum eſt. Hinc mꝯ totus nature noſtre honoꝝ cōſiſtit: hinc dignitas: hinc premium: hinc denicꝫ optimi quicꝫ laudē merent. Nec eſſet hoīs vlla ⁊tus in bono perſeuerantis. ſi is ad ima trāſire nō poſſet. hec ille. Nonnulli aūt obijciunt his que dicimus ex diuina preſcientia que eſt infallibilis. ꝙ ipa ne ceſſitatem inferat actionibus hoīm. Quibus reſpondemus ſibi preſcientiā eſſe ⁊ hoīes voluntate nō neceſſitate ad bona vel mala inclinari. Vnde Aug. li. v. de ci. dei. c. x. dicit. Nullo modo cogimur: aut retēta preſcientia dei tollere voluntatis arbitriū. aut retento voluntatis arbitrio deū. quod nephas eſt negare preſciū futuroꝝ. ſed vtrunꝫ cōplectimur. vtrūcꝫ fideliter ⁊ ꝛaciter ꝓfitemur. Illud vt bene credamus. hoc vt bene viuamus. Male aūt viuitur ſi de deo non bene creditꝰ. Vnde abſit a nobis eꝝ negare preſcientiā vt liberi eſſe velimꝰ quo adiuuante ſumus liberi vel erimꝰ. Proinde nō fruſtra ſunt leges. obiurgationes. exhoꝛtationes. laudes ⁊ vituperationes. quia ⁊ ipſas futuras eſſe preſciuit ⁊ valent plurimū ꝙtū eas valituras eſſe preſciuit. Et preces valent ad ea impetranda. que ſe precantibꝰ conceſſurum eſſe preſciuit. Et iuſte premia bonis factis. ⁊ peccatis ſupplicia ꝓſtituta ſunt. Nec enīꝫ ideo peccat homo. qꝛ deꝰ illū peccaturū eſſe preſciuit. immo ideo non dubitaꝝ ipm peccare cū peccat. qꝛ ille cuius preſcientia falli nō pōt. non fatum. nō foꝛtunā. non aliquid aliud. ſed ipm peccaturum eſſe preſciuit. Qui ſi nolit oīno nō peccat. ſed ſi peccare noluerit etiā hoc ille preſciuit. hec ille. Liberi ergo ſunt omnes qui bene agunt liberi ſunt qui male liberi qui iam celum conſcenderunt. Jnſup liberi ⁊ qui ſuoꝝ criminum ſupplicia lugent.

Qꝛ facile eſt vt pcōꝛes ſaluenꝫ. qꝛ gꝝ ad ſalutem neceſſaria omnibus ꝓparata eſt a deo. ⁊ nullius volenti negatur. Capm. II

Ecunda cōcluſio ōꝛ gratioſitas. Facile quippe eſt vnicuicꝫ volēti poſſe ſaluari. quia gꝝ ad ſalutē neceſſaria omnibus eſt ꝓparata. Ad quod plenius ntelligendum ſciendus quoſdam ita tenuiſſe liberi arbitrij facultatē. ⁊ trīm illā eſtimaſſe. vt abſcꝫ auxilio diuine gꝝ p ſolius liberi arbitrij pote ſtatem ſaluari oēs poſſe ꝓfiterenꝫ. Fuit aūt erroꝛis huius pniciioſiſſimus garrulatoꝛ Pelagius ⁊ eius imitatoꝛes. de qbus egregiꝰ doctoꝛ. Aug. liō. j. retractationū ait. Nouī hereticī pelagiani cum ſic liberū aſſerūt voluntatis arbitriū: vt gratie dei nō relinquāt locū: quā ſm merita noſtra dari aſſerūt. Contra quoꝝ ſniam validiſſime pugnat idem doctoꝛ pclariſſimus in ꝙplurib⁹ doctrine ſue loc. oñdēs neminē abſcꝫ gꝝ nō ſolū nō poſſe in aliquod opus meritoriū. ſ etiā in quācūcꝫ meritoriaꝝ cogitationē volūtatis. vel ad opa meritoꝛia deuenire. Uñ ad Bonifaciū papā ait. Nō poteſt homo aliq̄d boni velle inſi iuuetur ab illo qui nō pōt malū velle. Et iterū in li. de pdeſtinatione ſanctoꝝ. Prius eſt cogitare bonū ꝙ credere: ⁊ ipm cogitare bonū ex deo eſt. Et in li. de coꝛrectōe ⁊ gꝝa. Sine gꝝa dei nullum ꝓꝛſus fiue volēdo fiue agēdo facīūt hoīes bonū. Et ad Valentinuꝫ. Cogitare vel agere ſm deū nulla rōne ſine gꝝa dei poſſumus. et in enchiridion. Gꝝa ꝓuenit vt velimꝰ bonum Et in li. de eccle. dog. di. Mouet ad querēdā ſalutē libertas arbitrij: mouente prius deo. Sunt ⁊ alij doctꝝ. qui Aug. dictis firmiſſimo iudicio alligantꝝ. Jnq̄t nācꝫ Jſiō. li. dꝝatum. Gratia eſt diuine mie donū ꝑ quod bone voluntatis eſt exitus. hec ille. Et iterum ibidem. Sciant defenſoꝛes liberi arbitrij nihil boni poſſe niſi diuine gꝝe iuuamine ſuſtententur. Et de hoc etiā magꝝ. ij. ſen. xxvj. di. Bona voluntas comitaꝝ gꝝam: non gꝝa voluntatem. Et Paulus vas electōis. ij. Coꝛ. iij. Nō ſumꝰ ſufficiētes aliquid cogitare a nobis q̄ſi ex nobis: ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt. ⁊ Roma. ix. Non eſt volētis neq; currētis: ſ miſerētis dei. Aduertendū tū ſm Boī. in. ij. di. xxviij q. vj. ꝙ opus aliquod tripl'r pōt dici bonuꝫ. Uno modo ōꝛ bonū eſſe aliquid ſimpl'r. Et ſ eſt bonū qō ordinatū ē in finē: ⁊ tale ē bonū meritoriū. Et hmōi bonū nō pōt liberū arbitriū lapſum abſcꝫ auxilio gꝝe gratū faciētis. Scō modo ōꝛ aliq̄d eē bonū in ſ ꝙ aliquo modo de cōgruo diſponit ad bonū. Et tale ē bonū qō fit extra charitatez: nihilominus tū cuꝫ recta intētione. Et in tale nō pōt liberum arbitriū abſcꝫ munere gꝝe gratis date ꝑ qō illuminetꝫ ⁊ dirigatꝫ ⁊ excitetꝫ vt velit facere vt fit aliq̄d deo placitū. Tertio mō ōꝛ aliq̄d bonū qꝛ eſt ordinabile. ⁊ hꝫ aliquā ordinatōnes intra ſe: ſiue ex tranſitu ſuper materiam debitam: ſicut paſcere eſurientem ſiue ex debita circunſtantia ſuperaddita. ſcilicet cum id faciat quando id exigit loci et temporis opportunitas. Ad illud autez genus bonū complendum; et ſi gratia gratis data ſit neceſ-

UVA. BHSC. IyR_227

faria ad hoc ꝙ fiat faciliter circūscripto tñ oi munere gre ⁊ relicto libero arbitrio in puris naturalib⁹ per naturale iudiciū ⁊ instinctū hō posset in tale bonū deo sibi coopante ficut coopatur in alijs creaturis. Nā sine ꝑmo agente nullū agens pōt agere. Ad bonū aūt qō ducit ad bonū pfectū siue merito cōgrui, siue merito cōdigni non pōt absq; auxilio dei. Ex his q̄dā minus bñ itelligētes dicūt ꝙ nulli⁹ absq; gra saluari pōt, ⁊ ꝙ nō est in hoīm potestate seu volūtate posse saluari. Sed his leuiter rñdere possumus. q̄ diuina gra nec liberū arbitriū coartat. nec ipm a se excludit. Exprimit nanq; Aug. ordinē gre ⁊ liberi arbitrij in lib. de ecclesiasticis dogmatib⁹ dicēs. Initiū salutis nostre deo inserante habemus. Ut acquiescamus salutari inspiratiōi nostre potestatis ē. vt adipiscamur quod acquirendū admonitio ne cognouimus. diuini est muneris. Ut nō lamur iā adepto salutis munere. nostre sollicitudis est, ⁊ diuini pariter adiutorij. Et hoc dicto clare cognoscit ꝙ principiū saluti a gra dei est. ꝑ nō nisi in hoīe cōsentiēte. Qō etiam Aug. lib. de li. ar, aptissime manifestat. Virtutē inq̄t de⁹ in nobis sine nobis opatur. Et iterū. Qui fecit te sine te non saluabit te sine te. Que auctoritates vnā eandēq; sniam habēt nullāq; repugnātiā. Nam prima auctoritas denotat i hois salute dispositionē susceptiuā virtutis ⁊ potestatē effectiuā. Dispositiō susceptiua virtutis est liberū arbitriū. ptās autez effectiua est diuina gra. Dicit ergo. Virtutes de⁹ opaf in nobis ꝓsentiētib⁹. Ecce dispositio susceptiua. sine nobis efficiētibus. Ecce effectiua potestas. que deo tribuit. Et in scōa auctoritate idē dicit. Qui fecit te sine te. efficiente. Ecce ptās effectiua. Non saluabit te sine te cōsentiēte. Ecce dispositio susceptiua. Et cum liberū arbitriū vir aut nūꝙ destituaf a gra gratis data ꝑm Boñ. in. ij. dis. xxviij. ar. ij. q. j. q̄d aliud restat nisi malos nō saluari nō ex defectu gre. ꝑ ex defectu ꝓprie volūtatis. Sicut ei sol radios suos nō abscōdit. ꝑ illos ꝙtū in se est oibus indifferenf cōicat. ita ⁊ de⁹ gratias suā. Et sicut aliquis claudēs feneſtrā ne lumē solis videat est inculpādus ꝙa lumen recusat ⁊ nō sol ipe qui ꝙtū in se est relucet ei. Ita re prehēſibilis est hō q̄ resistit gratie dei quā ipe semp dare est paratus. Quid nanq; culpe in fonte yberrimo ⁊ affluētissimo ee pōt. si trāsiens quispiā siti defatigat⁹. ꝓpria sua negligētia illius aquam nō bibat? Audite itaq; misseri pctōres ⁊ intelligite si saluari cupitis si pec catoꝝ veniā ꝓcupiscitis: si celestē patriā anhelatis. Aperite coꝝ vestrū et nō cōtēnatis gratiā dei vocantis. q̄ Apoc. iij. c. dicit. Ecce sto ad ostiū ⁊ pulso. Si q̄s audierit vocē meā et aperuerit mihi: intrabo ⁊ cenabo cū illo ⁊ ille mecū. Clamat equidē deus benign⁹ ad aiam peccatricē illud qō Cant. v. ca. scribit. Aperi mihi soror mea: spōsa mea: amica mea: colūba mea: formosa mea. Aperi. s. aia soror mea, quia tu ad imaginē ⁊ similitudinē meam facta es. Sponsa mea: q̄ ad hunc finē desponsaui te in fide. vt mecū in celis in eternuz regnare valeas. Amica mea: q̄ bñficioꝝ multitudine vt me cognoscas: vt me diligas: a me ꝓdota ⁊ ta es. Colūba mea vt mihi sīr obedires ꝓceptis et monitis salutatib⁹: a me bñ instructa et disciplinata es. Formosa mea: quia vt me solū formosum amares: summa pulchitudine a me decorata es. Aperi ergo mihi et me nō abijcias neq; repellas.

De exemplis quibus clare constare potest ꝙ omnes pctōres si volunt possunt saluari: et si non saluanf: ideo est q̄ nolunt neminē ipsos cogente. Capm III

Ertia cōclusio ōr exemplaritaf. Sūt quidez exēpla plurima q̄bus appere potest ꝙ facile fit saluari cū sit hoc in volūtate vniuscuiusq; sicut supius diximus. Audiamus ergo Aug. in li. de libe. arbi. Et notaf in decret. xxiij. q. iij. c. Nabuchodonosor. Vbi egregi⁹ doctor adducit exemplum de nabuchonosor et pharaone dicēs. Nabuchodonosor penitentiā meruit fructuosaz. nōne post inumeras ipietates flagellatus rex ille penituit. ⁊ regnū quod pdiderat rursus accepit? Pharo aūt ipis flagellis durior est effectus ⁊ perijt. Vbi mihi rōnem reddat q̄ diuinum consilium nimium alte sapiēti corde diiudicat cur medicamētū vnius medici manu confectum. alij ad interitum. alij valuerit ad salutē: nisi quia xpi bon⁹odor alijs est odor vite in vitam. alijs est odor mortis in mortez? Quantū autem ad naturaz ambo homines erāt. quantū ad dignitatē ambo reges: ꝙtū ad causam ambo dei populū captiuū possidebant. quantū ad penā ambo flagellis clemēt admoniti. Quid ergo fines eoꝝ fecit ee diuersos. nisi ꝙ vn⁹ manū dei sup se sentiēs: in recordatione ꝓprie iniqtatis ingemuit. alt ꝺo libero contra dei misericordissimā veritatem pugnauit arbitrio? hec ille. Pharao nāq; decem plagis a deo ꝓcussus ñ se humiliauit: ſ populum dei persequens in mari rubro sub-

UVA. BHSC. IyR_227

mersus dānatus perijt. Nabuchodonosor ꝯo
post septennem pniam siue sui castigationem
vt ōr Dañ.iiij. Leuauit oc̄los ad celū. ꝛ se deo
humiliās ad honorē regni decorem̄q; venit.
ꝛ ꝑm Nico. de lira sup hoc passu danielis: sal-
uus mortuus est. quia scriptura hīstoriā illaꝫ
in eius salutē terminat. Patet ꝑ ꝯ nec Pha
raoni nec nabuchodonosor ad diuersos fines
facta est violentia. Est ꝛ huic simile exēplum
petri ꝛ iude discipulorꝫ xp̄i. Petrus xp̄i apl̄us
Judas xp̄i apl̄us. Peccauit petrus negando
xp̄m: peccauit iudas ꝓdendo xp̄m. ꝛ Quid est
ergo ꝙ petrus post pcm̄ xp̄o successit in ani-
marum cura ꝛ merito coronatus bīitudinis
palmā recepit. Judas ꝯo se laqueo perimens
ꝛ suspendens dānatus est. Nulli dubium esse
debet ꝙ si iudas saluari voluisset vtiq; vere
potuisset. Unde de pe. di. j. c. his potestaꝫ ōr
Arbitror em̄ ꝙ etiā iudas potuisset tanta mi
seratione dn̄i nō excludi a venia: si pniam nō
solum apud iudeos: sed apud xp̄m egisset. hec
ibi. Penituit inquies iudas: ſ cur veniam nō
accepit? Ad quod facile est rn̄dere. Quia laqo
se suspēdit. Et ideo in. c. Judas de pe. di. iij. ōr
penituit sed male. nam lequeo se suspendit.

Idem notat in. ca. Nihil. ꝛ in. c. sceleratos ea
dem di. ꝛ in. c. nemo. de pe. di. j. vbi dicit. Ne-
mo pōt bene agere pniam nisi sperauerit in-
dulgentiā. Videns quippe iudas ꝙ male ege
rat in singultibus ꝛ suspiriis prorupit dicens
Peccaui o me dolētem. peccaui o me infelicē.
Peccaui inq̄: qr tradidi sanguinem iustum.
O impie iuda cur tuum pcm̄ cognoscēs non
cucurristi ad pedes iesu xp̄i: ſ potiꝰ ad pedes
sacerdotū etiā si illū querere debuisses: siue li
gatuꝫ ad columnā siue crucifixū. siue inter du
os latrones pendentē. Si eo inuento dixisses
ei peccaui iesu. qr osculo te tradidi in manus
iniq̄or̄: vile pretiū ab eis suscipiens: statim
audiuisses vocē dulcissimā eius dicentes tibi.
Remittunt tibi pcā tua. Nō hoc fecit iudas
sed abiens laqueo se suspendit: ꝛ sic damnatus
interijt. Petrus ꝯo post trinam negationem
si voluisset damnatus fuisset. Nullus eū indu
xit ad saluā: ſ sentīes cātū galli vt ꝓdixerat
ei xp̄us. ꝛ videns se a xp̄o respici. ficut habet.
Lu. xxij. egressus foras fleuit amare. Dicebat
forte petrus. O quāta est iniq̄tas mea. O ꝙ
graue pcm̄. Negaui me scire xp̄m quem vidi
quē amaui: qui me tm̄ dilexit. Vidi eum sup
aquas ambulare: mortuos suscitare. illumi-
nare cecos: ꝛ mūdare leprosos ꝛ tm̄ dixi me eū
non vidisse. O benignissime pater mi negaui
noscere te quē aspexi ꝑ oculis transfigu-
ratū in mōte: ꝛ captus formositate ꝛ pulchri
tudine maiestatis tue dixi. faciamus hic tria
tabernacula. O pijssime saluator mūdi tu me
ad apostolatū vocasti: tu meos pedes lauisti
tu mihi tua secreta mōstrasti: ꝛ ego cum iura-
mento negaui te. Parce mihi: indulge pcīs
meis: non me despicias penitentē. O petre
esto securus. quia humilitas pnie tue xp̄m in
clinat ad veniā. Pepercit petro xp̄s quē nūc
sedere facit in gloria regni celorum. Que itaq;
difficultas est vt pctōres saluent: qui cuꝫ vo-
lunt possunt saluari. Audiāt pctōres omnes:
quid loquar. quid cū veritate dicā. Si anima
peccatrix: diaboli serua: inimica dei. ꝛ gratia
spoliata: deleta ex libro viuentiū ꝑ sua sce-
lera multa ꝛ nephandissima deo reconciliari
voluerit: tanta est facilitas vt ad recōciliatio-
nem hm̄oi non sit expediens neq; necessariū
expectare tempora longa. nō annos: non mē
ses. non diem. non horā. sed vt sic dicā in ictu
oculi reuoluto corde ad deū cū cōpunctione ꝛ
ꝓposito bene viuendi ipo facto omnis culpa
cessabit. O igit reprehensibilis humana duri
ties. o reprobanda negligētia peccatorꝫ. o im
pietas humane mētis. Tam dulcis est via sa
lutis omnibus populis. ꝛ tamen pauciss̄imi
illam ingrediunt. Clama ad deuꝫ o peccatrix
anima ꝛ dic ei. Adiserere mei. ꝛ statim fine vl
la dilatione dabit tibi gr̄am suam: quā offert
oībus ad se recurrētibus: quos vocat sicut pa
ret in themate di. Venite sc̄z ad gr̄am meam
quā vobis liberaliter exhibeo. Hanc ipse de⁹
det nobis omnibus vt peruenire tandem pos
simus ad eternam gloriam. Amen.

De diuina charitate in quo ostenditur ꝙ
suauis ꝛ benign⁹ sit deus bīdictus ipis pec-
catoribus vt saluent que suauitas ad omnes
se extendit ꝛ nullum excipit. Sermo II

Enite ad me omnes

v qui laboratis ꝛ onerati estis ꝛc. vbi.
s. Conat antiquus hostis suggere-
re eis: qui peccata prīstina deponere iā dispo-
nunt sentientes facilitatem voluntatis sue: ꝙ
benignus deus cū multa exprobratione atq;
obiurgatione peccatores ad se redeuntes su-
scipiat. Quod falsissimuꝫ esse constat ꝛ abo
veritate alienum: cum rex ipe ꝛ dns omnium
creaturarū penitētibus sit totus blandus be
nignus placabilis dulcis suauis ꝛ pi⁹. Quare
in p̄senti sermone ad confortationē oīm
de secūda flamma diuine charitatis q̄ suaui-

UVA. BHSC. IyR_227

tas dicta est disseremus: ostendentes q̄ immensa sit suauitas dei ad omnes sub triplici radio illustrāte. Eruntq; hi tres radij tres cōclusiones confirmantes hanc veritatem scilz q̄ deus ex suauitate sua multa facit vt peccatores saluentur: que non faceret si non vellet: q̄tum in ipso est saluos fieri omnes.

Prim⁹ radi⁹ d̄r beneficioꝝ cōicatio.

Scd̄us radius d̄r diuturna supportatio.

Tertius radius d̄r abundans miseratio.

Ubi d̄r de immensis beneficijs q̄ deus exhibet cūctis pctōribus oñdens q̄ q̄tuz in se est vult omnes saluari. Capl'm. I

Primus radius quo illustramur ad cognoscendū dei suauitatē erga omnes d̄r beneficioꝝ cōmunicatio. In principio cuius quero abs te o miser homo: si vnq̄ cogitasti quis ille sit qui te ardentius ceteris diligat. Rñdebis forte q̄ pater tuus vel mater tua: vel soror tua ⁊ hmōi. Sed certe ignoras verum amatorem tuum. Deus hic est. de quo dicit hugo de arra sponse. Sponsum habes ⁊ nescis pulcherrimum oīm ⁊ faciem eius non vidisti. Ipse em̄ te videt: quia nisi te videret non te diligeret. Noluit adhuc seipsum tibi presentare: sed munera misit arrā dedit pignus amoris. hec ille. Uerba ista sūt poteris dicere de illis qui iusti qui boni sanctiq; sunt hos deus amat: hos diligit: hos amplectitur vinculo charitatis. Peccatores vero quō diligit deus. cum nequeat esse amor vbi est inimicitia ⁊ odium. Scribit nāq; Aug. xij. li. de ciui. dei. c. ij. di. Dicunt̄ in scripturis inimici dei qui non natura sed vitijs eius aduersant̄ imperio: nihil ei nocere valentes sed sibi inimici sunt resistendi voluntate non potestate ledendi. Et idem scio deum inimicum omni criminoso. Et de hoc insup habet̄ Sap̄. xiiij. vbi d̄r Abominabilis est deo impius ⁊ impietas ei⁹. ⁊ Eccli. xij. Altissim⁹ odio habet peccatores. ⁊ Judith. v. Deus pctōꝝ odit iniquitatem. Et dauid loquens ad deum dicit. Odisti omnes obseruantes vanitatem. Ad hoc respondere possumus ex dictis Boñ. in. iij. dist. xxxij. q. ij. q̄ deus non d̄r creaturā diligere ratione affectionis animi: sed rōne communicationis alicuius boni. Ita q̄ dilectio dei d̄r poti⁹ esse dilectio effectus q̄ affectus. Cōicatio autez bonitatis diuine si attendat̄ q̄tum ad effectum gratie nō se extendit ad pctōres. Ideo ꝓpter huiusmodi boni subtractionē d̄r illos odire. ⁊ sic intelligunt̄ auctoritates preallegate. Sed cōmunicatio aliorum beneficiorum ⁊ bonis ⁊ malis eadē est. Ob qd̄ ⁊ malos deus diligit nō vt malos: sed sua illis beneficia tribuens vt boni fiāt. Sūt aūt inter cetera tria bñficia que ⁊ bonis ⁊ malis tribuuntur a deo. scz.

Primum est creationis.

Secundum est sociationis.

Tertium est gubernationis.

Primum est beneficium creationis. Quis nam estimet quantum bonū est esse innumero creaturarum non quarūcunq;: sed rationabilium. Nullo quidem precio emi posset vn⁹ ex oculis: aut aliquod ex membris nostris. Multo minus aliqua anime potentia cuiuscūq; thesauro precioso poterit comparari. Et quis est qui omnibus dedit animam cum potentijs: ⁊ corpus cum sensibus nisi deus. Dedit autem hoc ex mera liberalitate sua. Hinc est q̄ Lactan. in secundo libro diuinarū institu. aduer. gen. dicit. Deus veri patris officio functus est. Ipse corpus effinxit: ipse animaz quam spiramus infudit: illius est totum quicquid sumus. hec ille. ⁊ Berñ. in sermone quodam. Parum tibi videtur homo. Cogita qualem te fecit. Nempe s̄m corpus egregiam creaturam: s̄m animam magis. vtpote imagine creatoris insignem rationis participem: beatitudinis eterne capacez. Porro ambo sibi coherere fecit. artificio incomprehensibili sapientia inuestigabili. Nec hoc ante promeruit: qui ante non fuit. Nec spes retributiōis fuit: quoniam bonorum nostrorum non indiget. Secundum beneficium dicitur sociationis. Magnuz quippe hoc est vt vnusquisq; habeat socium angelum. Unde dicit Hieronymus sup xviij. c. Matthei. Et ponitur secundo sententiarum distinctione. xj. Magna est dignitas animarum vt vnaqueq; ab ortu sue natiuitatis in sui perfectionem ⁊ custodiaz habeat angelum specialiter delegatum. In qua auctoritate tria notantur a doctoribus theologicis. Primum notandum s̄m Alex. de halis. in. i. sum. q. xlj. mem. iiij. ar. iij. ⁊ Archidiaconū super. c. firmissime. de conse. di. iiij. q̄ est duplex natiuitas scilicet in vtero ⁊ ex vtero. Prima est quando aīa creatur simul ⁊ infunditur corpori. Secunda vero est qñ exit de ventre matris. Angelus aūt deputat̄ homini a p̄ma natiuitate. scz in vtero nō ante. Nec debuit etiā post istam differri. Ratio em̄ s̄m Boñ. in. ij. distinctione. xj. in declaratione littere. q̄ illa custodia principalius respicit spm̄ q̄ corpus. Et ideo non debet specialem angelum ad suā custodiam habere anteq̄ spirit⁹ infundatur.

UVA. BHSC. IyR_227

Non debet etiã differri. qz et tunc defendere potest ꝛ adiuuare. Utrũ aũt ꝑsona paruulus caret vsu rõnis aliquem occultum effectũ habeat ꝓtum ad habilitatem ꝛ directionem in bonũ: rationez assignare est difficile: sed negare non est tutum, hec Boñ. Secundũ notãdum ꝙ angelus nõ deserit obstinatum in peccatis vsqz ad mortem. Ratio est ꝑm Boñ. in ij. dist. xj. ar. ij. q. i. quia promior est bonus ãgelus ad adiuuandũ ꝙ malus ad perdendum. Sed malus angelus hominẽ nõ derelinquit vsqz ad mortẽ etiam ꝓtuncunqz sanctũ, sic ꝛ bonus ꝓtuncunqz sceleratũ nõ dimittit vsqz in finem. Tertiũ notandũ est ꝙ ãgelus beatus ꝑpter custodiam hominis nõ est inferior homine viatore: neqz indignior: cũ illud fiat ex dulcedine summi dei: qui homini ostendere voluit benignitatẽ suaz: qua tanta est vt angelos suos mittat: qui homines habent adiuuare. De hoc autẽ auxilio ꝛ angelorũ custodia suo loco alias dicturi sumus. Nunc vero tm̃ tetigisse sufficiat. ꝙ deus bñdictus ita deputauit ãgelos ad custodiã iniquoꝝ: sicut ad custodiam bonoꝝ. Sed hic incidit dubiuz nõ immerito discutiendũ. s. vtrum deus magis diligat hominẽ ꝓ angelũ: vel econuerso. Et ꝙ magis diligat angelum ostenditur sic. Malos dilectio ꝛ minor attendit ꝑm maiorẽ ꝛ minorẽ cõmunicationẽ diuine liberalitatis sed deꝰ pyno solo motu angeluz glorificauit qõ non facit homines. ergo est eis liberalior ꝓ nobis. ergo magis angelos diligit ꝓ nos homines. Item angeli magis diligũt deũ ꝓ homines ꝑ eo ꝙ nulla habẽt retardatione qua impediant ne totaliter possint tendere in deũ ergo si deus magis diligit diligẽtes se: videt ꝙ magis diligat angelos ꝓ nos hoies. Contra. Dicit ad Heb. ij. Nusqz angelos apphendit: sed semẽ Abrae. Sed illud fuit potissimũ signũ dilectionis ꝛ familiaritatis diuine ꝙ assumeret nostrã naturã creatã in vnitate persone sue. Ergo magis videt ꝙ dilexerit naturam humanã ꝓ angelicã. Item Joh. xv. Maiorẽ charitatẽ nemo habet ꝛc. Sed deus posuit aiam suã ꝑ hoibus ꝛ nõ ꝑ angelis. ergo videt ꝙ magis dilexit homines ꝓ angelos. Item illam naturã magis diligit quam in altiori gradu bonoꝝ ꝓstituit: sed deus humanam naturã mvtroqz sexu angelicis spiritib⁹ superposuit. s. xp̃m ꝛ eius nobilissimã matrez ergo videtur ꝙ humanã naturam magis diligat ꝛ magis dilexit ꝓ naturam angelicam.

Huic qõni. Boñ. rñdet in. iij. dist. xxxij. q. iij. dicẽs. ꝙ cũ deus dicat diligere creaturaz effectu. ꝑm ꝙ duplex est effectus principalis dei respectu creature rõnalis: ꝑm hoc pot dilectio dei maior ꝛ minor dupliciter cõsiderari Est aũt duplex effectus. s. ꝺditionis ꝛ reparationis. Si loquamur de dilectione dei ꝓtum ad effectũ ꝺditionis: sic magis dilexit ãgelos quia meliora contulit eis naturalia et magis potentes eos fecit. Si ño loquamur quantũ ad effectũ reparationis, sic magis dilexit homines ꝓ angelos: qm̃ angelos defuit, hoies vero reparauit seu relevauit. Si aũt queras que illarũ dilectionũ magis excedat aliquam tunc rñdendũ est. ꝙ est loqui de excessu dilectionis ꝑm statũ pñtem: ꝛ ꝑm statũ finalem. Scõm statũ pñtem magis dilexit ãgelos q̃ hoies. Scõm statũ finalis gr̃e in quo erit reparatio cõsummata, videt rõnabiliter posse dici: ꝙ magis diligat hoies. De pluribus em̃ habebit homo in paradiso. vñ gratus ꝛ deuotus existat deo ꝙ angelicus ordo. Tuz ꝑpter beneficiũ creationis. tum ꝑpter bñficiũ incarnationis. Et sic patet ad obiecta rñsio. Nam ꝑme rõnes cõcludũt ꝑm effectũ conditionis. alie ꝑm effectũ reparatõis habito respectu ad finalẽ statũ. Vec Boñ. Dictũ est satis de dilectione hoiꝝ et angeli repatõe. Nos ño a deo singulariter dilectos hoies cognoumꝰ: qbus angelicos spũs dignatꝰ est sociare. a quozum societate alieni nõ sunt infideles: non iudei: nõ hereticiꝰ nõ deniqz mali xpiani. O supna dei pietas cur hoc facis. Cur angelos ad custodiã nõ tm̃ amicoꝝ: ꝑ etiã inimicoꝝ tuoruz ꝺputas. Profecto nõ ob aliã cãm: nisi vt tua a cũctꝫ noscat suauitas: qua etiã peccatores ad tuã euocas charitatẽ. Quisnã est qui oĩs hoies gubernat: oĩs aliti: oĩsqz pascit. Ille. Peculdubio de quo ꝺz in ps. ꝛ decretꝫ. dist. viij. c. q̃ iure. ꝛ extra de decimis. in. c. tua nobis. Dñi ẽ ẽra et plenitudo eius: orbis terrarũ ꝛ vniuersi q̃ habitãt in eo. Ipsius nãqz sunt oĩa celũ ꝛ ẽra mare et oĩa cleméta: luna: sol: stelle: arbores: plante: ꝛ cũcta q̃ sunt in mũdo: a qb⁹ bñficiuz susciꝑit ingrati pcrõres. Unde Hugo de ara spõse ait. Respice vniuersum mũdi tstum et considera si aliqd in eo sit qõ tibi nõ suiat. Omis natura ad hũc finẽ dirigit cursum suum. vt obsequijs tuis famulet ꝛ vtilitati deseruiat tuisqz oblectamẽtis pariter ꝛ necessitatibus ꝑm affluentiã indeficientẽ occurrat. Hoc celum: hoc mare: hoc aer: cũ his que sunt in eis vniuersis explere non cessat. Hec ille. Videa mus ergo ꝙ multis ꝓtꝫ. ꝙ ac qb⁹ bon⁹ deꝰ ois

UVA. BHSC. IyR_227

illa largitur. Propterea Matt. v. dicit. Pluit super iustos ⁊ iniustos, ⁊ solē suū oriri facit super bonos ⁊ malos.

Qualiter deus ex abūdanti pietate sua nō statim punit peccatores: sed eos expectat longo tempore solum vt cōuertant.

Capl'm II

Secūdus radius quo illustramur ad cognoscendā dei suauitatem dicitur diuturna supportatio. Nullus quidē est taz insane mētis qui nō cognoscat luce clarissima peccatū sūme displicere deo. Ob quod statim mortali peccato ꝑpetrato meret peccator eternas penas subire. Certissimū est autē ꝙ deus in tā seue punitionis executiōe potētiaz habet ⁊ facultatē. cui nemo resistere p̄t ⁊ tñ tolerat patienter. nō vnū tm̄. sed plures. ⁊ q̄ innumeros peccatores nephandissimis spurcissimis horridisq; peccatis fedatos de q̄bus d̄r Eccl's. j. Stultorum infinitus est numerus. Quot nanq; sunt in hac vita erūnosa huiusmōi ī stultitia laborātes idolatre. heretici. scismatici. excōicati. ꝓditores sacrilegi. seditiosi. detractores. susurrōes. bilingues. falsarij. periuri. deceptores mēdaces. vsurarij. sortilegi. malefici. incantatores. elati superbi. inanis glorie cupidi. hypocrite. irosi. gulosi. blasphemie lusores. fornicatores adulteri. sodomite. tyranni dñi ⁊ crudeles. ꝓprietarij religiosi nō officiantes clerici. sigilli pnie fractores. simoniaci dei templa ingredientes ⁊ habitantes irreuerenter. aduocati ⁊ ꝓcuratores sine veritate ⁊ sine iusticia. semel in anno non cōfitentes ⁊ cōicantes cōmunionē in peccato mortali suscipiētes. ⁊ alijs pluribus vitijs obnoxij. quos expectauit deus ⁊ tolerat patienter quosdā ad vnū annū. qnosdā ad duos q̄sdā ad vltimū vite sue. Cur nō ꝑiclitāt subito tot pctōres qui merent viui descendere ad infernum. Cur nō aperitur terra ⁊ deglutit eos Cur tanto tēpore vt p̄diximus primo radio diuinis beneficijs perfruunt. O supexcelsa latitudo diuine chartitatis. O pelagus infinitñ diuini amoris. Exaltant impij ⁊ superbi mortales cōtra deū. ⁊ ipse nō statim priuat illos salute ꝓpter affluentissimā charitatem suam Unde Sap̄. xj. d̄r. Misereris omniū dñe. q̄a oīa potes: ⁊ dissimulas peccata hoīm ꝓpter pniam. Et. ij. Pet. iij. c. Deus patiēter agit ꝓpter nos: nolens aliquē perire. sed oēs ad penitentiā reuerti. Peccatores aūt nō corriguntur ex diuina expectatiōe. sed potius malicia ꝓpria obdurant in mente. Hinc apl's Ro. ij. c. ait. An ignoras q̄z benignitas dei ad penitentiā te adduxit. Tu aūt ꝑm duritiam tuā ⁊ impenitēs cor thesaurizas tibi iraz in die ire et reuelationis iusti iudicij dei. Siquidem si esset aliquis potēs qui in potestate sua h̄ret filij sui interfectorē. nōne benignus eēt si euz viuere ꝑmitteret. Igitur a simili: peccando nosmetipsos qui sumus filij dei interficimus spūaliter. ⁊ tñ deus sinit nos viuere vita temporali: et etiā vita spūali per quā nos filij dei sumus. Qd̄ v̄o peccantes nos interficimus ꝓbat Sap̄. xvj. Homo ꝑ maliciā occidit animā suā in se. Peccando etiā filium dei iesum xp̄m qui in nobis est interficimus. Vñ Heb. vj. Rursus crucifigentes sibimetipsis filiū dei. Et glo. sup Matth. Vere oīs hō malus quanū ad voluntatē suam. ⁊ manus mittit in deum ⁊ occidit eum.

De abūdantia diuine misicordie: q̄ tanta est vt peccata omnia ⁊ superet ⁊ antecedat

Capitulum III

Tertius radius quo illustramur ad cognoscendū dei suauitatē d̄r abūdans misatio. Multa quippe est misicordia dei pctōribus ad se cōuertētibus exhibita Sed quō dices hoc potest esse verū: cum Damascenus dicat lib. ij. c. xiij. misicordia ē tristicia in alienis malis. Sz ī deo nulla est tristicia. ergo nec misicordia. Ad qd̄ rñdet ꝑm Ric. i. iiij. di. xlvj. ar. ij. q. j. ꝙ misicordia īportat duo. Unū tanq̄ essentiale. aliud tanq̄ accidentale. Primū est promptitudo volūtatis ad subueniendū miseris in qua est totum virtutis misicordie essentiale. Secundū v̄o est passio tristicie: que oritur in appetitu sensitiuo ex cognitione miserie alterius. Quantum ad scd̄m nō est in deo misicordia: sed quantū ad primum est summe misicors. ita ꝙ misericordia est in eo ꝑm effectum: ⁊ nō ꝑm passionis defectuz. Concordat his Boñ. ⁊ Scotus xlvj. di. iiij. ⁊ Alex. in. iiij. summe. ⁊ Thomas p̄ma parte. q. xxj. ar. iij. Hinc est ꝙ Anselm⁹ in monologiō loquēs ad deū ait. Misicors es: quia miseros saluas. peccatoribus parcis Misericors nō est: q̄z nulla miserie cōpassione afficeris. Quāta aūt sit latitudo hui⁹ dīne misericordie. patet in sacra scriptura decretorūq; sentētijs. Et p̄mo sapiēs eccl'i. xvij. c. ait. Magna misicordia dñi: ⁊ ꝓpiciatio illi⁹ cōuertētib⁹ ad se. Quis adijciet enarrare misericordias dei. Eccl'i. xviij. Letetur anima vestra in misericordia eius. Ibidē li. c. Tu autē deus noster suauis et verus es. ⁊ in misicor

UVA. BHSC. IyR_227

dia disponens oia. Sap. xv. Eccl. xxxiij. Dña tor dñe deus misericors t clemēs patiens et multe mie t verax. t Esa. liij. dicit dñs. In mi sericordia sempiterna misertus sum tui: dicit redēptor tuus dñs. Derelinquat impius viaz suam t vir iniquus cogitationes suas: t reuertatur ad dñm t miserebit ei. Esa. lv. Inuocabis et dñs exaudiet: clamabis t dicet adsum: qz misericors sum dñs deus tuus. Esa. lviij. Conuertimini ad dñm deū vestrū: qz benignus t misericors est, patiens t multe mie. t pstabilis super malicia. Joel. ij. Magnificata est vsqz ad celos mia tua. ps. lvj. Tu aūt dñe suauis t mitis: t multe mie oibus innocantibus te. ps. lxxxv. Laudate nomē eius qm suauis ē dñs in eternū mia eius. ps. xcix. Magna est super celos mia tua. ps. lxvij. De pe. di. j. c. vide. Pius est dñs t misericors qui vindictā temperat ab eo qui illā penitendo preuenit, t de pe. di. j. c. qz diuinitatis natura. Hiero. ait. Quia diuinitatis natura clemens est t pia: magisqz ad indulgentiā pna q̄ ad vindictaz: que non vult mortē peccatoris sed vt cōuertat t viuat. Si quis post lapsum peccatoz ad verā pniaz se cōuerterit cito a vero mie iudice venia impetrabit. t de pe. di. j. c. nouit dñs. t. c. si aga mus. t. c. q̄ obiē. t. xxij. q. iij. c. vnusquisqz. t c. incōmutabilis. Nouit deus mutare sniam: si tu noueris mutare ppositū. i. emēdare delictū. Quid faciunt ergo peccatores: cur nō ad deū reuertant qñ tanta miam peccatores ipsos suscipientē inueniūt? Inquit em̄ Greg. in omel. Qui stare contempsit saltē post lapsum surgat. Reuertentes nos dñs clemēter applicitur: qz pctōrum vita esse indigna iā nō pōt que fletibus saluat. hec ille. Et de pe. di. j. c. in actione. Coz cōtritū t humiliatū deus non despiciet. et per Ezechielē. xviij. c. dñs dicit. Nolo mortē peccatoris: s vt conuertat t viuat. Reuertimini t viuite. Paulusqz ad Eph. ij. dicit. Deus dives est in mia. Et iterū. ij. Cor. j. Benedictus deus t pater dñi nostri ihesu xpi pat misericordiarū. Que oia considerans deuot⁹ Bern. super cātica sermone. xxij. ait. Bino pter mansuetudinē que de te predicatur curremus post te dñe ihesu: audientes q̄ nō spernas pauperē peccatorē nō horreas. Non horruisti confitentē latronē: non lachrymantem peccatricē: nō chananeā supplicantē: non deprehensam in adulterio: non sedentē in theloneo: nō supplicantē publicanū: non negantē discipulum: non persecutorē discipulorū: non ipos crucifixores tuos. hec ille. Nihil ergo in deo austerū: nihil terribile est ad se venientib⁹ peccatorib⁹. Jdeo clamat. Venite ad me operantes iniquitatē. Venite ad me flumen indeficiens omīs charitatis. Ad me qui vos creaui. Ad me qui vobis contuli tanta beneficia. Ad me qui mlt̄ annis vos expecto. Ad me qui dulcissime vos inuito. Ad me qui vos benigne suscipio. Ad me qui vobis indulgeo. Ad me vestrū creatorē: q̄ paratus sum dare vobis felicitatē regni celorum, quaz nobis cō cedere dignetur qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

De diuina charitate. in quo declaratur q̄re deus benedictus, t gloriosus multa pcā t oia cuiuscūqz gratuitatis remittit vere penitētibus ad se redeuntibus. Sermo III

Venite ad me omnes

v qui laboratis t onerati estis. Jteruz vbi, s. Etsi quodcunqz peccatū mortale quia contra deum cum sit infinitum bonum: malum infinitum merito dici possit: verūtamē vnū altero grauius esse respectu alicuius circunstantie: nullus sane mētis ambigit imo t plerīqz: peccatores iz alios penitētes videant. tamen se illis grauius errare rōne cognoscunt rōneqz iudicant. Ob quod in dubiū venit. Si diuina charitas ad oīe peccati genus t ad quoscunqz pctōres se extendat. Ō quidē saluator noster soluit in verbis premissis: cū dicit. Venite ad me oīes. s. peccatores. In quibus verbis tertia flāma diuine charitatis exprimitur: de qua in presenti dicenduz est sub triplici cōclusione. videlz.

Prima vocat volitōis.
Scōa vocat remissiōis.
Tertia vocat dānatōis.

Qz deus suauis est oibus: t qualiter intelligitur illud dictū apli: q̄ vult oēs saluos fieri. cū tñ nō oēs saluent. Caplm I

p Prima conclusio dicit volitionis. In q̄ scire debem⁹ q̄ deus gratiosus quātum in ipso est vult oīes saluos fieri. Juxta illō ps. Suauis dñs vniuersis t miserationes eius super oīa opera eius. Apls aurem, s. ad Timoth. ij. loquens de liberalissima volūtate dei dicit. Omēs hoīes vult saluos fieri. t ad agnitionem veritatis venire.

Sed non immerito dubiū oritur: quia cū non omnes saluentur: videtur q̄ voluntas dei nō sit efficax: vel dictū apostoli est minus verum Ad quod declarandū dicit doctor seraphicus Bonauentura in primo. dist. xlvj. q. j. t Nico.

UVA. BHSC. IyR_227

de lira super hoc passu q̄ dictū apostoli trib⁹ modis exponit. Uno modo vt sit ibi distributio accommoda sicut ⁊ hic. Omnis homo timet in mari. Scōm em̄ cōem modū loquendi intelligitur qui est in mari. Similiter Augustin⁹ exēplificat. vt si dicatur. Magister iste docet omnes pueros de ista ciuitate. quia sc̄z docet illos qui addiscunt. Nullus em̄ docetur nisi per ip̄m. Sic in ꝓposito potest esse sensus Deus vult saluos fieri omnes homines qui saluantur: quia nullus saluatur nisi velit de⁹

Secundo modo potest exponi vt sit ibi distributio pro generibus singulorum: ⁊ nō pro singulis generū. Sicut cuz dicitur. Omne animal fuit in arca Noe. quia de omnibus generibus animaliū fuerūt ibi aliqua individua Et deus de omni genere vult aliquos saluos fieri. ſ. de grecis: de latinis: de platis: ⁊ de subditis: ⁊ de omni genere. Et sic exponit magister sniaꝝ in textu di. xlvſ. primi libri. Tertio modo pōt exponi de volūtate dei antecedēte ⁊ nō ꝓsequēte. Uoluntas antecedens est q̄ quis vult aliq̄d absolute. Uoluntas aūt que ē ꝓsequēs est qua q̄s vult aliquid ꝓsideratis circunstantijs. Uolūtas aīcedens ē voluntas respectu eiusdē ꝓpter qō deus hoiem facit: ⁊ ē irrefragabilis bonoꝝ. Uolūtas ꝑfs ē quavult aliqua ſm ꝓscientiā meritoꝝ. Differentia aūt inter hāc ⁊ illā volūtatē nō est ſm diuersitatē affectōis siue modi volēdi q̄ sit in deo: ſ ſm rōnem ꝺnotandi ⁊ intelligēdi. Prout em̄ ꝺr deū velle salutē oim aīcedent: connotatur in oibus hoibus ordinabilitas ad salutē. Tū ex parte nature date. Tum ex parte gr̄e oblate. Dedit em̄ de⁹ naturā ſm quā ip̄m possent cognoscere: cognitū quererē: ⁊ quesitū inuenire ⁊ inuento inherere: ac p hoc salutez obtinere. Gr̄am simili mō obtulit dū filiū misit: cuius pretiū oim saluti sufficit. Leges etiā ⁊ māda ta salutis tribuit ⁊ ostendit. Ip̄e insup ꝑpe ē oibus inquirētibus ⁊ oib⁹ inuocātibus eū. Uelle q̄ hoiem aīcedēter saluare nō ꝺnotat salutē. Uelle aūt ꝑfiter saluare ē velle dare salutē ei quē scit ad salutē puenturū p suū auxiliū ⁊ gr̄am: ⁊ ꝺnotat salutis euentū. Et sic nō est dicere q̄ de⁹ vult oēs hoies saluos fieri.

Qualiter de⁹ penitētib⁹ peccatoꝝ remittit oē gen⁹ petit: ⁊ quō itelligit de pctō in sp̄m sctm̄ q̄ sit irremissibile. Capl̄m II

Ecūda cōclusio dicitur remissionis.

8 Si em̄ de⁹ vult oēs hoies saluos fieri qui saluari volūt: adhuc remanet dubium de peccato in sp̄m sctm̄. Posito enim q̄ aliquis peccasset in sp̄m sctm̄ ⁊ reuerti velit vtrū de⁹ talē ad venia susciperet? Et videt q̄ nō. qz pctm̄ in sp̄m sctm̄ est irremissibile. Prz ꝑ Aug. lib. de fide ad petrū. vbi ait. Dis q̄ peccant in sp̄m sctm̄. neqz hic neqz i futuro remitti dicim⁹. Dis rūdēdū est ſm magr̄m sen. di. xlij. scōi libri. q̄ pctm̄ in sp̄m sctm̄ vix aut raro aut difficile remittit. ſm em̄ Alexā. de halis. in. iij. sūme. q. j. mē. ij. ar. ij. vbi tractat de remissione peccati Ade: pctm̄ tripliciter ꝺr irremissibile. ſ.

Negatiue.
Priuatiue.
Contrarie.

Negatiue est irremissibile illō q̄ nullo mō pōt remitti. Et isto modo est irremissibile peccatū luciferi ⁊ aliox dānatox. Priuatiue dicitur irremissibile quod non habet aliquid dignū vt remittat. Et sic oīe pctm̄ mortale est irremissibile: qz nullū pctm̄ mortale habet aliquid per quod fit dignū remissione. Contrarie vero ꝺr irremissibile qz ꝺr contrariā dispositionē ad gr̄am: sine qua nullo mō pōt peccatū remitti. Et isto mō est irremissibile pctm̄ i sp̄m sctm̄: qz directe est ꝺ effectuz spūssancti q̄ q̄des ꝺr gr̄a pnialis. Dui⁹ autē pcti sex sunt species vt ptz per Aug. in Enchiridiō: ⁊ de fide ad petrū, ⁊ in lib. de ꝑmōe dñi in monte, ⁊ in lib. de baptismo paruloꝝ, videlicet.

Desperatio.
Presumptio.
Inuidia fraterne gr̄e.
Obstinatio.
Finalis impnia.
Impugnatio veritatis agnite.

Quaruz specieꝝ numerus assignatur ſm Boē. in. ij. di. xlij. ar. iij. q. j. vbi dicit. q̄ cum peccatū in spiritūsanctū fit contra penitētia'lem gr̄am: tunc aut est ex tra ipaz rōne sui, aut rōne antecedentiū. aut rōne subsequentium. Si rōne antecedentiū: cū ad pniam ātecedat timor ⁊ spes tanq̄ due mole. contra timorez est presumptio: cōtra spem est desperatio, Si ratione consequentiū: cum ad pniam consequatur emenda que consistit in duobus. ſ. in vera ꝓfessiōe ⁊ ꝺa satisfactōe: sic sumunt due spes quarū vna ē impugnatio veritatis agniti, alia est detestatio boni. Si rōne sui, sic est obstinatio que cōprehendit etiā finalē impniam. Dicitur ergo pctm̄ in sp̄m sctm̄ irremissibile magis q̄ aliox pctox genera: ꝑ eo q̄ nō tm̄ repugnat gratie, ſ etiā dispositioni ad veniā ⁊ gratiaz suscipiendam, Remissibile aūt est tum ratio-

UVA. BHSC. IyR_227

ne diuine potētie remittētis. tum quia homo
poteſt de illo penitere, excepto pctō finalis i
penitētie. Hec autē finalis impenitētia ōr du
pliciter ſicut t ꝓſeuerātia. Nā ꝓſeuerātia vno
modo ōr ꝓpoſitum ꝓſeuerādi. Alio modo ōr
ꝓtinua ꝓmanētia in bonoꝝſcq; in finē. Sicet
impenitētia vno modo ōr ꝓpoſitū nō penitē
di. Alio modo ōr ꝓtinua ꝓmanentia in malo
Impenitentia ꝑmo modo ꝓut ōr ꝓpoſitum
nō penitēdi eſt pctm̄ irremiſſibile qz vſq; re
mittit eo ꝙ tale ꝓpoſitū claudit viā ad gra
tiam t impedit ingreſſum ſpūſſancti. Tamen
poſſibile eſt ꝙ illud peccatū interdū ly nō ſem
per remittat. Sed impenitētia ſecundo modo
dicta nullo modo poteſt remitti. Hec autem
nemīni eſt attribuenda vſq; ad illud inſtans
in quo poſſet dici de aliquo ꝙ finaliter ſit im
penitens.

De pctō damnatoꝝ ꝙ talib⁹ etiā remitte
ret ſi ipſi verā penitētiā facerēt. t ꝙ pnīa eo
rū nihil valet. Capl'm. III

Ertia cōcluſio ōr dānatiōis. Naz ly
t ea q̄ dicta ſunt locū habeant in his q̄
peccāt in via t emendank dum viuūt
in hoc ſeculo: tamen nullo pacto extēdi poſſūt
ad eos qui in inferno dānati ſunt ꝓ pniam diſ
funtiuā. His em̄ nunq̄ deus veniā dabit t tm̄
pniam agunt ſicut ꝑ Sap̄. v. Dicentes intra
ſe pniam agentes. Ergo videſ ꝙ dei benigni
tas nō ſit oibus cōis, neq; omnes penitentiā
agentes dei ſuauitatē inueniunt. Ad quod
dicendū eſt ſm̄ Boñ. in. iiij. diſ. xliij. ꝑte. ij. ar.
j. q. iij. ꝙ agere pniaz ſine doloze de culpa ſua
cōmiſſa poteſt eſſe dupl'r. Aut ꝓpter leſionez
nature, aut ꝓpter offenſionē maieſtatis diui
ne. Primā pniam habere quis pōt ex ſola na
tura ſine aliquo munere gr̄e. Sicut em̄ homo
natural'r ſe diligit. ſic etiā odit oīe ꝓpter q̄
malū incurrit. Et talis pnīa eſt in dānatis et
in malis. Fuit hec in antiocho ſceleſtiſſimo de
quo ōr. ij. di. Macha. ix. Orabat ſceleſtus do
minū a quo nō erat in miam ꝓſecuturus. Fu
it etiā in Eſau. de quo ōr ad Heb. xij. nō iue
nit locū pnīe. ꝙꝝ cū lachrymis poſtulaſſet
eam. Hanc dñs nō acceptat. nec quis ſic peni
tēs inuenit gr̄am vel veniā. Alia eſt pnīa qua
q̄s penitet ꝓpter dei offenſam. Et hec nō eſt
ſine diuina gr̄a gratū facīēte vel gratis data
que deo placet. Et q̄m̄ diabolus hanc habere
nō pōt. ideo nec veniā habere pōt. Sed ſi per
impoſſibile ponerek ꝙ diabolus t dānati poſ
ſent habere hanc pniam, tunc dñs daret eis
gr̄am. Unde de diabolis iloquēs, Berñ. in lib.
de gradibus humilitatis: ait, Sic enim deus
temperauit in vindicta ſuam: vt ſi vellet reci
pere veniam nō neget. Nullū ergo pctm̄ ē tā
graue: tam pōderoſum qō deꝰ clemētiſſimus
pctōrib⁹ nō remittat: ſiue ſit mortale ſimpl'r: ſi
ue ſit in ſpūſancrū ſiue in deū. Unde Ezry
ſo. de pe. di. iij. c. talis ait, Tal' ē mihi crede. ta
lis erga hoies dei pietas ꝙ nunq̄ ſpnit peni
tentiam ſi ei fincere t ſimpl'r offerat. Etiā ad
ſummū quis peruenīat maloꝝ. t inde tamen
velit reuerti ad veritatis aſs ꝟtutis viā ſuſci
pit libenter t amplectit. hec ille. t Hiero. ad
Occeanū de hac ſic dicit. Que pctā fletus iſte
non purget. Quas inueteratas maculas hec
lamenta nō abluant. Petrus trinā negatio
nē trina ꝓfeſſiōe deleuit. Aaron ſacrilegium
t cōflatū ex auro vituli caput fraterne cozre
xere pces. Dauid ſancti t māſuetiſſimi viri ho
micidiū pariter t adulteriū ſeptē diez emen
dauit fames. Jacebat in terra. voluebat i ci
nere, t oblitus regie maieſtatis lumen quere
bat in tenebris. illumq̄ tm̄ reſpiciens quem
offenderat lachrymabili voce dicebat. Tibi ſo
li peccaui. t malū cozam te feci. t redde mihi
letitiā ſalutaris tui. t ſpū ꝓncipali ꝓfirma me.
Atq; ita factū eſt vt q̄ me docuerat virtutib⁹
ſuis quō ſtans nō caderē. doceret per penitē
tiā quomodo cadens reſurgerem, hec ille. De
ipſo quoq; dauid pctōze grauiſſimo idē Hie
ro. ad Sabinianū diaconē lapſum ita ſcribit.
Totā pniam pctōris oſtēdit p̄s. l. quando in
greſſus eſt dauid ad berſabee vxorem Urie
Ethei. t a nathan ꝓpha cozrept⁹ rñdit dicens
Peccaui. Statiq; meruit audire. Et domin⁹
abſtulit a te pctm̄ tuū. Adulterio em̄ iunxerat
homicidiū. t tamē inde conuerſus ad lachry
mas ait, Miſere mei deus ſm̄ magnā miaz
tuā. Magnū em̄ pctm̄ magna indigebat mia
Unde adiungit t dicit. Amplius laua me t̄c.
Tibi ſoli peccaui. Rex em̄ aliū nō timebat, Et
malū cozā te feci t̄c. Cōcluſit em̄ deus omnia
ſub pcō. vt oīb⁹ miſereat. Tantūq; ꝓfecit vt
dudū pctōr t penitēs trāſierit in magiſtrum
Ait enim. Docebo iniquos vias tuas t̄c. Hie
ro. Hoc ꝙo qō dictū eſt de dō notatur. ij.
Reg. xij. Ubi narrat ꝙ poſt adulteriū pariē
t homicidiū ꝙ dauid cōmiſſum. cū ei cōmina
ret nathan ꝓpha iudiciū dñi. dixit ad natha.
Peccaui domino. Statimq; audiuit nathan
reſpondētē. Et dñs trāſtulit pctm̄ tuum a te.
Hec pro omniū diximus conſolatione: vt ſen
tiant peccatozes omnes ꝙ ampla ſit charis
tas t benignitas ſummi dei. Et ad ꝫ occurrit

UVA. BHSC. IyR_227

quoddam exemplū vere stupendū ⁊ admirabile sicut habef in legēda sancti Basilij. Erat quidā venerabilis Heradius nomine filiam suam habebat vnicā quā disponebat dño cōsecrare. Diabolus ꝯo callidus ⁊ astut⁹ inflāmauit supra modū vnū de seruis suis in amorem puelle. Dic cū impossibile iudicaret posse in amplexus taz nobilis puelle. ⁊ domini sui filie puenire, accersiuit maleficū quendā subditū ab eo ⁊ auxiliū postulans ꝓmisso ꝓtio Cui ille respondit. Si vis mittam te ad dñm meū diabolū. cui si volueris obtēperare habebit tibi ⁊ cōpletū erit desiderium tuum: ⁊ ꝓspera q̄z succedent. Ad quē iuuenis ibo inq̄t sed modū terminūq̄z eundi infinua. Ille igit maleficus ad diabolū ꝑ predictū iuuenez misit hec verba. Cū quidem mi dñe studiū meum est omnes quos possum tue adducere voluntati mitto tibi hunc iuuenē. ꝓcoz te vt suum desiderium assequar. Et dās hāc epkam inuenī dixit. Vade tali hora noctis ad monumētū cuiusdā gētilis. ibiq̄z acclama demonem. ⁊ hanc chartam in aere exalta. ⁊ statim aderit tibi. Qui iuuenis hoc faciēs. subito apparuit tenebrarum princeps cuz sua comitiua. Et epistola plecta dixit ad eum. Credis in me. Qui ait. Credo dñe. Et diabolus Abnegas deum tuū. Cui respondit. Abnego. Dixitq̄z diabol⁹. Ne a te decipiar. fac mihi manu tua scriptū in quo cōfitearis texꝑo ⁊ baptismo ⁊ xp̄iane renūciare ꝓfessioni. Qui fecit scriptū qualr̄ xꝑo abrenūciasset. ⁊ diaboli suituti se mācipasset. At diabolus missis spiritibus focatione ad coz puelle inflāmādū in amoꝛe iuuenis disparuit. Postea aliquibus elapsis diebus adeo puella in iuuenis amoze ꝙuersa est. vt patri diceret vel mihi iuuenē talem in virum tradas. vel mozt⁹ me cito videbis. Et cū nulla ꝓsuasiōe posset eā pater lugens ⁊ dolens ab hoc ꝓposito āmouere. eā ꝓdicto iuueni despōsauit. Qui cum diebus aliquibus mozaref cū vxoze sua nouiter ducta notatus est a multis ꝙ mihil xp̄ianitatis erat in eo. Videbāt eum eccl̄ias fugere: crucis signū hoꝛrere. ⁊ dei ꝛba spernere atq̄z alia facere q̄ bono viro nō cōueniūt. Retulerunt hi qui obseruabant vxoꝛi sue qui viderāt q̄due de iuuene sentirent. Illa ꝛo diligenter inq̄rendo a viro dixit veritatem ⁊ pt timescens valde iuuenem flexit vt ambo ad sanctū Basiliū pgerēt. Ad quē cū venissent: ⁊ sibi oīa narrassent. ait ad iuuenem. Vis reuerti fili. Vellem inq̄t sed nō possuz. Obligatus enī sum scriptura ꝓpria ad diabolo seruiendū. Cui Basilius. Nō fit tibi cure. Benignus emest dñs ⁊ te penitentez suscipiet. Et cōtinue apphendens eū signum crucis impssit in frontē ei⁹: inclusumq̄z in cellula quadā post tres dies eū visitauit. Quez iuuenis libenter vidit. dixitq̄z. O pr̄ terribiles sunt clamozes demonū qui tenentes scriptuz meum in manu dicunt. Tu venisti ad nos: et nō nos ad te. dixitq̄z ei sanct⁹ Basil⁹. Noli timere fili. Et iterū eo recluso ꝓ ipso oꝛauit. Post aliquot dies iterū visitauit eū. Cui iuuenis ait. O pater a longe nunc audio clamores demonū ⁊ minas. ⁊ nō video ipos. Quo ꝙortato sanctus basilius discessit. Alia vero die ad euz rediit. Cui iuuenis, Bene inq̄t hēo pater. Vidi nanq̄z hodie in visu te pugnantē ⁊ vincentē diabolum. Post hec educens eum clerū ⁊ ppm fecit cōgregari: ⁊ omēs monuit oꝛare ꝑ iuuene quē tenēs manu ducebat ad eccl̄iam. Et ecce diabolus cū sua comitiua ad eum venit. ⁊ conabaf rapere iuuenem de manu eius. Juuenis aūt clamabat. Sctē dei adiuua me. Diabolus ꝛo dicebat. O Basilli ꝑ iudicas mihi. Ipse venit ad me. Ecce ego teneo eius scriptū. Tunc oēs qui aderāt clamauerūt Kyrie eleyson. Et oꝛāte Basilio. Ecce charta per aerem delata ⁊ ab omibus visa venit ad manus basilij. quam ipe suscipiēs dixit iuueni. Cognoscis has lr̄as frater: ⁊ ille. Mee sunt dñe. ⁊ fregit Basilius scriptū in signum remissionis culpe tam grandis. ⁊ regulā sibi bene viuendi docuit. Recepit ergo iuuenis tāti sceleris remissionē qui deū reliquerat qui diabolo se dederat. qui solutē suā in oblitionē tradiderat. O amplitudo misericordie dei. O abūdantia diuine pacis. Quis desperabit: O omnū pcōꝝ ꝓtus refugium salus. ⁊ vita. reuertimini ḡ pctōres ad deū nō terremini pctōꝝ magnitudine. quocūq̄z pctō longe maioꝛ est dei mia quam nobis sua gratia hic impartiri dignef vltimo nos pducens ad eternā gloziam. Amen.

De diuina charitate in quo declaraf ꝓtū ipe de⁹ benign⁹ pdescēdit humane fragilitati remittendo pctā sepius iterata. a q̄bus pauci se abstinēt: ⁊ qualiter remittit teiam multitudinem peccatoꝝ. Sermo IIII

Enite ad me omēs

v qui laboꝛatis ⁊ onerati estis. Jtem vbi. ē. Nihil si recte cōspicimus de bill⁹ est hūana mēte: q̄ velut arūdo aūeto agitata, facile mouetur; facile flectitur facilecz a

UVA. BHSC. IyR_227

bono incepto deficit ⁊ ad malū conuertit. Est vtiq; hec in multis infirmitas laboriosa: vt post pniam post susceptā indulgentiā pctō relabantur in scelera multoplura illis a quib⁹ pantea fuerant absoluti. Quib⁹ volens deus ostendere suam charitatē eos ad se vocat etiā succurrere huic necessitati: sua benignitate spondens. ait enī. Venite ad me oēs qui laboratis. ſ. sepius peccando: peccataq; multa in simul aggregando qz ⁊ vobis sum indulgere paratus. Ad qō plenius intelligēdū est in p̄senti sermone de quarta flāma diuine charitatis que multiplicitas vocat dicendū. P̄zo cui⁹ declaratōe notabimus tres ꝓclusiones.

P̄rima ꝺr ruinatōis.

Scōa ꝺr replicationis.

Tertia ꝺr multiplicatōis.

In quo aperit error eoꝝ qui dicūt ꝙ si homo post pniam cadat vl' recidiuet ꝙ illa pe i tentia nō fuit vera. Capl'm. I

P Rima ꝓclusio ꝺr ruinationis: vbiue ritatem hanc asserimus. ſ. ꝙ homo post pniam pōt iterū ruere in pctm ⁊ indigere misericordia dei. Sed ꝓtra hoc arguūt nonnulli dicentes. ꝙ si homo cadat a pnia: vel vt clarius dicam. si homo post penitentiā peccat: ꝙ illa nō fuit vera pēitētia. Curant aūt illud ꝓbare auctoritatibus sanctorū Nā vt habet ꝺe pe. ꝺi. iij. c. ſ. Amb. in sermōe quadragesime ait. Penitētia est mala p̄terita plangere: ⁊ plangenda iterū nō cōmittere. ergo qui iterū peccat verā pniam non facit. Itē ibidē. c. pniam. Greg. ait. Pniam quippe agere est ⁊ ꝓpetrata mala plangere ⁊ plangenda iterū nō perpetrare. Nā qui sic alia deplorat: vt tm̄ alia cōmittat: adhuc pniam agere: aut dissimulat aut ignorat. Et itē Ysi⁹ de sūmo bono. ⁊ no. ꝺe pe. ꝺi. iij. c. irrisor inq̄t. Irrisor est nō penitēs qui adhuc agit qō penitet. Nec videt eū posse subdi tus: sed subsannare superbus. ⁊ Aug. in li. soliloquioꝝ. Inanis est penitētia inq̄t quā sequēs culpa coinquinat. Ergo ex his auctoritatibus videt ꝙ pnia quā se quis culpa nulla est: nec ꝺa est. Ergo si hoies experiētia certa cōspexerint: se post pniam ad peccata plapsos: eaq; pnia nulla fuerit: quid aliud remanet: nisi vt timētes ruinam bonuz facere nunq̄ velint. Auertat deus ꝙ ita esse credamus: imo si q̄s hanc positionē teneret ꝙ si hō cadat a pnia ꝙ pnia illa nō fuit vera: vl' post quēcūq; ꝓceptū bonū: si ab illo desistat ꝙ illud bonū verum bonū nō fuit: tanq̄ here ticus ab oīb⁹ est vitandus. Fuit hic antiqꝰ error impiꝰ manichei. P̄zo quo confutādo no tandū est ꝑm doctrinā Alex. de halis in. ii. volumine sūme sue. ꝙ veritas pnie accipitur dupliciter sicut ⁊ veritas cuiuslibet virtutis. Uno mō est virtus vera dicitur que habet vez virtutis op⁹ vel nata est habere q̄tū est de se. Et hoc est de essentia virtutis. Alio mō ꝺr virtus vera que ꝓducit in fine. Et hec veritas nō est essentialis virtuti. si tm̄ dicit virtutis cōtinuationem. Si ergo primo modo dicat penitentia vera: que verū virtutis habet actuz: sic de pnie veritate est detestari malū cōmissum: ⁊ ꝑ illo tpe nullū cōmittere: ⁊ de futuro ꝓponere nō ꝓmittere. In hoc statu si q̄s decederet saluus esset. Et tm̄ ab his oīb⁹ potest homo cadere: ⁊ ita a pnia vera veritate primo mō dicta. Si aūt dicat pnia vera q̄ ꝓducit in finē vt finalis ⁊ continuata. ab hac nō est cadere. Nam si quis longo tēpore in pnia permāsisset in qua si fuisset mortuus fuisset aggregatus numero electoruz: postea in pctō mortali mozeret: p̄terita pnia ipm̄ nō saluaret. Non remanet tm̄ quin pnia illa nō fuerit vera. imo etiam verissima. Et ab illa potest homo cadere. P̄z hoc in niniuitis hoibus qui pniam agentes in ꝓdicatione Jone: subterfugere sub uersionis interitū meruerūt. Non enim cōsecuti fuissent q̄am: nisi illa fuisset vera penitētia. Et tamē vt notatur in. c. sicut ait Erodotus niniuite. ꝺe pe. ꝺi. iij. quia postea advomitum sunt reuersi. ex ira dei eoꝝ ciuitas a rege medoꝝ subuersa ē regnāte apō hebreos Josia. Et etiā ad hoc ꝓueniens est exemplū. Dauid de quo. ij. Reg. xij. c. dicit. ꝙ de pctō mortis Urie penituit: ⁊ dñs pniam ei⁹ acceptauit. Postea vero peccauit iterū numerādo populū ꝓut plenius legit. ij. Reg. penul. c. ⁊ nichilomin⁹ p̄ma eius pnia a qua cecidit fuit vera. Intelligēde itaq; sunt auctoritates in cōtrarium adducte. Nam ꝑm Gratianū ꝺe pe. ꝺi. iij. c. in cassum. §. si ꝥba. Illa ꝥba auctoritatū nō ad diuersa tpa sed ad idē tp̄s referūt vt. ſ. eo tpe q̄ q̄s deflet mala q̄ ꝓmisit. ⁊ pniaz facit modo peccet. ⁊ scelera nō cōmittat. Penitētia eq̄dē hz esse in libero arbitrio ꝑm sta tū vie qō ꝥribile est: ⁊ pōt a bono in malū ⁊ a malo in bonū sepius exire.

Qualiter de⁹ nō tm̄ semel si pluries peccatoribus penitētib⁹ remittit oia pcta: ⁊ quare pnia pōt iterari. baptism⁹ vero nō.

Capitulū. II

S Ecūda ꝓclusio ꝺr replicatōis. Nam licz homo possit a vera pnia cadere

UVA. BHSC. IyR_227

in pctm̃:pōt tamē sepius per pniam surgere ⁊ dei misericordiā inuenire. Contra quam mīam plerīq; quentūt asserētes nō nisi semel cōcessum pctoribus posse p pniam a pctō reſi lire. Et ꝛ homo vt dictū est a vera pnia vale/at ruere:nō tm̃ pōt pniam iterū agere fructuo sam. Arguūt aūt q; Ambrosi⁹ dicit in.c.repe/riūt.de pe.di.iij. Sicut vnū baptisma:ita vni ca est pnia. Quibus rndendū est ꝑm Boñ. in iij.di.xiiij. qui dictum Ambrosij intelligit de pnia solēni ꝑm morē aliquarū ecclesiarū. nō aūt de pnia cordis qua peccator mēte ad deū quertit. Dō aūt pnia possit iterari baptis/mus vero nō ꝓbatur tripliciter. Primo qz in baptismo ipressit character q̄ est indelebilis. in pnia vero nō. Scdo qz baptismus est con/tra morbū nō iterabilez qualis est originalis culpa. sed pnia ꝺtra morbū iterabilē qualis ē morbus peccati actualis. Et medicina debet aptari morbo. Tertio qz baptismus hz totaz efficaciā passione xpi:sed penitentia non tm̃ a passione xpi:sed etiam ab actu nostro. Jdeo baptismus nō iteratur sicut ⁊ pnia. Demiten tia vero iteratur ꝑm q; voluntas nostra quer titur ⁊ reuertit. Dicere ergo q; pnia nō posſ/sit iterari est error crudelissimus claudens vi scera diuine misericordie:cogēs oīs peccato res ad desperandū:ideo sciant oīs peccato/res q; deus misericors ⁊ clemētissimus para tus ē indulgere:nō tm̃ semel:sed bis:ter:mil/lies ⁊c. Unde ⁊ ipe dñs iesus Matb.xviij.c. dic. interrogāti Petro ⁊ dicēti. si peccauerit in me frat⁹ me⁹ dimittā vsq; septies ei. Nō di/co tibi septies: sed vsq; septuagies septies .i. totiēs q̄tiēs ꝑm Hiero. Et ponit nūer⁹ finit⁹ p numero infinito. Hinc Aug. de pe.di. iij.c. adhuc instant. circa finem ait. Cm̃ quotidia/na est offensio: oportet vt quotidiana fit re/missio. Cur docuisset dñs orantes dicere: di/mitte nobis debita nostra. nisi ipe nobis mi/sericors perseueraret als ꝑsuaderet q̄ nos ab hac petitione nō vult deficere? Hec Aug. Hie ronymus aūt ad Rusticum scribit, Septies in die cadit iustus ⁊ resurgit. Si cadit quō iu stus. si iustus quō cadit. Sed iusti vocabulū nō amittit qui p pniam semp resurgit. Et nō solū septies: sed septuagies septies delinquē/ti si quertat ad pniam pctā dom̃ anf. Dec ille Ad hoc etiā Lactantius. vj. lib. diuinar⁹ in/stitutionū aduersus gentes ait. Nemo enim pōt esse tam circūspectus: tam prudēs q̄n ali qñ labat. Et idcirco deus imbecillitatem no/strā scies: p suā pietate aperuit homini por/tuz salutis vt huic necessitati cui fragilitas no strā subiecta est medicina penitentie subueni ret. ⁊ Leo papa. de pe. di. j. c. multiplex imiseri cor dia dei. Jnqt. Multiplex misericordia dei ita lapsibus humanis subuenit: vt non solus per baptismi gratiā:sed etiam per penitentie medicinā spes vite reparetur eterne: vt qui re generationis dona violassent: ꝑpzio se indi/cio cōdemnantes ad remissionē criminū quer nirent. Quid igitur peccatores se excusando rndebunt, Quid gratiosius possunt audire de deo:q̄ p tot multiplicatis vicibus venia pol licetur his qui ab eius amore non semel tm̃: ſ totiens ꝑpsa malicia cadunt. Aperi cor tu um o peccator negligēs: ⁊ vide si erga te blan dus sit deus. Esto quippe vt nūc ad ipm̃ re/uertaris ⁊ dicas ei. peccaui: ⁊ statim indulget tibi: ⁊ modico interuallo tēporis occurrēte ite rū peccata pristina vel peiora cōmittis: si re/uertaris ad deū: ⁊ dicas ei: heu me infelicē pec caui: doleo. ignosce mihi. adhuc iterū iperras qō optas. ⁊ adhuc post paululū: ꝓposito bo/ne volūtatis relicto recidiuas grauiora faci/noza psequēdo: posteq̄ si cōpuncto corde ad de um clamaueris ꝓ remissione impetrāda ex audiet te.

Qualiter deus remittit peccatori penitēti multa pcata: nec ꝑpter multitudinē negat ei veniam. Capm̃ III

Ertia ꝯclusio dicit multiplicationis t Ostēdit em̃ deus peccatoribus cha/ritatē suam: cum si i vno solo si fieri posset omniū malox. siue demonū. siue homi num essent peccata. omniū hereticox idolatri um: omniū homicidarū. ⁊ huiusmodi. hic ta/men ad deum querti desideras benigne susci/pit. nec despicit ob tantā congerie. peccatorū iniquitatūq;. Quod vtiq; verū cōstat esse au/ctoritate. Esaias nāq; in ꝑsona dei. xliij. ait. Delebo vt nubē iniquitates tuas. ⁊ quasi ne/bulā peccata tua. Dicit iniquitates in plurali ad notādū q̄ plura ⁊ multa peccata remittit. etiā si in vno iuenianf. Jdipm̃ voluit dñs oīa dere p Ezech. xviij. c. vbi ait. Si impi⁹ egerit pniam ab omnibus peccatis suis que opera/tus est. ⁊ custodierit vniuersa ꝓcepta mea. ⁊ fe cerit iudiciū ⁊ iusticiā, vita viuet. ⁊ non morie tur. Omniū iniquitatū eius quas operatus est nō recordabor. Dicit ergo deus remittur⁹ se nō aliqua sed oīa atq; se nō recordaturuz. Aduertendū tm̃ est in eo q̄ dicit nō recorda/bor. qz nō recordari pōt dupliciter intelligit. Primo ꝙtum ad simplicem oblionem. Et

UVA. BHSC. IyR_227

hoc modo nō cōuenit deo: qz omnia scit ꝓteri
ta ꝑnta ⁊ futura. Alio modo nō recordari ꝑt
intelligi ꝗrum ad vindictā ⁊ punitionē: vt si
quis nō recordaf de alicuius pctō ad ipsum
puniendū ⁊ iudicandū. Et hoc modo nō recor
dari dr de deo. Cum ergo dr. nō recordabor.
sensus est iste, Cum pctōrem penitētem con
spexero, ita eum videbo ac si nunq̄ peccasset
Ygit audi tu aia vocē clamātis dei qui ad te
loquit tibiq̄ dicit. Tu fornicata est cū amato
ribus multis, tamen reuertere a me ⁊ ego su
scipiam te. Cur tam dura es o ingrata creatu
ra. Cur nō mollif coz tuū ad vocem tam dul
cem celestis sponsi. Forte dices. Timeo ipsuz
⁊ desꝑro ꝓpter multitudinē pctōꝝ meoruz.
An nō audisti que dixit pauloante. Sed ad
hoc vt spes tua subleuef: speculare ⁊ ꝓfidera
illā peccatricē Magdalenā cui dñs pctā dimi
sit. O q̄ multa ⁊ varia cōmiserat cōtra deuz
cum ꝓditōe animarū suaꝝ ꝓximoꝝ. ⁊ tamē
scribit Lu. vij. Dixit iesus ꝑharisco qui de ip
sa murmurabat. Remittunf ei pctā multa.
Marcus in euangelio suo asserit iesum xp̄m
ab illa eiecisse septē demonia. ꝑ que ꝑm Gre
go. in omel. sup Lu. vitioꝝ vniuersitas dest
gnaf. O magna olim peccatrix nunc ꝙ sctā
quid remisit tibi lachrymāti xp̄s. Nūq̄d vnū
pctm. Certe inquiet ad oēs euāgelicā vocem
pscrutātes. Non vnū sed plura mihi dimissa
sunt. Utinā oēs pctōres mūdi ad pedes iesu
currerēt sicut ⁊ ego. ꝗa vniuiq̄ dicerer. Re
mittunf tibi pctā tua, Que omnibus nobis
remittat dñs noster iesus xp̄s saluator seculi
concedens hic nobis gratiam demum perdu
cens nos ad eternam gloriam, qui sit benedi
ctus. exaltatus. mignificatusq̄ in secula secu
lorum. Amen.

De diuina charitate. in quo ostendif q̄ ar
dens sit a mor diuinus vt saluantur pctōres
quos etiā in extremo vite si vere pniam ege
rint libenter suscipit. Sermo V

Enite ad me omēs

V qui laborastis ⁊ onerati estis. Ite
rum vbi. s. Rem grandē de chari
tate diuina aggrediar in ꝑnti ꝑmone: in q̄ cō
templabimur latitudines diuini amoris. qui
tam vehemēs ⁊ ardētissimus est erga quoli
bet peccatores vt saluenf: vt post inueteratas
in malis consuetudinē diuturnāq̄ ꝑseueran
tiam si se corrigere voluerint. benigne adhuc
eis veniam ꝓbet. Voc vtiq̄ in ꝗnta flāma
amoris saluator exꝓcssit cū dixit, Venite ad
me oēs qui laborastis ⁊ onerati estis ⁊c. On⁹
siquidē peccatoꝝ vetustatē consuetudinemq̄
designat. que aggrauat illos qui pniam diffe
runt: nō solū vsq̄ ad decrepitā senectutem ve
rūetiam vsq̄ ad extremū vite. Dis tamen ita
tarde ac sero penitentibus ꝑspondet redēptor
mundi pctoꝝ indulgentiam. Ob quod in ꝓ
senti sermone aperiam hanc flammam more
solito sub triplici conclusione.

Prima cōclusio vocaf difficultas.
Scōa cōclusio vocaf possibilitas.
Tertia cōclusio vocaf remissibilitas.

Qualr hi qui pniam differūt vsq̄ ab extrē
mū vite vix ꝑnt vere penitere ꝓpf impedimē
ta q̄ possunt occurrere. Capm I

Prima conclusio dr difficultas. Dif
p ferre siquidē pniam vsq̄ ad extremū
vite in malo ꝑseuerādo periculosissi
mū est: quia difficillē est vt possit quis tunc di
gne pniam agere ꝓpter ꝗcq̄ impedimēta q̄
possunt occurrere.

Primū dr passionū alteratio.
Scōm dr charitatis ꝓuatio.
Tertiū dr in peccatis habituatio.
Quartū dr diaboli impugnatio.
Quintū dr ꝓpinquoꝝ inimicatio.

Primū impedimētuz dr passionū alteratio.
Solet em̄ euenire q̄ in extremitate vite quan
do pctōres infirmanf in sensitiua ꝑte adest
maximus dolor ⁊ timor maximus: ⁊ quando
q̄ vterq̄ simul: ⁊ vtraq̄ passio vehemēs na
ta est impedire liberū arbitriū ⁊ vsum libere
rōnis ⁊ voluntatis. Et ꝫ oēs nostre passiōes
rōnem ⁊ mentē homīs tristati habent tamen
ꝑm Aug. li. lxxxiij. questionū. q. xxxvj. Passio
nes causate a tristabilibus plus mouēt q̄, pas
siones causate a delectabilibus. Actus autem
displicētie de pctō ad hoc q̄ fit sufficiens ad
pniaz veram necessario requirif habere vsum
liberū rationis qui multotiens ꝓpter passio
nes impedif. Efficiunf quippe multi freneti
ci: ⁊ nec dei nec sui valent recordari. Multi ꝑ
dunt loquelā cū sensu: ⁊ loqui quippiam non
ꝑnt. Hinc Augustinus in sermone de innocē
tibus ait, Hac aiaduersione ꝑcutif peccator
vt moriens obliuiscatur sui: qui dū viueret ob
litus est dei. Et hoc Aug. de pe. dist. vij. c. nul
lus ait. Nullus expectet q̄n peccare nō potest
Arbitriū querit libertatem vt delere possit cō
missa non necessitatem, Qui ꝓius itaq̄ a
peccatis relinquif q̄ illa relinquat. non ea li
bere sed quasi necessitate condemnat. Se
cundum impedimentum dicif charitatis ꝑ

UVA. BHSC. IyR_227

natio. Ad hoc em̄ vt displicētia pctōꝝ sit deo grata est necesse ꝙ sit debite circūstātiata circunstantia p̄ncipij ⁊ finis. hoc est ꝙ sit voluntaria ꝓpter deum. Unde Aug. in predicto. c. nullus. Scriptuz est inquit. Neminē sine charitate posse saluari. Non itaqꝫ in solo timore viuit homo. Quem ergo pertinet. opꝫ non solum deum timere iudicē: sed etiā iustū diligere: vt nō tm̄ penā timeat: sed anxiet̄ ꝓ gl'ia. h̄ ille. Cū ergo i tali extremitate vite magis q̄s timore q̄ amore ducat̄ ad pniam: ꝑiculosum est tale tempus expectare. Tertiū impedimentū est peccatoꝝ habituatio. Nam vt ph̄s dicit. habitus est qualitas de difficili mobilis a suo subiecto. Ex frequētatis em̄ actibus generatur habitus. Cum itaqꝫ aliq̄s diuturno tempore in mūdi amore ꝑseuerauit difficillimum esset ip̄m trahere vt mūdū non diligat ⁊ de ꝑdito mundo nō doleat. Dicit nāqꝫ Grego. in moral'. Nunq̄ sine dolore ꝑditur qd̄ cū amore possidet̄. Uidi ⁊ ego multa exēpla de hoc. Nam cum diues quidā laboraret in extremo. ego eū monebā vt aīam suā deo committeret. Ipse v̄o sentiēs a suis domesticis ⁊ familiaribus ꝑ domū discurrentib⁹ cōtractari bona sua cū suspirijs dicebat. Heu me. heu me tm̄ laboraui pro his bonis adipiscēdis ⁊ modo diripiunt̄ mihi. O diuitie mee. o pecunie mee. o iocalia mea quis vos possidebit? Inter hec ⁊ hmōi parū de sua salute sollicitus miserrimus expirauit. Fuit aliud exmplum etiam huic simile in ciuitate Spoleti. Ibi enim erat puella. quedā formosa q̄ vanitatibus semꝑ intēta erat. ⁊ nihil de futura vita cogitabat. hec infirmitate percussa monitiones ⁊ hortamēta salutis abhorrebat. Tandē cum cerneret se suꝑuiuere nō posse petiuit cūcta ad ornamentū corporis expectātia. Et cū se ornasset quasi nuptias ītraturā cū singultib⁹ ⁊ suspirijs enmoriar dicēs: en dilectā mihi vitā ablatā cōspicio. o diabole suscipe aīam meā. Inter hec verba expirauit damnata ⁊ desperata. Quartum impedimētū d̄r diaboli impugnatio. Ingerit nanqꝫ diabolus graues tentationes cū aliquē appropinquare fini ꝯspicit. De quo p̄s ait. Insidiat̄ in abscōdito quasi leo in spelunca sua. Quia etsi a circūstātib⁹ nō videat̄: apparet tn̄ dur⁹ ⁊ grauis his qui ad mortē corporalē laborāt. Unde Beda refert ī gestis angloꝝ. ꝙ rex quidā anglie Odoardus nomine habuit militē in armis ꝓbum sed corruptum in moribus. qui frequēter admonit⁹ in sanitate cōtemnebat se corrigere. Cū aūt improuisa infirmitate feriret̄ a rege visitat̄ ⁊ monetur ad pniam. Qui renuit dicēs: ꝙ videretur hoc facere ex timiditate cordis. Cum v̄o ad mortis deduceret̄ terminos. iterum rex visitauit euꝫ monēs vt peniteret. Qui dixit. O domine mi rex. tarde est cum iam sim iudicatus ⁊ damnatus. ideo nō possum penitere. qꝛ parū anteq̄ ingressus fuisti domū istā intrauerunt duo clarissimi iuuenes: quorum vnus sedebat ad pedes lecti mei. alius ad caput. q̄ ⁊ dixerūt. Iste adiudicatus est morti. Uideamus si aliquod ius habemus in eo. Et vn⁹ extraxit librū speciosissimū de sinu suo: s̄ valde paruulū lr̄is aureis ⁊ fulgentibus scriptum. In quo legens vidi aliqua parua bona que feceram in iuuentute mea anteq̄ mortal'r peccassem. Et cum miro modo exultarez in visione eorum. ecce duo teterrimi demones intrauerunt ⁊ portauerūt vnum magnum librum teterrimis litteris scriptum. In quo vidi scripta omnia peccata mea atqꝫ flagitia. Et dixerunt dictis angelis qui hic erant. Qui hic facitis. cum in eo nullum ius habeatis. ⁊ liber vester nihil valeat. sed bene noster. Angeli autez responderunt ꝙ verum est. ⁊ recesserunt. Et hi duo demones cruciāt me. Quibus dictis expirauit. Nec tm̄ malis diabolus molestus est in extrema vita. verūetiā ⁊ bonis ⁊ sanct̄. Scribit em̄ Cyrill⁹ ad Augu. de trasitu Hieronymi ꝙ Eusebius vir sanctissimus olim discipulus Hieronymi. cū eēt e vita migratur⁹ adueniente die qua se ex Hieronymi reuelatione migrari sciebat. die tertio preeunte labore febrium concussus valde super terram magistri sui Hieronymi non immemor nudum reclinari fecit a fratribus ⁊ a singulis osculuz accipiens. benigna eos consolatione confortauit. vt in sancto manerēt ꝓposito. Deinde saccum quo operiebat̄ gloriosus Hieronymus deferri. ⁊ supra se deponi fecit. Ordinauitqꝫ se nudum ad instar gloriosi Hieronymi magistri sui extra ecclesiam in qua iacebat sancti. Hieronymi cadauer sepeliri. Post hoc corpore domini nostri iesu xp̄i se muniēs deo ⁊ beato Hieronymo deuote se cōmēdauit. ⁊ sic per triduū locutione corporali ac p̄uatus vsione circūstantibus alternatim fratribus psalteriū passionē dn̄i ⁊ alia sacra cōtinue legentibus iacuit. Durū quippe est hoc qd̄ narro. ait. Cyrillus ⁊ cūctis rōne vtētib⁹ formidabile. Die em̄ quo moriturus erat ante beate aīe exituz ꝑ duas horas: venerabilis Eusebius cepit ita terribiles actus ꝑagere ꝙ circūstātes moua-

UVA. BHSC. IyR_227

cbi pauore pterriti timētes in terra iacebant Nā quandoq; transuersis oculis manibus simul iūctis. voceq; dura. facie terribili clamabat. Non faciā. Non faciā. Mentiris. Mentiris. Post hoc ad terrā vertēs faciem suā. in terra eā firmabat quantuz poterat clamans. Adiuuate me fratres ne pereā. Quod monachi videntes. oculis lachrymantibus eum interrogauerūt q̄d hoc esset. Ad quos ille. Nō ne vidistis demonū agmina qui me debellare cupiebant? Et illi. Quid te facere volebant cū dicebas. non faciā. mentiris? Ait illis. Conabantur vt dei nomen blasphemarē. Tunc em̄ hoc facere negabā ac clamabā. At illi. Quare pater abscondebas faciē tuā in terrā? Respōdit. Ne eoz conspectū viderē. qui tam turpis ⁊ terribilis est. q̄ omnes terrores qui sunt in mundo respectu eius nihil sunt. Tandē apparente Hieronymo gloriosō feliciter expirauit Si ergo amicus dei tā durū prelīū cū diabolis est congressus. quid facient demones his qui dei sunt inimici? Ideo seruandus est illud Eccli. v. Ne tardes conuerti ad dñm: nec differas de die in diem. Subito em̄ veniet ira illi⁹ ⁊ in tpe vidicte disperdet te. Quintū impedimentum est amicoz seu propinquoz inimicatio. Ut em̄ dñs Matt: b. x. dixit. Inimici hois domestici eius. Contenit em̄ istud diuitibus ⁊ magnatibus. q̄ in fine nullus eis audet nominare confessionem vel satisfactionem. Sz qui sunt amici sollicitāt: si quid de suis bonis rapere possint. O quot moriuntur sine pnia propter culpam propinquoz. Hinc est q̄ ecclesia medici preceptū dedit. extra de pe. ⁊ re. c. cū infirmitas. dicens. Cū infirmitas corporalis nonnunq̄ ex peccato proueniat: dicente domino languido quē sanauerat. vade ⁊ amplius noli peccare ne deterius tibi contingat. Presenti decreto statuimus ⁊ districte precipimus medicis corpoz: vt cum eos ad infirmos vocare contigerit: ipsos ante omnia moneant ⁊ inducant: vt medicos aduocent animaruz. Ut post q̄ infirmo fuerit de spirituali salute prouisum: ad corporalis remediū medicine salubrius procedatur cum cessante causa cesset ⁊ effectus hec ille. Cum itaq; ex predictis alijsq; impedimentis manifestū sit sepe penitentiam differentibus periculuz graue immittere: non est securū tardare vsq; in finem.

Qualiter non negatur peccatoribus penitentia: etiā in extremo vite: ⁊ q̄ de nullo peccato est desperandum in hac vita.

Secunda conclusio dicitur possibilitas. Nā etsi sit difficile vt homo qui diu in malo perseuerauerit ad bonam viam redeat. non tamen est impossibile. Immo potest esse vt quispiaz omni tempore vite sue fuerit malus: ⁊ tamen in vltimo ad deum reuertatur. Probatur equidez hoc quintuplici via.

Prima via dicitur auctoritatis.
Secunda via dicitur libertatis.
Tertia via dicitur precepti manifestatis.
Quarta via dicitur charitatis.
Quinta via dicitur exemplaritatis.

Prima via dicit auctoritatis. Probat em̄ esse possibile vt homies ad salutē veniāt post diuturnā in peccatis cōsuetudinē auctoritate Leonis pape. ⁊ ponit de pe. di. vij. c. nemo. Nemo est desperādus dū in hoc corpe ꝓstitutus est. Et idē in libro de vita xp̄iana ait. Nō nullos scimus ⁊ legimus qui antea aut ignoratie cecitate. aut causa perfidie: aut adolescētie vanitate decepti: multiplici ⁊ vario peccatorum genere tenebantur obnoxii. ⁊ per sustinentem dei clementissimam patientiā postea ab erroze ꝑuersi: maioza adhuc opera fecisse iusticie q̄ ante pctā cōmiserāt. Scda via ꝺ libertate. Anteq̄ em̄ de corpore exeat anima: vnusquisq; viatoz liber ē: ⁊ de cōi lege ad bonū ⁊ ad malum pronus. Uñ sic se hz vnusquisq; pctōr ad bonū: sicut q̄libet iust⁹ ad malū. Sz sicut q̄diu in libero arbitrio sum⁹: vnusquisq; q̄tūlibet sctūs securus esse non pōt: ita ⁊ ois pctōr q̄tūcūq; nequā desperare nō ds. Propter ea Hiero. ad Iulianū ait. Etem̄ scti cozruunt si fuerint negligentes: ⁊ pctōres pristinū recipiunt gradū: si sordes fletib⁹ lauerint. Hoc q̄ dē dico vt te nō terreāt descendentes: ꝑ quoscent ascendētes. Nunq̄ a malis exēplū sumit ⁊ in reb⁹ seculi semp a parte meliozi incitamēta salutis sumunt. hec ille. Tertia via dicit precepti manifestatis. Naz satisfacere deo vsq; ad extremū est oib⁹ preceptū. Precepit nāq; de⁹ pniaz indifferenter pctōrib⁹. Sz vt ait aug. in sermone ꝓfessoz. seruū pigrū nō dānaret si ea que fieri nullo modo poterant imperaret. ergo indifferenter omnes pctōres possunt facere penitentiam Quarta via dicit charitatis. Omnes ex charitate tenentur diligere ꝓximos suos siue sint boni siue sint mali. Sed fundamentum huius charitatis est: quia ꝓximi possunt participare beatitudinem. Sed qui sunt mali. sunt tanq̄ ꝓximi ex charitate diligendi. ergo possunt participare beatitudinem. Sed hoc nō possunt q̄diu in peccato

UVA. BHSC. IyR_227

sunt. ergo possunt a pctō resurgere. Quinta via d̄r exemplaritatis: que ꝓbatur exemplo. Legit̄ in legenda sancti andree ꝙ senex q̄daz nomine nicolaus adijt sanctū Andreā dicens Dñe ecce. lxx. anni vite mee in quibus luxurie deseruiui. Accepi aliquando euangeliuz orās deum vt mihi amodo continentiā largiretur sed in pctō inueteteratꝰ ⁊ mala ꝯcupiscentia inflammatus: statim ad opus solitū reuertebar. Quadā aūt vice oblitus euāgelij qd̄ sup me posueram ad lupanar iui: statimq; meretrix dixit mihi. Egredere senex egredere: qr añgelus dei es tu. Ne me cōtingas: neq; huc accedere p̄sumas. Uideo em̄ sup te mirabilia Stupefactus recolui ꝙ mecū euangeliū detulissem. Nunc ergo sancte dei pro salute aīe mee pia tua oratio intercedat. Audiēs b̄ beatus andreas flere cepit: ⁊ a tertia vsq; ad horam nonam orauit. Et surgens comedere noluit: ꝫ dixit. Non comedā nisi sciam si deꝰ miserebitur istius senis. Cunq; diebꝰ q̄nq; ieiunasset venit vox ad andream di. Obtines andrea ꝓ sene. Sz sicut ieiunijs macerasti te: sic ⁊ ipse se affligat ieiunijs vt saluet̄. Qd̄ ⁊ ipse fecit mensibus sex in pane ⁊ aqua ieiunans. Et post modū plenꝰ bonis opibꝰ in pace quieuit. Uenit ergo vox ad andreā dicēs. Per oro nem tuā nicolaū quem perdideram acquisiui. Ex his ergo colligimus ꝙ nemo sit tam prauus qui post retenta facinora longo tpe penitere non possit. Aliud em̄ est dicere ꝙ sit difficile: ⁊ aliud ꝙ sit impossibile. Primum verū est: scd̄m non solum falsum: ꝫ etiam hereticū ⁊ contra omnem veritatem scripture.

Qualr si nunq̄ hō bene fecisset: sed semper fuisset malus: ⁊ tñ in vltimo vite pniam ageret deus sibi indulgeret. Capl'm. III

Tertia conclusio dicit̄ remissibilitatis.

Posito em̄ ꝙ aliquis toto tpe vite sue inimicus dei fuit nihilq; boni operatus est in infantia: vel in pueritia vel in adolescentia: vel iuuentute: vel denique in senectute adhuc de illius salute non est desperandum. Talis egrotat grauiter nihil cogitās de emēdatione: non sic est desperandum. Incipit laborare in extremis: nec agit pniam: adhuc nō est desperandum. Ducitur ad talem terminū ꝙ non potest amplius dicere nisi hec verba. Peccaui deus miserere mei. Si ex corde talia loquitur tam amplissima est dei misericordia ꝙ indulget sibi omnem vitam male actam et ascribit eum numero electorum. Et hoc probatur quintuplici testimonio.

Primum est Hieronymi.
Secundum est Leonis pape.
Tertium est Julij pape.
Quartum est Cypriani.
Quintum est celestini.

Primum testimonium est Hieronymi ad Paulā de dormitione blesille. que. xx. sue. etatis anno diem clausit extremum dicēs sic. Cū sanctum corpusculum februm ardor excoqueret: ⁊ semianimē in lectulo vallaret circulꝰ ꝓ pinquorum. hec in extremis ꝟba mandabat. Orate dñm iesum vt mihi ignoscat: quia implere non potui quod volebam. Secura esto o mi blesilla. Confidimus probare vera esse q̄ dicimus: nunq̄ est sera cōuersio. Uox hec primum in latrone dedicata est. Amen dico tibi hodie mecū eris in paradiso. Et idem ad damasum papam. ⁊ ponit̄ de pe. dis. j. c. importuna. Christus inquit de cruce in paradisum latronem tulit. Et ne quis aliquādo serā conuersionem putaret fecit homicidij penā martyrium. Secundū testimoniū est Leonis pape. ⁊ notatur in decretis. xxvj. q. vj. c. his qui Ubi ait. Misericordie dei nec mensuras possumus ponere nec tempa diffinire apud quez nullas patit̄ venie moras conuersio. dicente dei spū per ꝓphetā. Cum cōuersus ingemueris saluus eris Tertiū testimoniuz est Julij pape. xxvj. q. vj. c. Si presbyter. vbi ait. Uera cōfessio in vltimo tempe potest esse. quia dñs non solum tempis: sed etiam cordis inspector est. Sicut latro vnius momenti penitētia meruit esse in paradiso in hora vltime ꝯfessionis

Quartum testimoniū est Cypriani in epistola secunda ad Demetrianuz: qui dicit. In isto adhuc mundo ꝑmanenti nulla penitentia sera est. Patet ad indulgentiā dei aditus ⁊ querentibus atq; intelligētibus veritatem facilis est accessus. Quintū testimoniū est celestini pape. xxvj. q. vj. c. agnouimꝰ. Perdidisset vtiq; latro in cruce p̄mū. ad xp̄i dexterā pendēs si illum hore vnius pnia nō iuuisset. Cū esset in pena penituit: ⁊ ꝓ vnius cōfessione sermonis habitaculū paradisi eo ꝓmittēte ꝓmeruit. Uera ergo ad deū ꝯuersio in vltimis positoꝝ mente potiꝰ est estimāda q̄ tpe ꝓpha b̄ taliter asserente. Cū ꝯuersus ingemueris tūc saluꝰ fueris. hec ille. Patet ergo ꝙ largissima est dei charitas: ⁊ effusa pietas illiꝰ q̄ non tm̄ peccata relaxat: sed etiā ex modica pnia fetidissimos peccatores ad suam gr̄am suscipit: quam nobis ipse largiatur qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

UVA. BHSC. IyR_227

De diuina charitate, in quo apīc ꝯ ineſtimabile ſit pretiū noſtre redēptōis, vbi offertur copioſiſſime ſanguis xpi vt pctā abluanꝭ quem ipe xps paſſus offert omnibus gratioſe. Sermo VI

Enite ad me omēs

v q laborat⁹ ⁊ onerati eſtis. Ireꝝ vbi. ſ. Cupiēti ſcire ꝓfunduꝫ diuine charitat⁹, neceſſariū eſt inſpicere dei filium in cruce pendentē. q vt paterne iuſticie ſatisfaceret. recuperet ꝙ pditū hūanuꝫ genus. voluit ꝓciosum ſanguine ſuū effundere, cuius vⁿ tute nobis pcta ꝓdonar⁹, gra ꝓcedit ⁊ apīc ianua regni celoꝝ. Erāt em tria. q̄ hoies in celū ꝓſcendere ipediebāt. diabolica ptās, dei iuſta ſeueritas. ⁊ ꝓpria hoim malicia, ꝓpter q̄ dignat⁹ eſt mudi redēptor in ſuo corpe ſacratiſſimo ſuſcipere oīe debitū ſatisfactōis. Vnde oēs pctōres ad deū volētes redire ſecurū hñt ad illū acceſſum cuiⁿ ꝓpria merita. ſ. inno, centis ieſu meritū offerre valēt. Idcirco in p̄ſenti ꝙmone de ſexta fīāma diuine charitatis dicendū ē. q̄ ꝓciositas nūcupat⁹ de q̄ ſaluator dicit. Ego ſcio. Ego ſum ipe q̄ ꝓ pctōr vtoꝝ ablolutione pciū ſufficientiſſimū ſoluo. Ad qō pleni⁹ itelligēdū notabim⁹ tres ꝓditōes xpi patiētis oppoſitas ipedimētis nre ſalutis

Prima ꝓditio ōr abiectōis hūilitas.

Scōa ōr doloris acerbitas.

Tertia ōr extrema paupras.

De hūilitate xpi i cruce q̄ vicit diaboli ſuppbiā q̄ ipediebat hoies ne ſaluarenf. Ca. I

Prima ꝓditio vocat⁹ abiectōis humi p litas, Voluit fiāde ieſus bñdictus a prāte diaboli liberare nos ꝓ ſuā abiectionē ⁊ humilitatē. Moꝛs ādē eius abie, ctiſſima ⁊ ignominioſiſſima ⁊ vilisſima fuit eo volēte, vt diabolū humilitate vinceret. Poteſt aūt hūilitas xpi crucifixi oſtendi ſi conſiderent⁹ tria videl.

Locus.

Tempus.

Modus.

Primo quidem fuit moꝛs xpi abiectiſſima rōne loci. Nā q̄ elegit bethlee natiuitati. hieruſalē ſue paſſioni elegit. vt maioꝛ moꝛtis eſſet abiectio ꝙ oꝛt⁹ ſui ieꝛtitiſſet glia. Erat em hierl'm metropolitana p̄cipalis ſedes regis magiſterij ⁊ ſacerdotij. Et ideo ibi voluit pati ille q̄ erat rex magiſter ⁊ ſacerdos ⁊ in cultuvnius dei ⁊ in magno pplo. Nā ōr Act. ij. Et erant habitantes in hierl'm iudei viri religioſi ex oīi natione q̄ ſub celo eſt. Et ſubdit⁹, Parthi ⁊ medi ⁊ elamite: et qui habitāt meſopotamiā: iudeā ⁊ cappadociā: pontuꝫ ⁊ aſiā: phrygiā ⁊ pamphiliā: egyptuꝫ ⁊ pres libye q̄ eſt circa cyrenē ⁊ aduene romani: iudei q̄ſ ⁊ pſeliti: cretes ⁊ arabes. Ex quo pꝫ ꝙ ei⁹ moꝛs fuit maxime ignominie ꝓpter diffuſio nē infamie ad oīs mūdi partes. Fuit etiam crucifix⁹ in mōte caluarie. vt Jo. xix. ſcribit. vbi impij crucifigebanf ⁊ decapitabanf. Dic quidē eſt mons in quo abraā voluit imo lare filiū ſuū yſaac. Gen. xxij. Scōo fuit xpi paſſio ignominioſiſſima rōne tpis: qꝛ paſſus eſt in feſto azimoꝝ: qñ de tota iudea ppl's iſrael in hierl'm cōuenire debebat. Nam ſm Nico. de lira viri ter in anno tenebanf hieroſolymā accedere ⁊ intereſſe feſto ⁊ appere coꝛā dño. Primo in paſcate quod in anno illo fuit feria ſexta. ⁊ tali die crucifixus eſt ieſus. Scōo in pēthecoſte in memoriā date legis in mōte ſynai. Tertio in ſcenophegia qō idē eſt quod fixio tabernaculoꝝ. ⁊ fiebat in memoriā quadraginta annoꝝ quibus filij iſrael fuerūt in deſerto. Tertio fuit xpi paſſio vituꝑoſiſſima rōne modi: qꝛ crucifixus eſt in'alto locoꝝ ab oībus videref. ⁊ poſit⁹ eſt in medio latroꝝ tanꝯ ipe duob⁹ illis latronib⁹ deteꝛioꝛ extitiſſet. Nec aūt oſa ieſus patiēter tulit vt diaboli ſuparet ptātē. Vnde et Jobes Apo. xx. c. aſt. Vidi angelū deſcēdentē de celo, t. xpm habentē clauē abyſſi. ⁊ catenā magnā in manu ſua: ⁊ appḥendit draconē magnū ſerpētē antiquū qui eſt diabol⁹: ⁊ miſit eū in abyſſuꝫ et poſuit ſignaculū ſup ipm. Per iſtū ägeluꝫ ſm omnes expoſitoꝛes intelligit⁹ chriſt⁹: qui virtute ſua diaboli prātem ligauit. Sed non immerito aliquis poſſet obijcere: ꝙ ſcz diaboli poteſtas non eſt ligata. Nam. j. Pet. v. ōr. Sobrij eſtote ⁊ vigilate: quia aduerſari⁹ veſter diabolus tanꝯ leo rugiens circūt querens quem deuoꝛet. Et Epheſ. vj. c. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus ꝓncipes ⁊ poteſtates: aduerſus mūdi rectoꝛes tenebraꝝ harum. Ad quod rñdent Alexā. de halis in. iij. volumine ſumme, q. xvij. mē, iij. et Boñ. in. iij. diſ. xix. ar. j. q. ij. ꝙ vt etiam magr ſentē. in lra dicit. Per paſſionē xpi liberati ſumus a prāte diaboli. oēs ādē ꝙtū ad ſufficientiā: ſ illi ſoli q̄ ſunt de eius coꝛpe qō eſt eccl'a quātū ad efficaciam. Quod patet ſic. Nam diabolus ante chriſti paſſionem habebat duplicē manū. ſcz attrahentem, et impellentez. Manus attra-

UVA. BHSC. IyR_227

dens erat potestas trahendi homies ad libz etiã iustos ⁊ sanctos. Adanus impellẽs erat potestas ꝓcipitandi in malũ. vel fallacia, vel ꝑ violentiã, qz temptabat vt draco. ⁊ tẽptabat vt leo. Prima manus attractiua erat tante potẽtie vt nullus posset ei resistere. Et hec fuit ei oino ãputata xp̃i passiõe. Jam em̃ nullum iustũ põt ad limbũ trahere. qz per passionem xp̃i delẽtũ est cyrographuz peccati. Ade Adanũ autem impellentẽ habebat ita fortez vt cũ magna difficultate posset quis ei resistere. Et ideo in multis regnabat. imo fere in oibus ⁊ oẽs superabat. vel ꝑ fraudulentiã vel ꝑ violẽtiã. Et hmõi potestas debilitata est per passionẽ xp̃i. ꝑ quã lumẽ veritatis aperit cõtra diabolicã fraudulẽtiã. ⁊ adiutoziũ tribuit ꝓtutis ꝺ diabolicã violẽtiã. Apparuit aũt lumẽ veritatis interius ꝑ diuinã inspirationez. ⁊ exterius ꝑ humanã instructionẽ. Jam enim fere oibus est veritas ꝓpalata. ⁊ ideo destructa est idolatria q̃ pri⁹ regnabat. Adiutoziũ aũt virtute tribuit ꝑ gr̃e infusionẽ q̃ repzimit cõcupiscẽtiã: ⁊ ꝑ angelicã ꝓtectionẽ q̃ cõpzimit ⁊ repzimit potestates aduersas. ⁊ hoc idẽ ꝓtute passiõis merito cuius mittit nob spũs scz nutrunf etiã ⁊ ipsi angelici spũs vt supek aduersarius. Vñ diabolus sup oia abhozret memoriã passiõis ⁊ figurã crucis per quã sumus ab eius ptãte liberati. Et sic põt ad obiecta rñderi. Quicũq; ergo xp̃m interroget: cur caput nõ erigit in cruce: audiet illum ꝓtinus rñdentẽ, Deu ꝯra est ꝓfusio. Ego ille sum q̃ hierusalẽ intrauerã clamãtib⁹ pueris benedictus qui venit in noie dñi: ⁊ omni ppl'o iubilãte, ⁊ mõ nudus patioz in medio latronũ vt ho minẽ liberẽ a diabolica supbia ⁊ ptãte.

De immẽso doloze xp̃i in cruce quẽ sustinuit vt ipse ꝑ oibus peccatoribus penitentiã faceret. Capl'm II

Ecũda cõditio xp̃i patiẽtis fuit doloris acerbitas vt penas nostras ipse poztaret, de q̃bus esa. liij. c. ait. Vere lãguozes nostros ipse tulit, ⁊ dolores nros ipse poztauit. Et nos reputauimus eũ quasi leprosum ⁊ pcussum a deo ⁊ humiliatũ. Ipse autẽ vulneratus est ꝓpter iniq̃tates nostras et attritus est ꝓpter scelera nostra. Disciplina pacis nostre sup eũ ⁊ liuoze eius sanati sumus. Oẽs nos sicut oues errauim⁹. vnusq̃sq; i viã suã declinauit. ⁊ dñs posuit in eo iniq̃tatẽ oim nostrũ. Et. ỹ. Pec. c. ij. Petã nr̃a ꝑtulit i corpe suo sup lignum: vt peccatis mozui iustitie viuamus; cuius liuoze sanati sumus.

Que verba declarãs magr̃ in. iij. dist. xix. ait. Petã poztare est ꝑ pctis nostris penaz pati. Dolnit itaq; iesus ꝑ nobis. Ad cui⁹ plenioẽ intelligentiã tria de ipso ꝓsideremus.

Primo veritatem.

Scõo grauitatem.

Tertio vtilitatem.

In ꝑmo statu habuit homo posse peccare ꝛ posse nō peccare: ꝛ sic habuit posse mori ꝛ pos se nō mori: ꝛ hoc fuit ꝑma humani corporis immortalitas. In scōo statu habuit posse mo ri ꝛ nō posse nō mori. Et sic posse peccare et ñ posse nō peccare: qm̄ in hoc statu est peccādi ꝛ moriēdi necessitas. In tertio ꝝo statu habe bit posse nō mori ꝛ nō posse mori sicut ꝛ pos se nō peccare ꝛ nō posse peccare : qm̄ ad hunc statū ptinet moriēdi ꝛ peccādi impossibilitas Sanctus ꝝo Tho. in ꝑma pte. q. xcvij. art. j. dicit ꝙ aliq̄d pōt dici incorruptibile tripliciter Uno modo ex pte materie. eo. s. ꝙ nō hz ma teriā. sicut angelus. Uel habet materiam que nō est potētia nisi ad vnā formam sicut corp⁹ celeste. ꝛ hoc ōr ꝑm naturam incorruptibile. Alio modo aliquid dicit incorruptibile ex p te forme, quia. s. ref corpali inheret aliqua di spositio ꝙ ꝯ totalr a corruptiōe prohibet. Et hoc dicit incorruptibile ꝑm gloriam quia vt Aug. dicit in epistola ad Dioscor. tam poten ti natura fecit deus aiam vt eius beatitudine redundet etiā in corp⁹ plenitudo sanitatis et incorruptionis vigor. Tertio modo dicit aliquid incorruptibile ex pte cause efficiētis, Et hoc modo in statu ĩnocētie fuit incorrup tibilis ꝛ immortalis: quia deus sic voluit. Hinc ait Augustinus in questionibus noui ꝛ veteris testamēti. Deus hominē fecit qui ꝯ diu nō peccaret immortalitate vigeret vt sibi auctor esset aut ad mortē aut ad vitā. Et idez in libro de baptismo punlor. ait. Fiebat inḡt ordo iusticie. vt sicut aia ꝛño suo ita ei corpus obediret. Et in li. xiij. de ci. dei. c. iij. ait. Fatē dū est ꝑmos hoies ita fuisse institutos. vt si nō peccassent nullū genus mortis experiren tur. Sed eosdem ꝑimos hoies ita fuisse mor te mulctatos. vt quicq̄d eorū stirpe fuisset ex ortum eadem pena teneret obnoxium. ꝛ ibi dem paulopost idē ait. Pro magnitudine q̄p pe culpe illius naturā dānatio mutauit in pe ius. vt quod penaliter p̄cessit in peccātibus hoibus ꝑmis etiā naturalr sequeret in nascē tibus ceteris. hec ille. Et idē in lib. xiij. de ci uni. dei. c. xxvj. dicit. Uiuebat itaq; homo ī pa radiso sicut volebat ꝯdiu hoc volebat quod deus iusserat. Uiuebat fruens deo ex quo bo no bonus erat. Uiuebat sine vlla egestate: sic semp viuere habēs in potestate. Cibus ade rat ne esuriret: pot⁹ ne sitiret: lignū vite ne illū senecta dissolueret hec ille. Tertia difficultas ōr de cibi necessitate. Si em̄ corp⁹ erat impassibile quō cibis indigebat. Et rñdet Augu. in qōnib⁹ noui ꝛ veteris testi. ꝙ immortalitas ꝑmi stat⁹ erat ꝑm vim quādā supna turalem in aīa residētē nō aūt ꝑ aliquā dispo sitionē corpi inherētē. Uñ ꝑ resolutione corporis: aliq̄d de humido scz corpis poterat de pdi ꝛ ne totalr cōsumeret, necesse erat per assumptionem cibi homini subueniri.

Devita hois ꝑm statū nature lapse quō in curritur necessitatē moriēdi. Capm II

Ecūdo cōsideremus hois vitam ꝑm statū nature lapse. Peccāte siquidē homie introducta fuit lex mortis: vt moreret vsq; ad cōsummationē seculi. iuxta cōminationē dei dicentis. Gen. ij. Quacunq; die comederis ex eo morte morieris. s. mortis necessitatē incurres. vl mortī obligatus eris. ꝑm ꝙ exponit Augu. sup Gen. Ueruntamen in illis ꝑmordijs longa fuit vita illorū. adeo vt audientes Adam vixisse nōgentis. xxx. annis. ꝛ Malaleḥel octingentis. xcv. annis. et Jarethnōgentis. lxij. annis. ꝛ Mathusalem nongentis. lxix. annis. vt patet Gene. v. plu rimum admirant. Unde apud plerosq; varia ꝛ falsa quidem de annis illis opinio est exorta, Namvt dicit Augustl, libro. xv. de ciuitate

UVA. BHSC. IyR_227

dei.c.xij. Aliqui dixerūt q̄ decem anni illi⁹ tē
potis accipiunt p vno anno nostro. volētes
q̄ nongēti anni ex illis essent nonaginta. Sz
falsum esse hoc cōstat vt ex codicibus colligit
Habek enī Señ.v. Centum et triginta anno⁹
rū erat Adā qñ tertiū genuit filiū. Qui anni
ſm illos essent tredeci ex nostris. Sed omit⁹
tamus Adam: q⁹ fortasse etiam quando crea
tus est generare potuit. Sz quid de Sept. de
quo habek q̄ centū quinq; erat annoꝝ qñ ge
nuit Enos: ac p hoc nōdū habebat annos vn
decim. Enos vero nonaginta erat annoꝝ qñ
genuit Caynan, ⁊ sic nouem annos habebat.
Caynan autē septuaginta erat annoꝝ qñ ge
nuit malaleel. ⁊ sic septem annos habebat.
Unis homo generat in septē annis: sic tūc an
ni septuaginta nunc upant q̄ septem fuerūt.
Plinius vero cū audisset hoies ad tot perue
nisse annos. hec omnia inscitia ipsa pueniſſe
est arbitratus: inquiens quosdā transisse an
num estate ⁊ aliū hyeme. Archades triū mē
ſiū annos habuisse: egyptos ⁊ lauinios trede
cim. Acharusnas sex. Cōtra quam opiniones
Aug. sup Señ. ad lram adducit scripturā di
centem, Sexcētesimo anno vite Noe mēse. ij.
die septima mēſis: rupti sūt oēs fontes abyſ⁹
ſi magne, ⁊ Señ. c. viij. Requieuit arca mēſe
septimo vigesimoseptimo die mēſis super mō
tes armenie. At vero aque ibāt ⁊ decrescebāt
vsq; ad decimū mēsem. Et post subdit scriptu
ra. Sexcētesimoprimo anno vite Noe primo
mense p̄ma die mēſis imminute sunt aque
super terrā. Tales igit erāt tūc a nni: quales
⁊ nunc. Et ſi adhuc vltra queraſ. quō tam
diu hoīm illoꝝ vita poterat elongari. Ad hoc
respondet Nicolaus de lira super Señ. v. c. ex
verbis Josephi in primo libro antiquitatū. q̄
opinioni nostre imo scripture sancte de annis
cōcordat asserens Dieronymū egyptiū ⁊ Be
rosium Caldemiū ⁊ Manethā idez tenuisse
in illis libris quos de antiquitate scripserunt
q̄ hoc fiebat multiplici rōne. Prima ratio
sumit ex bonitate cōplexionis primoꝝ parē⁹
tū: q̄ fuerūt a deo imediate formati: ⁊ p ꝓs
optime cōplexionis: ⁊ sic ad longiorē vitam
dispositi. Et illa bonitas cōplexiōis magis de
uenit ad homies ꝓpinquos illius tēporis q̄
ad remotos tpis moderni. Secūa rō sumit
ex mō viuendi: q⁹ tpate vixebāt. Tertia rō
sumit ex bonitate nutrimēti, q⁹ ante diluuiuꝫ
terrenaſcētia fuerunt meliora q̄ post: ꝗa inū
datio diluuij fuit p maiorē pte ex aquis ocea
ni ſalſis, que inducūt ſterilitatem terre, ⁊ per
cōſequens reddunt pcioza terrenaſcentia ex
quibus abbreuiatur hominis vita. Quar⁹
ta ratio sumit ex sciētia. Ade q⁹ format⁹ fuit
in scientie perfectiōe. Et ideo cognouit virtu⁹
tes fructuū herbarū ⁊ lapidum pcioꝝ. q̄ fa
ciunt ad cōseruādam sanitatem ⁊ vitam plō
gandā. ⁊ de hoc docuit homies illius tēporis
Quinta ratio sumit ex bono aſpectu fide⁹
rū super regionē iliā in qua manebāt q̄ aſpe⁹
ctus multū facit ad longitudinē vite. Sed p
motū celi cōtinuum mutatus est tēpore pce⁹
denti. Sexta ratio sumit ex dispositiōe di
uina hoc ordinante. vt p longā vitā hominū
multiplicaret genus humanū. Propter om
nia hec Aug. c. viij. lib. xv. de ciui dei manudu
cit nos ad intelligendā illi⁹ vite diuturnita
tem. q⁹ nō potuissent tot homies ex vno mul
tiplicari nisi p lōgū tractū tēporis. Nā magi
ster hiſtoriaꝝ dicit sup Señ. x. c. ⁊ Aug. nar
rat in lib. questionū sup Señ. q̄ ex tribus fi
lijs Noe adhuc eo viuēte nati sunt viginti q̄
tuor milia virorū ⁊ cētū ⁊ decē, preter mulie
res ⁊ paulos. Uixit q̄ppe Noe post diluuiuꝫ
annis. ccc. l. ⁊ fuerūt oēs anni noe nōgēti q̄nq;
gita, ſicut p⁹ Señ. ix. c. Ex vno insup Abraā
dicit Aug. vbi, s. nō multo ampli⁹ quadringē
tis annis numerositas hebreoꝝ gētis tāta p
creata est. vt exiit u eiusdē populi de Egypto
sexcēta milia hoiz fuisse referant bellice iuuē
tutis. Et ſi dicaſ q̄ post diluuiū nō tādiu vi
xerūt hoies. cū dns dixerit Señ. vj. Erūt di
es illius cētū viginti a nnoꝝ. Rñdet Aug.
c. xxxiij. li. xv. de ciui. dei. Dō illud nō fuit tps
humane vite post diluuiū: ſed terminus aſſi
gnatus ad pniam his q̄ i⁹diluuio erāt peritu
ri. Et vt testaſ mgr hiſtorie ſcholaſtice, dixit
dns b̄ ꝙba añs ānos viginti q̄ icipet arca fie
ri q̄ facta legit cētū annis. Uel ſm Strabo
nē eo āno b̄ dixit de⁹ quo cepit arca fieri. Sz
q⁹m malicia pseuerauerūt āte pfixū terminū
ſ. cētesimo anno deleti sunt. Dō etiā post dilu
uiū vixerint hoies supra cētū ⁊ viginti annos
p⁹. Habem⁹ enī ex. xj. c. Señ. Sem erat cērum
annoꝝ q̄ genuit arphaxat biēnio post dilu
uiū. ⁊ post vixit q̄ngētis annis. Sale vixit q̄
dringētis trigintatrib⁹ annis. Uixit heber.
cccclxiiij. an. Uixit Thare. ccv. an. Uixit abra
am. clxxv. an. Señ. xxv. Uixit Ysmael. cxxx
vij. an. Señ. xxv. Et ſic etiā alij plurimi quos
lōgū eēt cō memorare. Nō tñ ꝓpterea hi q̄ tā
diu vixerūt mortē euadere potuerūt.

De vita hois ſm ſt atū nature reparate.

Capm III

UVA. BHSC. IyR_227

Tertio consideremus hoīs vitā ꝑm stā
t tū nature reparate. Jn quo. ſ. post ad-
uentum xꝑi ⁊ eius mortē ac ascensio-
nem in celū breui⁹ q̄ ꝑus hoīes vitā finiunt.
Si em̄ ꝓpter pctm̄ mors est subsecuta ⁊ intro
ducta: cur nō post satisfactionē q̄ facta est xꝑi
passione totaľ est remota. Et sic dicimus ex
doctria Alex. in. iij. ⁊ dñi Boñ. di. xix. ar. ſ. q.
iij. q. xꝑs incarnaⁿ est vt hoibus subueniret
⁊ ꝑ eis satisfaceret Homo aūt peccādo incur
rit aliq̄ dāna ꝑncipalia. vt ꝑuationē dine visi
onis ⁊ destinationē in limbo. Aliq̄ ꝯo incur-
rit ex ꝯtit: vt famē: sitim: labozē: mortē: ⁊ hu
iusmodi. Debuit itaq; xꝑs ita ꝑ hoie satisface
re vt melius ipse homo ꝓsequi posset beatitu
dinem eternaz. Hoc aūt fit remanētib⁹ pena
litatibus: qz hoies ꝓpter has vel pctm̄ hois
lapsi cōfitenť vel cōpatiunť xꝑo passo: vel de
regno celoz curāt. Ut em̄ inq̄t Aug. sup ꝑs.
Ecce turbať mūdus ⁊ amať. Quid si trāq̄ll⁹
esset ⁊ fozmosus. Quō ei hereres qui sic am-
plecteris fedum. Flozes eius quō colligeres:
si sic a spinis non reuocas manum. Et in lib.
de verbis dñi idē ait. Jdeo deus felicitatibus
huius seculi amaritudinē miscet: vt alia que
ratur felicitas cui⁹ dulcedo nō est fallax. Et Is
xꝑs vt tactū est ab his penalitatibus nō libe-
rauit nos vt nūc: ipsius tñ fiet merito vt in ge
nerali resurrectione: put dicek in sequentib⁹:
bti sua cozpoza reassumant impassibilia im-
mortalia ⁊ gl̄iosa: cū q̄bus eternaľ letabunť
in gl̄ia celesti in qua xꝑus benedictus viuit ⁊
regnat in secula seculozum. Amen.

Unimā esse immortalē sua nobilitate ꝛeꝛē-
plis ⁊ testificatione ꝓbať. Sermo. III

Usti autem in perpe
i tuum viuent. Dei viuētis verba sūt.
iterū vbi supza. Predicāt equidē pu
blice amatozes mundi: nihil post mortez ho-
mini supesse aimq̄ simul aiūnt cū cozpe inte
rire. ideoq; nullū agendū bonū esse ꝑ futura
vita ꝓsequenda. Cui errozi dānatissimo in ꝑ
sermone q̄tū poterimus resistem⁹. Oūdem⁹
aūt aie immortalitatez: q̄ a cozpe exuta non
mozit: nō cozrūpit nec vt isti aiūt definit esse
quinimmo bti sunt illi quos dñs inuenerit vi
gilantes: ⁊ ve illis qui negligūt ꝓniam pctōz
suoz. Ad intelligendū vero qualiter aia rōna
lis fit immortalis vtemur tribus modis.

Prim⁹ modus erit ipi⁹ aie nobilis ꝓditio.
Scōs modus erit multoz testificatio.
Tertius modus erit exēploz cozuscatio.

Qz tanta est nobilis anime conditio q̄ om
nium cozpozum superiozum ⁊ inferiozum di-
gnitatem excedit. Capitulum. I

Rimus modus ad ostendendum aie
p immortalitatē vz nobilis ꝓditio. que
vtiq; talis est q̄ aia ipsa rōnalis exce
dit dignitatē quozūcūq; cozpoz: siue inferio-
rum siue supioz. Qō aūt omni cozpore nobi-
lioz sit aia rōnalis ꝓbatur tripliciter.

Primo auctozitate.
Secundo ratione.
Tertio exemplo.

Primo ꝓbať auctē. Nā inq̄t Arist. ſ. de aia
Alia aūt aliq̄d meli⁹ eē ⁊ antiq̄us. i. nobilius
ipossibile est. Jmpossibili⁹ aūt adhuc intelle-
ctu. ſ. esse aliq̄d nobili⁹. Rōnabiliū em̄ esse hꝫ
⁊ nobilissimū ⁊ diuinū ꝑm naturam. Jdem in
ꝑmo de aia in ꝓncipio docet qualr scia de aia
q̄tū ad bonitatē. ⁊ honozabilitatē est ꝓponē-
da aliis sciētijs naturalib⁹: que sunt de nume
ro bonoz honozabiliū ꝓpter bonitatē subie-
cti qō est aia intellectiua q̄ est nobilioz oī coz
pore. Ad idem dicit Augu. in li. de libero arbi
trio. vbi ait. Ois aia omni cozpe est nobiliozi
seu melioz. Et in lib. lxxxiij. questionum. Ois
aia melioz est omni cozpe. Adeli⁹ est em̄ qō vi
uificat q̄ quod viuificať. Cozpus aūt ab aia
viuificari: non aiam a cozpore nemo ambigit
Et idem in lib. de duabus aiabus. Anima lu-
ce ista quā hoies veneranť melioz est: qm̄ qui
dē illa intelligit mente. hec sensu cozpis inno
tescit. Et in lib. xiij. de ci. dei. c. xiij. dicit. Oēs
cozpoz ꝑferunť aie. Et in lib. soliloquiozum.
Quicq̄d em̄ celi ambitu ꝓtinet: inferi⁹ huma-
na aia est. Et idē in li. de q̄titate aie. Quēad
modū fatendū aiam humanaz nō esse qō de⁹
est: sic ꝑsumēdū est nih̄l inter oia q̄ dicuntur
ipsi deo esse ꝓpinquius. ⁊ Chrysо. in libzo de
lapsu mūdi. Quāto celū terra pulchzius: tāto
aie pulchzitudo oēm formā pulcherrimi coz-
poris supať. Ad idē est glo. in. ca. Cū sit. extra
de etate ⁊ qualitate ordinādoz que dicit. Aie
preciosiozes sunt cūctis reb⁹ etiā cozpalibus.
Jdem hꝫ. xij. q. ſ. c. Precipium⁹ ⁊ xxiiij. q. iij. c.
Si habes. Et de pe. ⁊ re. c. Cū infirmitas. Et
C. de sacrosan. eccleſijs. l. Sancimus.

Scōo ꝓbať rōne que triplex potest esse.
Prima ratio creationis.
Secunda ratio ordinationis.
Tertia ratio assimilationis.

Prima ratio dicitur creationis. Quia ani
ma nobilioz est q̄ ipsa cozpora creata: ⁊ in se
producta si attendamus adhuc tria.

UVA. BHSC. IyR_227

Primum scilicet a quo fit creata.
Secundum scilicet de quo fit creata.
Tertium qualiter fit creata.

Primo quidē aīa rōnalis creata est a deo opifice summo. Unde glo. sup illud p̄s. Qui finxit singillatim corda eor. dicit. Creauit d⁹ aīas singulor. p se. Aduertendū tn q̄ plī q̄dam cum platone dixerūt q̄ aie fuerūt simul create in corpib⁹ stellar. t post formatis corporibus istis organicis: p orbes planetar. ad hoc vinificādū descendūt. t postmodum corruptis corpib⁹ illuc reuertunt. t postmodum suo loco t tpe iterū ad alia corpa descendunt. Hanc opinionē videt narrare Macrobius ex planans somnium Scipionis. Hz hec opinio est ꝺ plīaz q̄ dicit q̄ pprius act⁹ dz fieri in p pria materia. Unde si opinio ista esset ȳa: aīa corpibus nō eēt pfectior. Fuerūt insup hereticī q̄dā dicētes q̄ aie fuerūt create in celo cū angelis: qz sunt eiusdē nature. t postmodum ad suggestionē dei tenebraz peccauerūt: t merito illius pcti in corpa sunt retruse tanq̄ in carcerem: vt ibi purgēt: vt cū purgate sunt ad celestē gl̄iam renoceāt. Et hec opinio est manicheoz q̄ ꝺ̄ziat fidei xp̄iane: ponens nullam aīam debere dānari. Cōtrariat etiā plīe: cuz ponit q̄ corpus cōparat ad aīam non sicut p fectibile: ſ̄ sicut carcer. Dō si verū esset: sequeret q̄ homo nō esset vera spēs: cū ex anima et corpe non fiat vnū. Est adhuc opinio talis ꝺ̄ sensibilē experientiā: qz videm⁹ aīam q̄tūcūq̄ bonā nolle a corpe separari: adeo vt aie etiam beate vt ostendēt in sequentib⁹ inclinationez habeant ad ip̄m corp⁹ sibi vniendū. Ideo illa opinio est abijcienda. Cui Aug. ꝺ̄dicit li. de eccle. dogma. vbi ait. Credendum est t firmiter tenēdū q̄ a ie nō sunt ab initio create. vt Origenes finxit: aut in corpib⁹ seminanf. vt Luciferiani. t cyrillus t quidā latinoz affirmāt ſ̄ a deo aiam creari simul t infundi in corpe cōposito t formato. hec ille. Scdo attēdendū est de quo fit aīa creata. Et heretici quidā parif etiā t plī dixerūt aiam de dei suba esse pductā. Nā ſ̄m Aug. ꝑscilianiste manichei t gnostici. vt p̄z lib. vij. sup Gen. ad lkam. t li. ꝺ̄ Faustū. t in li. de duab⁹ aīabus, dicebant q̄ aīa eēt oīno eadē deus est. vel aliq̄d eē de suba dei. Idip̄m tenuit. Euripides plī vt testatur Tull⁹ in li. tuscu. qōnū. Et ip̄e Tull⁹ li. eodē earūdē qōnū ait. Spūs human⁹ ex dīna mente disertus cū nullo alio nisi cū ipso deo comparari pōt. t Gen. ad Lucillū epka. lxvj. inquit. Nihil aliud est aīa q̄z ps diuini spūs in corp⁹ nostrū immersa. Hoc idez scripsit Macrobius supza somniū Scipionis. Quā opinionē detecit Aug. li. de origine aie: qm̄ si ita esset: aia nec in melⁱ⁹ nec in peius labi posset. Et iterū. Deus multar. aiaz formatione lacerarēt. Un idē Aug. li. de fide ad petrū ait. Nō vni⁹ nature p̄n esse q̄ fecit t factū. Alij insup plī ex elemētis aiam ꝓstare asseruerunt. Ut em̄ scribit Arist. in p̄mo de aīa. Democrit⁹ dixit aiaz eē ignē quēdā. In li. ȳo de vita t morte Aristo. legit. Eraditus semp affirmasse deos oīes ex igne esse t ex igne vniuersa ꝓstare: t aiam fa nullā esse stellanē entie. zeno stoicus t leucippus illud idē pfitebant ſ̄m Tullū li. j. qōnū tuscu. Hoc idē affirmabat Hipparchus put scribit Macrobi⁹ in li. j. sup somniū Scipionis. Ad illud aūt tenere moti sunt q: aia p̄nte corpus calet: t recedēte frigescit. Diogenes teste plō in p̄mo de aīa dixit aiam esse aerem. Eu⁹ opinionē secutus est Cleantes t Crisippus: vt scribit Gregori⁹ nazāzen⁹ in libro de natura hominis. Anaximenes. vt ait Aug. libro. viij. de ciui. c. ij. omnes rerum causas aeri dedit. Naz dicebat deos animā t omnia alia ab aere gignit: cum absq̄ aere nulla animalia cerneret p̄ creari moriq̄ subito aere pdito. Hic ſ̄m Plinium in libro de naturali historia inuenit horologium. Thales milesius put refert Tull⁹ libro p̄mo de natura deoz. materiā posuit in humore cām nascēdi: tenuitq̄ deum ex aqua cūcta formasse. t alia huiusmodi de anima locuti sunt delatrātes. Cōtra quos theologi cō ueniunt affirmātes de nihilo a deo aiam esse creatā. Unde Aug. in libro de quantitate anime ait. Nō ex his notis vsitatisq̄ naturis aia facta est quas istis corporeis sensibus tangimus. Nam neq̄ ex terra. neq̄ ex aere: neq̄ ex aqua: neq̄ ex igne: neq̄ ex his omnibus: neq̄ ex alijs coniunctis horum constare animam puto. Nec nunc disputandū est qualiter deus possit ex nihilo aliquid facere q̄ t angelos de nihilo sicut t animas voluit creare. Tertio attendenduz est qualiter anima fit creata. scz quia spiritualis t incorporalis substantia. Ut em̄ Augustinus ait. anima substantia est incorporea regens corpus. Sed ignaris non facile persuademus spm̄ esse animam t non corpus: quia vt Thomas dicit questione. lxxv. articulo primo prime partis. dicunt sola corpora esse. t quod non est corpus nihil esse. cuz tamen deus spiritus sit. Job. iiij. capko. t angeli spirituales esse dicantur. Dinc est q̄ Lactantius in septimo libro diuinarū institutio-

UVA. BHSC. IyR_227

num,c.ix.de inuisibili deo dicit. Quia de⁹ ab homine videri nō pōt:ne quis tamen putaret ex eoipso deum nō esse:q; mortalibus oculis non videret:inter cetera suoꝝ institutoꝝ miracula fecit etiam multa quoꝝvis quidem apparet:substantia aūt nō videretur.sicut est vox odor ventus,vt harū rerū argumento ⁊ exemplo etiaꝫ deū licet sub oculis nō veniret de sua tamen vi ⁊ effectu ⁊ operibus cernere⁹mus. Nec ille.Angelos etiā nō solum bonos. sed etiaꝫ malos,i.demones esse ex effectu magicarum artiū cōspicimus.de quibus nunc loqui omittimus.quia latius suo loco tractabimus.Ad animam igitur incozpozeam venia⁹mus:quam esse Alexā.in.ij.sic ostendit.Vide⁹mus inquit quedā cozpora que non nutriuntur.nec augmentantur,nec generant,nec mouentur nisi motu violentissimo vt lapides. Quedam que nutriunt ⁊ augmentantur:vt plante.Quedā vero que vltra hec moueñtur ⁊ sentiunt:vt animalia.Quedam vero que vltra hec agunt rōne.Si ergo harū operationū esset cozpozeitas ꝓncipiuꝫ ⁊ causa:inueniretur tunc in oib⁹ cozpib⁹. Sed hoc est falsum. Ergo illud a quo ille operatiōes puenīūt:nō erit cozpus sed aīa.Insup videmus actiones in quibus cōueniūt vegetabilia.⁊ aīalia.⁊ homines.vt nature ⁊ generare.Et videm⁹ actiones communes hominibus ⁊ bruttis.in qbus nō cōicant vegetabilia.vt sentire ⁊ imaginari.Et videmus alias que sunt ꝓprie hoibus. vt rōcinari ⁊ intelligere.vt inter bonū ⁊ malū vez ⁊ falsum discernere.⁊ hmōi.Ergo erit in vegetabilibus ꝓncipiū generationis qō qui dē est anima vegetatiua. In aīalibus bruttis ꝓncipiū mouēdi ⁊ standi.qō est anima sensitiua.In hominibus vero ꝓncipiū rōcinandi ⁊ intelligendi:qō est aīa intellectiua.Quis⁹nam explicet quot sunt hoim operationes.q̄ licet per cozpus exerceañ ꝑ tanq̄ ꝑ instrumentū,nihilominus ab aīa ipsa ꝓcedūt. Quanta est ꝑteritarū rerū memozia. Quanta ad futura ꝓuidētia? Quot picture,quot artes,quot ad capiendū aues.pisces.⁊ indomitas feras modi distincti? Quot ad pugnandum arma? Quot ad nauigandū mare dispositiōes mirabiles? Quot ad inueniendā sciendāq; veritatem artiū liberaliū scientie.Unde ista in hoie Certe nō ab ipso cozpoze,sed ab ipsa aīa. Añ Augu.homines naturā aie scire volentes redarguit in libro cōfessionū dicēs.Eunt boies mirari alta montiū:ingentes fluctus maris. ⁊ altissimos lapsus fluminū,oceani ambitus et gyros syderū:⁊ seipsos relinq̄nāt nec miranť.Et in libro de spū ⁊ anima idem Aug. dicit.Añ dictū est mihi vt meipz cognoscā nō possuz sustinere vt me habeā incognitz: Magna aūt negligentia est nescire quid sit illud quo celestia tam ꝓfunde cogitam⁹;naturalia tam sublimi indagatione inuestigamus.⁊ de ipo quoq; creatoze nostro tā subtilia desideramus scire.Nec est res pegrina: nec longe quodāmodo quo ipa sapimus:sed adest semp nobiscū:tractat loquit⁹:⁊ int⁹ nescit.Datū est illi tam ingentiū rerum scire secreta:⁊ seipm cognoscere nō pōt.hec ille.Aīa itaq; spūalis est. Neq; ex hoc aīas et āgelos eiusdē speciei dicimus:lz angeli spūales itellectualesq; substātie sint.Qō Orige. tenuit, vt dicit sctūs Tho.ꝑma parte.q.lxv.ar.vj. et in.q.vij.secūdi li.qōnū de aīa.Cōtra quez idez Tho,dicit q̄ illa q̄ hñt diuersas ꝓfectiones ꝑm spēm:differunt specie.sed angelus ⁊ anima habēt diuersas rōnes ꝑm spēm. ergo angelus ⁊ aīa differūt specie. Anima eñ rōnalis homini ꝑbet spēm ⁊ actū specificū qō nō facit angelus. Scōo ꝓbat q̄ anima oīm cozpe sit nobilioz rōne ordinatōis.Quidnaz est quo ipa sit finis oīm cozpozum: immo vt pbs dicit,ij.phiō.oim rerū que sunt,O q̄ miranda est oīm rerum elementoꝝ celozūq;varia pulchritudo. Quāta est in oibus creaturis creatis bonitas?quāraq; in cūctis vtilitas? Ideo audi o aīa misera.o aīa pigra qualiter tibi seruiūt vniuersa.Respice inquit Hugo. in libro de arra sponse.vniuersum mundū et considera in eo si aliquid sit qō tibi nō fuiat. Oīs nāq; creatura ad hunc finem dirigit cursum suum:vt obsequijs tuis famulet ⁊ vtilitati deseruiat:tuisq; oblectamentis pariter ⁊ necessitatibus ꝑm affluentiā indeficientē occurrat.Hoc celum,hoc terra:hoc mare:hoc aer.cum his que sunt in eis vniuersis explere nō cessant,hec ille.Et si dicaf debent ista oīa ad cozpis conditionē referri:possum⁹ respōdere cozpora ista ꝓpter aīam esse.Añ Aristo. in.ij.lib.de aīa ait.Omnia eñ cozpa phisica aīme instrumēta sunt:sicut animalius sicut et plantaruz:tanq; gratia anime extrinseca. Est ergo cozpus aie instrumentū organicuz. Ideo Augu.in li.soliloquioꝝ ad deum dicit. Omnia ds q̄ dicunt sub pedibus hois subiecisti vt solus homo sup oia tua tuus esset totus.Exteriora nāq; ꝑ cozpoze cuncta creasti ipsum ẋo ꝓ10 anima:⁊ animā ẋo ꝓ10 te:vt tibi soli vacaret:te solum amaret;⁊ possidere

UVA. BHSC. IyR_227

ad solatiū.hec ille.Tertia rō ad ostendēdū a/nime imortalitatē ōz assimlatōis.qz aia deo assimlat.Nā Gen.j.dixit de⁹.Faciam⁹ homi/nē ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā. Quod negantes heretici reputant.xxiij.q.iij.c.pe/nultimo.De ista vero similitudine dicem⁹ suo lo co diffusi⁹.Nunc tū dicim⁹ aiam deo similez qz sicut deus ē simplex ⁊ nō ꝯponitur, sic aia que de nihilo est creata.sicut deus ē imorta/lis:ita ⁊ aia. Et alie sunt hmōi similitudines q̄ non accipiunt ꝑm idētitatē:si ꝑm quandā ꝑ portionē. Tertio ꝓbatur exēplo:ꝙ oīi coz/pore fit aia nobilior,Nam videm⁹ sctōs cruci fixisse corpa sua ⁊ dura pnia castigasse.ut aia salua fieret.Quanta fuit pauli primi heremi te pnia in heremo.de quo scribit Iero.inyti spatrū. Sēm in solitudine duxit etatē cibū ⁊ vestitū et palma prebebat.Quid fecit Anto nius:quid Hylarion:quid Macharius:q̄d Franciscus:quid Dominic⁹?O sancti ⁊ ami ci dei:dicite hoc quare tot vigilijs ⁊ orationi bus ⁊ disciplinis carnē vestrā mortificastis: Respondebunt certe oēs,Propter aiam. O martyres triumphantes . cur vos tot cruci/atibus exposuistis ⁊ tot supplicijs ⁊ mori nō recusauistis:Iterū ⁊ ipi clamabunt ⁊ dicent. Propter aiam.O iesu bñdicte cur tu trigin ta annis in mundo ⁊ ampli⁹.famē:sitim:la bores:sudores:vulnera:⁊ liuores sustinuisti: Statim clamabit.Propter aiam,O aia no bilis:o aia delicata:cur tuā in tot exēplis no bilitatē nō curas agnoscere:Respice aī a mi sera,qz carnē ꝑ te suscepit xp̄s.ꝑ te pauper natus est in presepio:ꝑ te circūcisus.ꝑ te pe regrinatur in egyptū.ꝑ te ieiunat.ꝑ te orat. ꝑ te lachrymat:ꝑ te patit.ꝑ te sanguinē fū dit.Ideo Bern̄.in meditatōibus ait. Subli me est aie principiū:que nō nisi sanguine xp̄i redimi potuit,Quā ergo cōmutationē ꝑ aia tua das:qui ꝑ nihilo das illā?Nonne dei fili us cū esset in sinu patris a regalibus sedib⁹ ꝑ pterea descēdit:vt eā liberaret a potestate dya boli?Quā cū vidisset peccatoꝝ fimbus irre/ritam iam iamq̄ demonibus tradendam vt morte damnaret perpetua:fleuit sup illam q̄ flere se nesciebat.Nō solū aūt fleuit ſ etiam se mori pmisit vt sui sanguinis precio redime/ret.hec ille,Et Hugo in libro de arra sponse ait.Ampli⁹ mihi velis esse debeo qui tantum deo placui vt mori dignaret ne perderet me. Pater ergo ex dictis quanta sit anime nobi litas.quantū corpa cūcta dignitate precellit quā tñ infelicissimi pctōres suis miserijs vi/lem fedāq̄ reddūt ac faciūt.Cū itaq̄ tāta sit aie nobilitas:quō poterim⁹ eā dicere interire cū corpe:quasi deus tā egregiā creaturā con didisset:vt eā tā breui tpe pimeret? Conclu dendū est ergo cū verbis catonis que in lib. de senectute,Cicero scripsit vbi sic habet.Sic mihi pſuasi:sic sentio:cū tanta celeritas ani morum sit:tanta memoria pteritoꝝ futuro/ rum ꝓuidentia:tot artes:tāte scientie:tot in/uenta non posse eam naturā que res ipas cō tineat esse mortalem.

Q̄ animam esse immortalez testificatio/ne ꝓbatur. Capl'm II

Ecūdus mod⁹ ad oñendū aie imoz/
s talitatē:ōz multoꝝ testificatio, Ad/
ducemus aūt tria testimonia.

Primū est philosophoꝝ.

Scōm est sanctoꝝ atq̄ doctoꝝ.

Tertiū est theologoꝝ.

Primū testimoniū est pboꝝ. q̄ suo modo aie immortalitatē confessi sunt.Unde Sen. ad Lucillū epla.xxxvj.sic ait,Moꝛs illa quā ptimesci⁹ ⁊ recusam⁹ iter mutat:vitam nō eripit.Alius em̄ expectat qui nos reponat in lucē dies.Idē in li.de naturalib⁹ qōnib⁹ ait, Si trāquille volumus viuere:in expedito ha benda est aia.vt sine illā insidie siue egritudi nes petant.q̄d aliud debeo nisi vt exeat ex/hortari ⁊ cū oibus eā bonis emittere. Vade inquā:vade fortiter:vade feliciter nihil dubi tans,facit q̄ q̄n̄q̄ faciendū est. En rerū na tura q̄ generauit expectat ⁊ loc⁹ isto melioꝛ ⁊ tutioꝛ.Auerroys sup.xj.metaph̄. Aia rōnal manet post mortē.⁊ finis ꝓspitatis eius erit si cōiungat ꝑmo motoꝛi. Galienus in libro de spermate.Sicut lumen solis quod est in/corporale separat ab aere ab omni oculoꝛu intuitu sine corruptione.sic ⁊ anima sine sui corruptione separat a corpe. Plato insuper pbus nobilissimus aie immortalitatē primo confessus est.Nam vt dicit Macrobius in li bro saturnaliū.Et.A.Gellius i libro noctiū acticarū libū edidit de imortalitate animē: quē Tullius transtulit in latinū, Denoiatur aūt ille liber a phedrone quodaꝝ Socrati et Platoni adeo dilecto:vt plato nomini suo li bꝛo dicaret:In dicto ligit libro plato sic ait Perfectus ⁊ purgatus hinc trāſiens habita bit cū deo.Itez plato in Thimeo. Anima est immortalis ⁊ ꝑm ꝙ vicerit passiones vel vi/cta fuerit prem iabit: vel puniet post hanc vitam. Macrobius in prologo super somni/um Scipionis sic ait. Sic habeto omnibus

UVA. BHSC. IyR_227

q̄ patriam seruauerint iuuerint auxerint: certum esse in celo diffinitū locū vbi beati sempiterno euo fruant. Lact. libro. vij. diuinarū in fi. aduersus gen. refert q̄ Polites quidā cō suluit Apollinē milesiū. vtrum remaneat aīa post corpus: an dissoluat. Qui rñdit. Aīa q̄ diu vinculis tenet in corpe corruptibiles passiones sentiēs mortalibus cedit doloribꝫ. Cū vero humanā solutionē quelocissimā post solutū corpus inuenit: coīno ad ethera ferat: et manet in eternū. Tullius in q̄nibus tusculanis sic ait. Nō est lugēda mors quā sequit im mortalitas. Idē in phi. Breuis a natura nobis data est vita. sed memoria bene acte vite sempiterna. Que si nō esset longior q̄ hec vita. quis esset tā amens q̄ maximis doloribus et periculis ad laudē gloriāq̄ pcēderet? Salustius in libro de repu. dicit. Diuitiaꝫ et fame gloria fluxa atq̄ fragilis est: virꝫ clara eternaq̄ habet. ergo preclara facies. magne diuitie: ac he vires corporis breui dilabunt: ingenia et egregia facinora: sicut aīa immortalia sunt. Quinti lilianus dicit. Si q̄s sciat q̄s sit finis bonoꝝ que vera felicitas nunq̄ sibi videbit p̄matura morte perire. Lucretius. Redit idē retro de terra qō fuit ante. Sz qō missuꝫ est ex etheris oris. Idē rursum celi fulgētia tē pla receptāt. Cicero in li. de senectute dicit. Apud xenophontē aūt mortēs Cyrus maior hoc dixit. Nolite arbitrario mihi charissimi filij mecū a vobis discessero nusq̄ aut nullū fore. Nec em̄ dū eram vobiscū animū meū videbatis: sed eū esse in hoc corpore ex his rebus q̄s gerebā intelligebatis. Eundē ergo esse credite rote etiā si nullū videbitis. Nec vero clarorum virorꝫ post mortē honores pmanēt: si nihil ipsoꝝ animi efficerēt quo diutius memoriā sui teneremus. Mihi nunq̄ quidē psuaderi pōt animos cū in corporibus essent mortalibus viuere: cū exissent ex his emori. Et paulo post. Verū ex vita ita discedo tanq̄ ex hospitio. nō tanq̄ e domo. Cōmorandi em̄ nobis natura diuersoriū dedit non habitandi. O pclaꝝ illū diē: cū ad illud diuinoꝝ aioꝝ cōciliū cetūq̄ p ficiscar: cūq̄ ex hac turba et colluuione discedā. Proficiscar em̄ nō solū ad eos viros de q̄ bus antea dixi: verū etiā ad Catonē meū quo nemo vir melior natus est: nemo pietate pstātior. Et in eodē li. introducit Catonē sic dicentē. Ego vestros pfes. P. Scipio tuq̄. C. Leli viros clarissimos: mihiq̄ amicissimos viuere arbitror: et ea quidē vita: q̄ est sola vita nominanda. Nam dū sumus inclusi in his cōpagi nibus corporis: munere quodā necessitatis et graui ope perfūgimur. Est em̄ celestis animꝰ ex altissimo domicilio depressus: et quasi demersus in terrā: locū diuine nature: eternitatiq̄ ꝛ. rum. Sed credo deos imortales spirasse aīos in humana corpa vt essent qui terras tuerent. quiq̄ celestiū ordinē pteplantes imitarent cū vite mō atq̄ cōstantia. Nec me solū ratio ac disputatio impulit: vt ita scriberē: sed nobilitas ac disputatio impulit: vt ita scriberē: sed nobilitas etiā sūmoꝝ phoꝝ et auctoritas. Audiebā Pythagoraā pythagoreosq̄ incolas pene nros qui essent italici pbi quondā noīati nunq̄ dubitasse: q̄n ex vniuersa mente diuina delibatos aīos haberemus. Demōstrabāt mihi preterea q̄ Socrates supremovite die de immortalitate aioꝝ disseruisset. es q̄ esset omnū sapiētissimus oraculo Apollinis iudicatꝰ. Similiter Didymus ad Alexandrū cuius hec sunt. dicit. Nos nō sumus huius mūdi incole: sed aduene. nec ita in ozbē terrarū venimus. vt in eo libeat ꝓsistere: ꝛ trāsire. Properamus em̄ ad patriā legibꝰ nullis delictoribꝫq̄ ponderibus pregrauata ꝛc. Valerius maximꝰ lib. ij. c. j. animē immortalitatem fatetur asserens fuisse morē gallorꝝ mutuare pecunias vt eas reciperēt apud inferos. Quid plura. Pbi nō tm̄ verbo: sed etiā exemplo aīe ostenderūt immortalitatē. Nam refert Aug. li. j. de ciui. dei. c. xxij. q̄ pbs quidā cui nomen Theobrotus lecto Platōis libro de immortalitate aīe de muro se precipitē dedit atq̄ interfecit seip sum. ꝛ Lact. li. iij. diuinarū instit. dicit. Multi ex his qui eternas esse aīas suspicabant: tanq̄ incertissimi migraturi essent sibi ipsis manus intulerūt. vt Cleantes Crisippus Zeno. ꝛ Empedocles. ꝛ ex romanis. Cato q̄ fuit in omni vita sua socratice ꝓbitatis imitatoꝛ. Omnū horꝝ historia omissa de Catone libet aliq̄d declarare. Plures em̄ sic dicti sunt. Fuit nāq̄ quidā Cato Cēsorinꝰ de quo meminit Tullius li. j. de amicitia: quē etiā cōmēdauit Plinius de viris illustribꝰ asserēs q̄ q̄dragesies q̄ter accusatus per se solū cām dixit: optimeq̄ fuit absolutus. ꝛ Valerius. lib. viij. sub rubrica de studio ꝛ industria. d. Nūq̄ fuit ita aggrauatꝰ q̄ per alium defendi voluisset. ꝛ Tullius in q̄stionibus tusculanis. d. li. j. q̄ fuit in eo tanta eloquētia q̄ta illis tpibus dici posset. ꝛ Valerius vbi. s. inq̄t q̄ erat doctissimus ḳris grecis ꝛ latinis. Latinas tñ didicit sm̄ Plinium de viris illustribus: dū tā esset senex ꝛ in sardinia ꝓtor. Hic vt notat in speculo. redio duplicis q̄rtane affectꝰ vt beatiore vita frueret se-

UVA. BHSC. IyR_227

ipsum interfecit: Fuit alius Cato filius supra dicti vir bellicosus. de quo Frontin⁹ de re militari refert: q̄ dū in bello ꝯ macedonie regez pugnaret equo ꝓlapsus: cum se recollegisset. aiaduertit gladiū cecidisse e vagina: quē fortiter recuperauit: ⁊ vulneratis hostib⁹ ad suos rediit. Quod exemplū adeo romanos accendit ad p̄lium ⁊ macedones terruit: vt macedones vincerentur. Fuit ⁊ alius Cato q̄ Marcus Cato dicebaꝰ filius ſnpradicti, ⁊ nepos Censorini qui cōsul in africa diem clausit extremū. Fuit vero alius Cato qui ⁊ Porcius filius p̄cedentis Marci Catonis: qui Uticēsis dicitur: quia in vtica lybie ciuitate se occidit. Et de hoc loquitur Lact. in auctoritate allegata. Causa autem fuit vt nō subijceret a cesare, qm̄ ipse pompeianas partes fuerat secutus. De quo Aug. lib. primo de ciuitate dei. c. xxiij. dicit q̄ nō fortitudine sed impatientia se peremit. Q̄ q̄ cōfundi deberent christiani anime negantes immortalitatem: q̄nquidem ⁊ ipsi philosophi gentiū verbo ⁊ opere animā nunq̄ mori tam lucidissime testificati sunt.

Secundū testimoniū est sanctoꝝ atq̄ doctorū. Omnes quippe sancti anime immortalitatē predicant. Unde Sap. iij. c. dicit Salomon. Justoꝝ anime in manu dei sunt: ⁊ nō tanget illos tormentum malicie. visi sunt oculis insipientiū mortilli autē sunt in pace. Et Jacob patriarcha Gen. xxxvij. cum sibi filij dixissēt de Joseph: q̄ fera pessima devorasset eum. Descendam inq̄t ad filium meum lugens in infernū. ⁊ Tobias cū cecus fuisset dicebat his qui insultabant ei. Tob. ij. Filij sanctorum sumus: ⁊ illam expectamus vitam quam deus daturus est his qui fidē suam nunq̄ mutant ab eo. Septem fratres insuper cum certi eēnt de anime immortalitate testificati sūt. ij. Machab. vij. Cum em̄ Antiochus contra fas cōpelleret eos carnes porcinas comedere: nec vellēt obedire: iussit sartagines ollas eneas succēdi: quibus statim succēsis iussit ei qui p̄ fuerat locutus amputari linguā: ⁊ cute capiti abstracta: ſūmas quoq̄ manus ei⁹ ⁊ pedes p̄cidi ceteris eiusdē fratribus ⁊ mr̄e inspicientibus. Et cū iam p oia inutilis factꝰ esset. iussit ignē ei admoueri. ⁊ adhuc spiranrē torreri in sartagine. In qua cū diu cruciaretur ceteri vna cū matre inuicē se hortabāt fortiter mori. d. Dñs deus in seruis suis ꝓlabit. Moritur ⁊ p̄mo scōs capit, ⁊ cute capiti ei⁹ cuꝫ capillis tractā interrogabāt si mādu caret priꝰ q̄ torqueretur p mēbra singula puniret. At ille rūdens patria voce dixit. Nō facia. Nō ideo: q̄ frater meus crudeliter ꝓsecutus est mortē negabo dñz. Propter q̄ ⁊ ille sequēti loco p̄mi tormēta suscepit, ⁊ in vltimo spū ꝓstitut⁹ sic ait. Tu q̄dē sceleſtissime in p̄ſenti vita nos p̄dis. ſ. rex mūdi defūctos nos p suis legib⁹ in eterne vite resurrectiōe suscitabit. Post hūc tertiꝰ illuditur: ⁊ linguam postulatus cito ptulit: ⁊ manus cōstanter ostendit ⁊ cū fiducia ait. E celo ista possideo: sed ꝓpter dei legē nunc hec ipa despicio. q̄ ab ipso me maiora recepturū spero. Ita vt rex: ⁊ q̄ cū ipo erāt mirarēt ado lescentis animū: q̄ quasi nihilū estimaret cruciatus. Et b̄ ita defuncto quartū vexabāt sili⁹ torquētes. Et cū iā eēt ad mortē sic ait. Potius est ab hoibus mortī datos spem expectare a deo: iteꝝ ab ipo resuscitādos. Tibi em̄ resurrectio nō erit ad vitā. Et cū eū amouissent q̄n tū vexabant. At ille respicies in eū dixit. Potestatē inter hoies hūs cū sis corruptibilis facis q̄ vis. Noli aūt putare genus nr̄m a deo esse derelictū. Tu aūt patienter sustine ⁊ videbis magnā potestatē ipsius: q̄liter te ⁊ semen tuū torqbit. Post hūc ducebant ⁊ sextū. Et is mori incipiēs, sic ait. Noli frustra errare. Nos em̄ ꝓpter nosmetipsos hec patimur peccātes in deū nostrū ⁊ digna admiratione facta sunt in nobis. Tu aūt patienter sustinet videbis magnā potestatē ipsius qualiter te ⁊ semen tuū torquebit. Post hūc duxerūt ⁊ septimū. q̄ fili mō aiose tormenta excepit. At mater p̄ns exist̄es morietibus filijs talia loquebaꝰ. Nescio qualiter in vtero meo apparuistis. Nec ei ego ſp̄m ⁊ aiam donaui vobis ⁊ vitā ⁊ singuloꝝ membra nō ego ipa compegi. sed mundi creator qui formauit hoīs natiuitatem: quiq̄ omniū inuenit ortū ginē. ⁊ ſp̄m vobis iteruꝫ cū misericordia reddet ⁊ vitam. Ad vltimum; cū ad adolescentioꝝ peruenissent dicebat. Fratres mei modico nūc doloꝛe sustētato sub testamēto vite eterne effecti sūt. Post quos oēs ⁊ mater cōsumpta est. Similiter ⁊ doctoꝛes' sancti anime imortalitatē testant. Primus nāq̄ est Aug. qui. xiiij. li. de trinit. c. iiij. ait. Anima habet mortē suam. cum vita beata careat. que vere anime vita dicenda est. Sed immortalis ideo nuncupat. qm̄ qualicunq̄ vita etiā vita miserrima nunq̄ desinit viuere. Et idez in libro de ſp̄ ⁊ aia dicit. Immortalis est aia ne a creatoꝛis sui similitudine discrepare videat. Non em̄ poterat esse imago ⁊ similitudo dei si vllo mortis termino clauderet. Et in lib. de ecclesiasticis dogmatib⁹ ait. Solum homine

UVA. BHSC. IyR_227

tuenimus habere aiaz subſtantiuã: q̃ exuta corpore viuit ⁊ ſenſus ſuos atq; ingenia viua citer tenet: nec cum corpore moriſ ſicut arabi aſſerũt: nec poſt modicũ interuallũ ſicut zeno quia ſubalr viuit. Et idem in encb. ⁊ ponitur xiij. q. ij. c. tempus. Tempus quod inter hois morte ⁊ vltimã reſurrectionẽ interpoſitũ eſt aias abditis receptaculis cõtinet, ſicut vna q̃q; digna eſt vel reqe vel erumna. p eo quod ſortita eſt in carne dũ viueret. ⁊ Greg. li. iij. dial. ſic loquiſ. Tres vitales ſpũs creauit om nipotẽs deus. Unum qui carne nõ tegit: nec cũ carne moriſ Aliũ qui carne tegit: ſed nõ cũ carne moriſ. Tertium qui carne tegit ⁊ cum carne moriſ. Primus eſt angelicus ſpiritus. Scõus eſt ſpũs humanus. Tertius eſt ſpũs iumentoz oĩmq; bruto animalium. hec ille. ⁊ Piero. ad bñdictũ eũdẽ reph̃dẽs de imoderato dolore p morte filie ſue dixit Charitatis tue ſcripta pcepi: in q̃b aim tuã dolore cõmotũ de filie dormitõne cognoui. Non aliud in te admiratus ſum ꝯ xpiani pectoris in te vtutẽ ablatã fuiſſe. Stupeo murũ fidei penetratum vulneribus orbitatis, quem ſopire deberat ſpes reſurrectionis ⁊ regni celeſtis. ⁊ Anaſtaſius papa. q. xiij. q. ij. c. hñt. ad idẽ ait. Habẽt forſitan illi iuſtã longi doloris excuſationem: qui vitã alterã neſciũt: q̃ de hoc ſeculo ad melius eſſe tranſitũ nõ confidunt. Nos aũt qui hoc credimus ⁊ docemus: contriſtari nimiũ de obeuntibus nõ debemus. Ut vt concludamus audiendus eſt xps. qui. t. c. Mat. dicit. Nolite timere eos qui occidũt corp⁹: animam aũt nõ poſſunt occidere. Sz potius eũz timete qui põt aiam ⁊ corp⁹ pdere in gehẽnã ⁊ Mat. v. Gaudete ⁊ exultate: quia merces veſtra copioſa eſt in celis. Mat. xxv. Jbũt hi in ſuppliciũ eternũ: iuſti aũt in vitã eternam. Omitto alioz teſtimonia ne lõgitudine ſermonum audientes tedium ſuſcipiant. Hoc tantũ addens q̃ oĩa q̃ ſcripta ſunt tam in vtroq; teſtamento ꝯ in libris doctoz eccliẽ hãc virtutem directe vel indirecte cõcludunt Tertiũ teſtimoniũ eſt theologoz q̃ in. ij. di. xix. multi pl'r aie immortalitatẽ defendũt. Eſt tñ huius veritatis inter ceteros defenſor acerrimus. d. Boñ. vbi. ã. ar. j. q. j. q̃ ait pmo q̃ ꝑſideremus aiam in cõparatione ad diuinaz iuſticiã: neẽe eſt illã eſſe immortalẽ. Ad dinã q̃ppe iuſticiã ſpectat: vt nihil quod bene ⁊ iuſte fit ꝛgat in malũ exitũ. Sed ſm oẽs ſapiẽtes ⁊ morales pbos: potius debet homo pati morte ꝯ recedere a vitate vite: ⁊ a veritate iuſtitie. Sed ſi oĩno pimerek aia: pime rek oĩs iuſticia q̃ eſt in ipa. ergo talis ꝓpoſitio q̃ eſt iuſta: ⁊ quam laudat oĩs rõ recta malũ haberet exitũ: quod eſt contra diuinã iuſticiã. Sedo ſi ꝑſiderem⁹ aiam in cõparatione ad ꝓpriã vtutẽ neceſſe eſt eam eſſe immortalẽ. Nam cuiuſlibet ſubſtantie corruptibilis opatio antiquaſ ⁊ ſene ſcit in tempe. Sed anime rõnalis opatio nec antiquaſ nec ſeneſcit in tempe. immo iuuene ſcit: quia in antiqs eſt ſapiẽtia. ⁊ in multo tẽpoze prudẽtia. Tertio ſi coſiderem⁹ aimã in comparatione ad ſuũ finẽ neceſſe eſt eam fieri immortalẽ. Nam finis imponit neceſſitatem his q̃ ſunt ad finẽ. Finis vo ipius aie eſt beatitudo. Si ergo btus eſſe nõ poteſt: q̃ bonũ quod habet põt amittere. Jgit neceſſe eſt aiam eſſe immortalẽ.

Qd aiam eſſe immortalẽ exemploz corruſcatione ꝓbatur. Capl'm III

Ertius modus ad oſtendendum aie t immortalitatẽ eſt exemplozum coruſcatio. Poſſum⁹ aũt ſubdiſtinguere tria exempla.

Primũ exemplũ oz apparitionis.
Scõm exemplũ oz exauditionis.
Tertiũ exemplũ oz defenſionis.

Primũ exẽplũ oz apparitiõis. Et ſi dicaſ quo põt aia appere cũ ſit iuiſibil⁹ ⁊ incorpea Dicim⁹ q̃ deo volẽte appareat aliq̃n aie in vigilia: ⁊ aliq̃n in ſomnis. De apparitõe i ſomnis nõ eſt dubiũ q̃ viſio illa eſt imaginaria q̃ fit ꝓ aliquã repñtationẽ alicui⁹ rei corpalis. Illa vo apparitio q̃ fit in vigilia ſic̃ appitio moyſi. Mat. xvij. in trãſfiguratõe ⁊ aiarum aliarũ. de q̃b⁹ dicẽ in ſequẽtib⁹ qualiter fiat difficile eſt aſſignare. Nã aliqui dicũt q̃ aia moyſi appuit ibi in ꝓpria corpe qõ aſſũpſit ad xps. Qõ videẽ tenere Aug. in li. de mirabilibus ſacre ſcpture. lib. iij. c. xiij. Sed dicit Tho. iij. pte. q. xlv. ar. iij. q̃ liber b falſe aſcribiẽ Aug. nõ q̃ ibi traduñ nõ ſunt autẽtica. Jtẽ alij dicũt q̃ aĩe pñt appere in alienis corporib⁹ aſſumptis ſicut apparẽt angeli. Recitat Dio. in epla ad Timotheũ qualr petrus et paul⁹ ſibi apparuerũt in hec verba. Attẽde miraculũ vide. pdigũ frar Timothee. Die ei victimatiõis eoz pſto ſui. Poſt mortem vo illoz vidi eos mutuo manu ad man⁹ itrãtes portas vrbis: ⁊ indutos veſte lumis ⁊ coloze claritatis ⁊ lucis ornatos. b ille. Jn legẽda iſti q̃ pauli narraſ q̃ cũ ipe ducẽr ad locũ paſſionis cuidã matrone plãtille ei⁹ diſcipule obuiauit. q̃ ſm Dio. alio noie lenobia nuncupabaſ

UVA. BHSC. IyR_227

Que sicus orationibus Pauli cōmendare se cepit. Cui paulus. Uade plantilla eterne salutis filia: cōmoda mihi velū quo caput tuū tegis: ⁊ illo oculos meos ligabo. ⁊ postmodum illō tibi restituā. Cū ergo ad locū passionis venisset, versus orientē manibus in celū extēsis deuotissime cū lachrymis prima vice orauit. Postmodū vt dicit Dionysiꝰ suis oculis imposito velo plātille extendit, collū ⁊ suscepit coronā. Et percutiente carnifice amputatum est caput pauli. Tunc beatissimus in ipo ictu explicauit velū: ⁊ collegit sanguinē ꝓpriū ⁊ ligauit eū ⁊ obuoluit ⁊ tradidit eū femīe. Et reuerso carnifice dixit ei Lenobia. Ubi dimisisti magistrū meū paulū? Rñdit. Cum socio iacet ibi extra vrbē in valle pugillū: ⁊ velo tuo velata est facies eius. Et ipa rñdens ait. Ecce nūc intrauerunt petrus ⁊ paulus induti veste p̄clara, ⁊ coronas fulgentes habebant in capitibus. Et ꝓtulit velū sanguine cruentatum ⁊ mōstrauit eis. Propter quod multi fuerunt ad xp̄m conuersi. Secundū exemplum. In legenda quoqꝫ pauli primi heremite legitur ꝙ beatus Antonius ille magnus vidit angelos animam pauli ad celos deferentes. Qui currens ad eius cellam inuenit eum genibus flexis ad modū orantis: ita vt viuere eū estimaret. Sꝫ cū mortuū didicisset: dixit. O sanctissima aīa qd̄ gerebas in vita. in morte mōstrasti. Sicqꝫ adiutorio duoꝝ leonū superuenientiū. ip̄m tradidit sepulture. Tertiū exemplū est de sancto Germano. de quo dicit Greg. ij. dialogoꝝ. ꝙ sanctus Bñdictꝰ longe a capuana ciuitate positꝰ: ipsius aīam in globo igneo ad celū ferri ab angelis aspexit. Quartum exemplū est de beato Francisco. de quo refert dñs Boñ. in legenda maiori: ꝙ illa hora qua obdormiuit: vnꝰ ex fratribꝰ vidit ipsius aīam sub specie stelle prefulgide in celū recto tramite sursum ferri. Minister quoqꝫ fratrū terre laboris: qui tūc erat frater Aug. vir vtiqꝫ sanctus ⁊ iustus in hora vltima positꝰ: cū iāpridē amisisset loq̄lā. audientibus q̄ astabāt subito clamauit ⁊ dixit. Expecta me pr̄. expecta me pr̄. Jam venio tecū. Querentibus aūt fratribus ⁊ admirantibus cur sic loqueretur. rñdit Nonne videtis patrē nostrū Franciscū q̄ vadit ad celū? Et statim sancta illa aīa migrās a carne patrē est secuta sanctissimū. Ep̄us insuper assisinus ad oratoriū sancti Michaelis in monte gargano nunc tp̄is peregrinatiōis causa perrexerat. Cui beatus Franciscus in nocte transitus sui apparens dixit. Ecce reliñ quo mundū: ⁊ vado ad celū. Mane igit surgēs ep̄s socijs narrauit q̄ viderat. Et assisiū rediēs cū sollicite requisisset certitudinaliter recognouit ꝙ ea hora qua sibi per visionem innotuit: beatus pater ex hoc mūdo migrauit.

Quintū exemplū est de beato martino. de quo refert beatus Seuerꝰ in suo dialogo: ꝙ btūs Seuerinus ep̄s coloniēsis dū die dñica cum suis clericis post matutinas loca sancta visitaret: illa hora qua vir beatus obijt: audiuit choꝝ canentiū in sublimi: dixit itaqꝫ suis Dñs meꝰ martinꝰ ep̄s migrauit ex h̄ mūdo: et nūc angeli canēdo deferūt eum in celum. Eodē q̄ꝫ tēpe Mediolani Ambrosius ep̄us erat. Cū aūt celebraret dñica die erat cōsuetudo vt veniens lector nihil legere p̄sumeret priusq̄ sanctꝰ pater nutu iussisset. Factuꝫ est aūt vt illa die dñica nullꝰ extaret qui lectionē beati Pauli legeret: qua btūs antistes super sanctū altare obdormiuit. Quē cum nullus excitare p̄sumeret transacto longo spacio excitauerūt eum dicētes. Jam hora preterijt. Rñdit beatus Ambrosius. Nolite turbari. Multū mihi valꝫ sic obdormisse. Quia tale miraculū dñs dignatus est ostēdere. Nā noueritꝭ fratrē meū martinū sacerdotē egressuꝫ fuisse de corpe. me aūt eius funeri obsequiuꝫ prestitisse. Tūc illi stupefacti diē ⁊ tp̄s notāt atqꝫ reperiūt sicut dixerat illis. Ambrosius. Sextū exemplū est sanctoꝝ Gernasij ⁊ Prothasij martyrū: quorū corpora inuenit btūs Ambrosius anno secūdo Theodosij mediolani. Nā sibi apparuerūt: ⁊ etiā cū eis apparuit paulus. ⁊ declarauerūt locum in quo sua corpa erāt recōdita. Que magna deuotione Ambrosius ad balicam fauste reposuit. Septimū exemplū est de inuētione corporis scti Stephani quod repertum fuit hierosolymis apparente Gamaliele presbytero cuidā Luciano. Et ne per singulos ire necesse sit. mlta visa sunt etiā post mortē de statu defunctoꝝ in quibus animarū immortalitas aptissime demonstrat. Scd̄m exemplū d̄r exauditionis. Si em̄ anime sanctoꝝ non viuerent in regno dei: quomodo possent homīes mūdi in suis petitionibꝰ exaudiri? Qd̄ aūt exaudiant patet de illis qui se v̄gini gloriose katherine Anthonio, alijsqꝫ sanctis cōmendant: quorū suffragijs a multis p̄iculis ⁊ aduersitatibus liberāt. In tempestate maris naufragiū patiētibus. in egritudine: varijsqꝫ angustijs laborātibꝰ quotiēs subuenit v̄go beata. Quid igitur referes tu o fili perditionis? Est n

UVA. BHSC. IyR_227

Scō apparet dignitas natiuitatis virginis rōne angelice nunciatōis. Fuit nanq̄ ab angelo Joachim ⁊ Anne modo qui sequitur annunciata. Ut em̄ scribitur in legenda natiuitatis. Cum Joachim aliq̄diu cum suis pastorib⁹ morē traxisset: quadā die ei soli angel⁹ cum ingenti claritate apparuit. ⁊ de ei⁹ visione turbatū ne timeret admonuit dicens. Ego sum āgel⁹ dñi missus ad te: vt annuncie tibi ꝓces tuas exaudītas esse: ⁊ elemosynas in cōspectu dñi ascendisse. Vidi em̄ pudorē tuum: ⁊ audiui sterilitatis opprobriuz nō recte tibi obiectum. peccati quippe non natureyltoz est deus. Et ideo cū alicuius uteruz clauditad hoc facit vt mirabilius denuo aperiat: ⁊ non libi/ dinis esse qō nascit: sed diuini fore munere cognoscatur. Prima gētis vestre mater sara nōne vsq̄ ad nonagesimū annuz sterilitatis opprobriuz ptulit: ⁊ tñ ysaac cui repromissa erat oīm gētiū benedictio generauit. Rachel etiā nōne diu sterilis fuit: ⁊ tñ ioseph genuit qui totius egypti dñium habuit. Quis fortior sanson: vel sanctior samuele: tñ hi ābo mres steriles habuerūt. Rōni igit̄ ⁊ exēplis crede dilatos diu conceptus ⁊ steriles ptus: mirabiliozes esse solere. Proinde Anna vxor tua pariet tibi filiā: ⁊ vocabis nomē ei⁹ mariā hec vt vouistis erit ab infantia dño ꝓsecrata et adhuc ex vtero mris sue spūssancto plena nec foris secus inter populares: sed in templo dñi semp morabit. Et sicut ex sterili mre ipa nascet: ita mirabil⁹ ex ea filius altissimi gñabit: cuius nomē erit ihesus ⁊ p eū oībus gentibus erit salus. Et tibi hoc signū. cū queneris ad aureā hierosolyme portā: Annaz vxorem tuam obuiaz habebis: que de tua tardatione modo sollicita. tūc in tuo cōspectu gaudebit. Dis dictis angelus ab eo discessit. Anna aūt cū amare fleret: ⁊ qnoq̄ vir suus tuisset signo raret: idem angelus sibi apparuit: et eadem que viro annūciauerat patefecit. addēs ꝙ p signo hierlm ad aureā portā pgeret. ⁊ ibides viro suo redeūti obuiaret. Igit̄ iuxta angeli ꝓceptum ambo sibiīnuicē obuiantes de mutua visione letati ⁊ de ple ꝓmissa securi: adorato dño redierūt diuinū ꝓmissum hilariter expectantes. Anna ergo cōcepit ⁊ filiam suo tempe peperit que vocata fuit maria. Tertio apparet dignitas natiuitatis ꝗgnis rōe reuelationis diuine. Post ꝙ em̄ in celū assumpta fuit dies natiuitatis eius aliquādo tēpe fideles latuit. Cōtingit ergo vt refert iohēs beleth ꝙ quidā vir sctūs sedule ꝺremplatōni insistens singulis annis sexto idus septēbris in oone ꝓfitus: locūdissimā angelor⁹ solēnitatem audiret in celo. Cuiq̄ deuotissime sibi reuelari peteret cur quolibet anno illa tñ die et non alia hoc audiret: diuinū accepit rñsus. ꝙ virgo gloriosa maria tali die mūdo fuisset nata. Et ideo hoc manifestaret filijs sancte ecclesie vt concordes fierēt in hac celebritate celesti curie. Cum ꝯo hoc summo pontifici ⁊ alijs intimasset hunc diem in honorē natiuitatis virginis celebrandū vniuersaliter statuere. Gaudeamus igit̄ ⁊ exultemus de tot amplissimis nobis oībus collatis donis. Nā virgo que nata est: salutē attulit mundo. Et vt inquit Aug. in sermone p̄cisum est in ea

UVA. BHSC. IyR_227

illud Eue ĩfelicitatis elogiũ, de quo dicit. In tristitia paries filios: quia ista in letitia dñm parturiuit. Eua em̃ luxit: ista exultauit. Eua lachrymas: maria gaudiũ in ventre portauit. quia illa peccatorẽ: ista edidit innocentez. Et iterũ in eodẽ sermone. Benedicta tu in mulieribus que vitam ⁊ viris ⁊ mulierib⁹ pepisti. Mater generis nostri penaz intulit mundo. genitrix dei nostri salutem attulit mũdo. Auctrix pctĩ eua: auctrix meriti maria. Eua occidendo obfuit: maria viuificando ꝓfuit. Percussit illa: sananit ista: que simꝫ cũ filio collaudetur in eternũ ⁊ in secula scl̃oꝝ. Amen.

In festo annũciacionis virginis marie.

Sermo III

Et imeas maria inuenisti em̃ gr̃az apud deũ. Luc. j.

Sacratissime solennitatis hodierne preconia digna laude ingenioli paruitatẽ deterrent: ⁊ inde oritur difficultas fandi vbi adest rõ nõ tacendi. Quia om̃s huius seculi hoĩes virginẽ deũ ⁊ hoĩem in vtero suo recipientez in hac die precipua reuerentia extollere debent. Quãobrẽ ⁊ loq̃ difficile ⁊ tacere videtur ingratũ. Uerũtamẽ sicut possum⁹ in meritis beatissime dñe considerantes sacratissime ãnũciationis sue mysteria enarremus. si quid ibi fuerit in dicendo diminutũ cõpatiet̃ ⁊ ip̃a fragilitati nostre. Audacter itaq̃ ad nostram deuotionẽ circa huius diei solennitatez dirigimus sermonẽ. Hec siquidem dies est in qua ꝓ humani generis salute dei filius virginalẽ ingressus est vterũ. Hec dies est in qua angeli leti facti exultauerũt in iubilo. Hec dies est in qua per vniuersum mũdum melliflui facti sunt celi. Quare vt possumus mẽtes nostras feruenti⁹ deuotioni subijciam⁹: quod vt meli⁹ ⁊ deuoti⁹ facere possim⁹: de hac bñdicta solẽnitate dicere statui: q̃ annũciatio virginis gl̃iose ab eccl̃ia uũcupat̃: eo ꝙ ip̃a v̄go inuenit hodie gr̃am. nõ solũ sibi: sed cũctis gẽtib⁹ sicut v̄ba ꝓposita dicũt. In quib⁹ de hac ãnũtiatõe aliquid loqui cupiẽtes: tria possumus mysteria cõtemplari.

Primũ d̃r missionis.
Scd̃m d̃r ãnũtiatõis.
Tertiũ d̃r ꝯsensionis.

Primũ mysteriũ ꝯtẽplandũ d̃r missionis. De quo Luc. j. d̃r. In mense sexto missus est angel⁹ gabriel a deo i ciuitatẽ galilee cui nomen nazareth: ad virginem desponsatã viro cui nomen erat Joseph de domo dauid: ⁊ nomẽ virginis maria. In q̃bus verbis lz multa possint ꝯsiderari: nihilominus causa breuitat̃ q̃nq̃ consideratões de hac missione poterũt notari.

Prima d̃r qñ
Scd̃a d̃r quis.
Tertia d̃r a quo.
Quarta d̃r ad quẽ locũ.
Quinta d̃r ad quã ꝑsonã.

Prima ꝯsideratio d̃r qñ. Uñ d̃r in euangelio. in mense sexto. ꝟm Nico. de lira. scz a cõceptu p̃cursoris: qr fuit ꝯcept⁹ in septẽbri circa finẽ mensis. Saluator añt circa finẽ martij. scz. xxv. die. ꝟm Berñ. Fuit aũt hic mensis cõueniẽs vt in eo filij dei fieret incarnatio propter tria.

Primo ꝓpt̃ nouitatẽ.
Scd̃o ꝓpt̃ delitiositatẽ.
Tertio ꝓpt̃ ꝯformitatẽ.

Primo fuit ꝯueniẽs hic mensis ꝓpt̃ nouitatẽ. Nam ait Isidor⁹. v. lib. etymol. ꝙ martius appellat̃ ꝓpt̃ martẽ romane gentis auctorẽ. ⁊ d̃r quasi mensis nouarũ. Cõueniẽter ergo tali tp̃e debuit ꝯcipi qui auctor est mũdi In cui⁹ ꝯceptiõe facta sũt a deo quattuor noua. Primũ nouum est angeli salutatio Unde Berñ. in sermone de ãnũtiatione dicit. Iniũgitur noua legatio angelo: ⁊ nouã virgo professa virtutẽ: noue salutatõis honorat̃ obseq̃o hec ille. ⁊ Hiero. in sermone de assumptione. Cogitis me ⁊c̃. Non simplex vel consueta fuit ista salutatio: ꝟ omni admiratione digna.

Secundũ. facta est noua sine viro virginalis cõceptio. Ideo Berñ. in quodã sermone de penth̃. ait. Substantial̃r vtero virgĩs elapsus de spũsctõ cõceptus est xp̃s. O noua miracula. Conceptus fuit sine pudore: part⁹ sine dolore: mater sine corruptõe. Tertiũ facta est noua tante maiestatis abbreuiatio. qr Berñ. super missus est: iquit. In ꝯceptu partuq̃ virginali noua ac mira ꝓfecto inspicit qui diligẽter inquirit. Porro ibi agnoscitur lõgitudo breuis: latitudo angusta: altitudo subdita. ⁊ Hieronym⁹ ad Pau. ⁊ Eustochiũ. Uere nouũ ⁊ oĩm nouitatũ supeminẽs nouitas virtutũ qñ deus quẽ ferre nõ poterat mũd⁹: neq̃ videre aliq̃s vt viuere possit: sic ĩgressus ẽ hospiciũ ventris vt corp̃ale claustruz nesciret: sic q̃ gestat⁹ vt totus de⁹ in eo esset. Quartũ facta est noua oĩs creature renouatio. Quippe oĩs creatura antiquata erat: ⁊ a ꝓprio vsu elongata: qr post primũ pctm̃ nulla creatura habuit vsum suũ debitũ. Facta est em̃ vt hoĩ

UVA. BHSC. IyR_227

seruiret existēti sine peccato ⁊ subdito deo, qñ ergo hō peccauit ⁊ tā mysterīū creaturarū renouatōis creatura debitou sua caruit. Nūc aūt est restituta, qz xp̄o hōi oīis creatura exhibebat suitutē ⁊c. ⁊ sic implet̄um est illud Apocal. xxi. Ecce noua facio oīa. Scōo fuit hic mensis cōueniēs ꝓpter delitōsitatē. Nā tpe veris ⁊ mense nouozū solent quedā flumina principalia inundare, vt phison ⁊ tigris. Sic modo flumina spiritualiū charismatum ⁊ donozū. Vñ Eccl. xxiiij. Ego sapia effudi flumina, s. gratie ⁊ scie. Ideo Isidor⁹, v, etymol. dicit. Ver dictū est qz viret. Tunc post hyemem vestitur tellus herbis. ⁊ floze cūcta replent. Et pbs dicit q̄ ver est pictoz tere. Isti⁹ tpi gr̄e cōuenit, post hyemē culpe ista aruit herba ⁊c. Tertio fuit hic mensis quiens ꝓpter ꝓfozmitatē. Tali em̄ mense vetus Adaz est de limo fozmatus, ⁊ in paradiso collocat⁹ ⁊ inde ꝓpter preuaricatiōnē expulsus. Tali ergo mense fieri debuit reparatio per nouum adā. Vñ ⁊ tunc est xp̄s incarnatus ⁊ in paradiso vteri v̄ginalis collocat⁹ vt multo meli⁹ oparet ⁊ custodiret illū. Eodē insup die quo vetus adā suos per lignuz damnauit. nouus adā eos per lignū reparauit. Dicit em̄ q̄ adā in mane creatus hoza nona peccauit. Ø adā vbi es: Ø adā ecce laz incarnatōe filij dei tua oīa mala finient. Scōa cōditio ōr quis. s. missus est. ⁊ ōr an elus gabriel. Quare autē per angelū facta sit ista salutatio: triplex ratio sumi potest.

Prima ex pte dei.

Scōa ex pte angeli.

Tertia ex pte v̄ginis.

Prima rō sumit ex parte dei vt seruaretur ordo quē ipe statuit: quo mediatrib⁹ angelis diuina hoīibus ministrant. Hec est regula Dionysij in libzo de angelica hierarchia. q̄ ait Dñicum benignitatis mysterīū angeli primū edocti sunt, postea per ipos ad nos cognitionis gr̄a transiuit. Scōm em̄ Isidozū. vij. etymol. Angeli grece vocāt: hebraice mala hoth latine vero nūcij interpretant. ab eo q̄ domini voluntatē ppl'is nūciant. Angelox autē vocabulum officij nomen est: ⁊ non nature. Sēper em̄ spūs sunt. sed cū mittunt vocant angeli: quibus ideo pictox licentia pennas facit vt celerē eox in cūctis discursū significet. Angelus ergo nūcius dicit: qz ad v̄ginē missus est ad annūciādū mysteriuz incarnatiōis filij dei. Sed contra hoc dici posset: qz quod supza dicit nō fuit ꝓgruz. Nā vt dicit Dionysius in libzo celestis hierarchie: supremis angelis fit reuelatio imediate a deo ꝓpter ipox dignitatē. Sz mf dei est sup oīes angelos exaltata ergo videf q̄ imediate a deo debuerit sibi annūciari incarnatiōis mysterīū. ⁊ non per angelū. Ad qō rñdet btūs Tho. iij. parte. q. xxx. ar. ij. ad. j. q̄ mf dei supioz erat quantū ad dignitatē ad quā diuinit⁹ eligebat. Sed quantū ad statum p̄sentis vite inferioz erat angelis: quia ipe christus ratione passibilis vite modico ab angelis minoz̄atus est: vt dicitur. Hebre. ij. Sed tamē quia christus fuit simul viator ⁊ comprehensoz: quantū ad cognitionem diuinozū nō indigebat ab āgelis instrui Sed mater dei non erat in statu comprehensozum: ideo de diuino conceptu per angelos instruenda erat. Et si adhuc obijciatur q̄ beata virgo ex lumine gratie ⁊ fidei cognoscebat dei filiū incarnandū: ⁊ credebat hoc fidelissime q̄ in vtero mīs fuerat scificata: ideo nō videtur q̄ tale mysterīū debebat ei per angelus reuelari. Ego dico q̄ lz fidē de mediatoze virgo habuerit ante annūciationē angeli: verum tamē ex humilitate cozdis sui nūq̄ cogitauit se ad tale mysterīū sublimandā. igit ante hoc debuit p̄mouerī. Scōa rō sumit ex parte angeli: vt ostenderet se iuuare humanā naturā ⁊ ei⁹ querere salutē. sicut diabolus impulerat ad p̄ditionē, ⁊ sicut p̄ma suggestio fuit a diabolo: sic ānūciatio saluatoris fieret ab āgelo. Et hāc rōnē posuit Beda i omelijs. Aptū humane restauratōis p̄incipiuz vt angelus a deo mitteref ad virginē partu consecrandaz diuino quia p̄ma perditōis hūane causa fuit cum serpens a diabolo mittebatur ad mulierē spū supbie decipēdā. Tertia rō sumitur ex pte virgis. Primovt ex tali nūcio mēs ei⁹ eleuaref in deū. ⁊ sic ardenti charitate flāmeseret: vt p̄ius per amozem eū ꝓciper mente q̄ corpe, vnde Augu. libzo de virginitate ait. Beatioz erat maria cōcipiendo fidē xp̄i: q̄ cōcipiendo carnē xp̄i. Et post subdit. Materna p̄oximitas nihil marie p̄ofuiss̄z nisi felicius christum corde q̄ carne gestasset. Secundo vt eius puritas ostenderetur. Ideo Piero. in ꝓmone de assumpt̄oe ad paulā ⁊ eustochium ait. Bene angelus ad virginē mittit: qz semp est angelis cognata virginitas. Tertio vt esset certioz testis huius sacramenti. quando super hoc sacramentum erat instructa. Dicebatur ergo nuncius angelus gabriel. Scōm Hieronymum hoc nomen gabriel potest multipliciter interpretari. Primo, virtus no-

UVA. BHSC. IyR_227

stra deus. Secūdo fortitudo dei. Tertio ꝯfor
tauit me deus. Quarto cōfirmatio dei. Mis-
sus est ergo angelus Gabriel: qꝛ virtute diui
na cōcepit virgo. nō humana. Secundo qꝛ di
uina fortitudo magis videtur connexa fuisse
in ista annūciatione q̄ in mūdi creatiōe. Plꝰ
em̄ distat deus a qualibꝫ creatura sua q̄ crea
tura a nihilo. Ideo dicitur in. c. damnamus.
extra de sum. trini. ⁊ fide catho. Inter creato
rem ⁊ creaturam non potest tanta dissimilitu
do notari. quin inter eos sit maior dissimilitu
do notanda. Plus ergo fuit facere hominem
deum q̄ producere de nihilo mundū. Tertio
angelus cōfortauit virginem. Quarto ꝑ eius
annunciationem confirmatum est cor virgi-
nis. Tertia consideratio dicit a quo. dicit
tex. euāgelij a deo. Sꝫ pie mens humana du
bitare potest cur nō statim post peccatū ope-
ratus est deus salutem humanā ⁊ carnem nō
assumpsit de virgine. Ad quod assignari pos-
sunt tres rationes. ꝟm Bonaueñ. in. iij. disti.
j. ar. ij. q. iiij.

Prima ꝓpter peccati punitionē.
Scda ꝓpter morbi curationē.
Tertia ꝓpter xp̄i honorationē.

Prima rō quare tantū distulit incarnari fi
lius dei dr̄ ꝓpter peccati punitionē. Nam in
hoc manifestat diuine vltionis seueritas: que
tantos clamores ⁊ luctus hominū tanto tpe
sustinuit anteq̄ vellet descēdere. ⁊ ipse adam
cū posteritate sua tanto tempore expectauit
in limbo exulans a paradiso: qꝛ diuina insti-
cia nihil inultū relinquit. Secūda ratio est
ꝓpter morbi curationē. Nam peccatuꝫ quod
homo cōmiserat ex superbia ꝓuenerat. Ideo
per humilitatē liberandum erat: quod fieri de
buit vt homo se infirmū agnosceret. ⁊ libera-
tore indigere. Unde glo. super. iij. c. ad Gala.
Magno cōsilio factū est. vt post hominis ca
sum nō ilico dei filius mitteretur. Reliquit
em̄ deus hominē prius in libertate arbitrij in
lege naturali. vt sic vires nature sue cognosce
ret. vbi cū deficeret legem accepit: qua data in
ualuit morbus: nō lege sed nature vitio: ⁊ ita
cognita infirmitate clamaret ad medicum: et
gratie quereret auxiliū. hec ibi. Per totū itaq̄
tp̄s illud quo venire distulit. cum multa humi
litate sancti patres ⁊ amici eius aduentū ipsi
us p̄cibus multiplicatis rogabant. Facta em̄
erat ipsis ꝓmissio de incarnatione filij dei. et
in fide mediatoris viuebant. Quisnam nō co
gitet Adam ⁊ Euā post peccatū cōmissum ad
penitētie lamēta se cōuertisse: qn̄ ecclesia san
ctos illos cōfitetur ⁊ ponit in numero electo-
rū qd̄ esse nō posset sine fide mediatoris. Ido
Aug. in libro de correctōe ⁊ gratia dicit. Illa
fides sana est: qua credimus nullū hominem
q̄tuncunq̄ parue etatis liberari a contagio-
ne mortis. ⁊ obligatione peccati. nisi per vnū
mediatorē dei ⁊ hominū iesum xp̄m. Potes
etiam rationabil'r credere q̄ primꝰ pater Adā
qui ita sapiens cōditus fuerat post lamentuꝫ
pnie ⁊ recognitionē salutis sue in iesu nascitu
ro de carne sua magna ⁊ mira reuerentia deū
coluit: ⁊ colendū generationi electoꝝ manda-
uit ad iesum in carne venturū. ⁊ ꝑ salute no-
stra moriturū ardentissimo suspirauit affectu
et alios docuit suspirare. Cum em̄ adā nōgen
tis ⁊ triginta annis vixerit. sicut ptꝫ Gen̄. v.
quāta putas documenta salutis de fide me-
diatoris dedit posteris. Quid Noe vir iustus
atq̄ perfectus fecit qn̄ innundāte diluuio sal
uum se recepit in arca. Quid Abraam pater
cui facta est de xp̄o repromissio. Quid moy-
ses legislator. Quid sancti patres ceteri om-
nes ⁊ ꝓphete. Nempe hi omnes agnouerunt
morbū suū. imo oīm hominū qui per xp̄m cu-
rari debebant. O quāti dū viuerēt in hoc secu
lo erant illoꝝ gemitus. o q̄ta suspiria. O q̄
vehementissima ⁊ ardētissima desideria post
mortē corporis huius. cū illum tenebrosum
limbuꝫ inhabitarēt. sperantes inde per xp̄m
reuocari ad lucē glorie per tot milia annorū.
O q̄ deuoti erant ipsoꝝ clamores. Ueni dice
bant veni ad liberandū nos dn̄e deus virtutū
Ostende faciē tuam ⁊ salui erimus. Sed pu
deat ex hoc deuotā aīam iam xp̄i morte redē-
ptam: ⁊ in suo sanguine lotā nō delectari ⁊ nō
quiescere in recepto munere. quod sancti pa-
tres ita volebant. vt nihil aliud viderent: nec
cupere nec velle. nisi solū sibi exiberi dilectum
iesum dei miseratiōe ꝓmissum. Un̄ Bern̄. ser
mone. ij. sup Can. ait. Ardorē desiderij patrū
suspirātiū xp̄i in carne p̄sentiā frequētissime
cogitans cōpungor: ⁊ cōfundor in memetipo
⁊ vix cōtinuo lachrymas. ita pudet corporis
miserabiliū temporꝝ horꝝ. Cui nanq̄ nostrum
tantū ingerat gaudiū gr̄e huius exhibitio: q̄
tum sanctis veteribus accēderit desideriū ꝓ
missoꝝ. hec ille. Patet itaq̄ nō incōueniēter
fore factū vt ꝓpter hominū humilitatē tarda
ret filius dei incarnationē suā. Tertia rō
q̄re tātū distulit incarnari filiꝰ dei ē ꝓpt̄ xp̄i
honorationē. Magna q̄ppe dignitas ⁊ vtili
tas erat v̄bi incarnati: q̄ vt merito vnusq̄sq̄
cognosceret ꝑ lōgā p̄conū seriē ꝯueniēs erat.

UVA. BHSC. IyR_227

Jdeo in glo. sup. iij. c. ad Gal. 0z. Quãto ma
ioz iudex veniebat, tanto pconum series lon
gioz pcedere debebat, hec ibi. Debuerunt ita
q̃ pcedere de illo incarnato verbo figure pro
phetie ꝛ alia que in veteri testamento relatu
digna sunt vt verbi incarnati excellentiã oẽs
aspicerent. Cũ ergo oia cõpleta essent dei cle
mentia humano generi subuenire nõ distulit
quinimo diffinito cõsilio angelum aduocauit
cui ambasiatam virgini exponẽdã imposuit,
dixitq̃ pater. Vade ad virginẽ illã immacu
latam, puraz ꝛ sanctã, qz illam in sponsam eli
go. Subiũxit filius. Et ego eam in meã ma
trẽ eligo, de cuius puritissimis sanguibus passi
bilem carnem assumã, Eroq̃ ei vnicus filius
ipsaq̃ mihi dilectissima mater. Spiritussanc
tus superadidit. Et ego inhabitatoz ero su⁹
gratiosissimus, ꝛ operatiõe mea virgo in eter
num cõcipiet filiũ. Quis dubitabit sine erro
re mirabili stupendaq̃ letitia exultasse cele
stes hierarchias ꝛ angelicos choros: qñ vide
bant totum mũdũ ad penitẽtiam in breui re
diturum p incarnatione filij. Si ipse gaudiũ
est sup vno peccatoze pniam agente, Letabã
tur ergo gaudebant ꝛ exultabant benedicen
tes deũ, O inquã gaudiũ suauissimum: que
per tot milia annoz in damnatione derelicta
fuerat humana natura, iam assumit in vnio
ne psone a filio dei quare angelus a dño mit
titur ad suam sponsam, cui tã sublimia sacra
menta referre deberet. Quarta cõsideratio
dicitur ad quẽ locum, quia in ciuitatem gali
lee cui nomẽ Nazareth. Donik hic nomen lo
ci ad denotandã certitudinẽ histozie ꝑm Ni
co. de lira. Jnsup vt adimpleret pphetia esa.
xj. que dicit. Egredik ẏga de radice ieſſe ꝛ flos
de radice eius ascẽdet. Ubi ꝑm veritatem he
braicã habek. Et Nazareus de radice ei⁹ ascẽ
det. Jste locus fuit cõueniẽs vt in eo annũcia
retur virgini diuinũ pposituꝫ, quia Nazareth
interpretatur flos. Et flozis est triplex condi
tio. que virgini cõperit.

Prima pulchritudo.
Scõa redolentia.
Tertia fructuositas.

Ponit has cõditiões deuotus Bernꝰ. in ser
mone de assumptiõe dicẽs. Cõmendãt flozes
pulchritudo: suauis redolẽtia, ꝛ spes fructus
gfa triplex. Prima ergo ꝺditio 0z pulchri
tudo, qz flozes sunt pulcherrimi. Sic ꝛ beata
ẏgo in oibus suis actiõibus ex pte corpis ꝛ
ex pte mẽtis. Uñ Cant. iij. 0z. Tota pulchra
es amica mea ꝛ macula nõ est in te. Sup que
verba Hugo de sctõ Uic. dicit. Pulchra i coz
pore pulchra in mẽte: corpe vnica ꝛ mẽte sin
cera. Scõa ꝺditio flozis est redolẽtia. ꝛ sua
uitas odozis. Sic ꝛ beata virgo suauissimuz
reddebat suarũ ẏtutuz odorẽ. Jdeo in ꝑson a
ei⁹ 0z Eccli. xxiiij. Jn plateis sicut cinamomũ
ꝛ balsamũ aromatizas odorẽ dedi: quasi myr
rha electa dedi suauitatẽ odoris. Fuit ꝺ odoz
beate virginis. exẽplaris ꝛ immaculata vita.
Uñ Amb. li. j. de virginitate ait. Ut virgula
fumi ex aromatib⁹ myrrhe ꝛ thuris. qz mul
ta erat repleta virtutũ odozibus. manans ex ea
fragrabat suauissimus odor etiã spiritib⁹ an
gelicis. ꝛ Hiero. ad Pau. ꝛ Eusto. in sermõe
de assumptiõe. Vere ortus delitiarũ beata vir
go. in quo cõsita sunt oia flozũ genera ꝛ odo
ramẽta a virtutum. Tertia cõditio flozis est
fructuositas. Sic ꝛ a virgie flozẽrissima fruct⁹
ille dulcissimus exiit iesus benedictus: per cu
ius gustũ omnes electi salui fiunt. Jdeo eccli
xxiij. dicit. Ego mater pulchre dilectiõis ꝛ ti
moris ꝛ magnitudinis ꝛ sctẽ spei. Jn me gra
tia omnis vie ꝛ veritatis: in me omnis spes
vite ꝛ virtutis. Transite ad me oẽs qui concu
piscitis me. ꝛ a generationibus meis implemi
ni. Spũs eñ me⁹ sup mel dulcis ꝛ hereditas
mea sup mel ꝛ fauũ. Ipsa virgo flos est cãpi
de qua 0zũ est ꝓciosum liliũ conuallium. p cui⁹
partũ mutatur natura, ꝓphoplastoꝝ. quo de
letur ꝛ culpa ꝑm Aug. in sermone de natiuita
te virginis. Quinta cõsideratio 0z ad quã
psonã: qz ad virginẽ desponsatã viro cui nomẽ
erat Joseph de domo Dauid: ꝛ nomẽ virginis
Maria. Jn quibus verbis tres huius sponse
cõditiones nominantur.

Prima 0z virginitas.
Scõa dicit⁹ societas.
Tertia 0z nobilitas.

Prima ꝺditio sponse ad quã angel⁹ mit
tit 0z virginitas. Erat eñ illa puella, que in
dei matrẽ eligebat virgo purissima. Cõgrue
bat eñ sic esse ꝑpter tria. ꝑm Tho. pte. iij. q.
xxvj. ar. j. Primo ꝑpter dignitatez patris
seruãdã. Cũ eñ xps sit verus deus nõ fuit cõ
ueniens vt aliũ patrẽ haberet q̃ deũ. ne di
gnitas trãsferret ad aliũ. Scõo ꝑpter pu
ritatẽ filij. Nã filius est ẏbã. Verbũ aũt abl
q̃ oi corruptiõe cordis ocipik. Quia ergo ca
ro xpi sic fuit de ẏgine assumpta vt eẽt caro
ẏbi dei. ꝺueniẽs fuit vt etiã ipe fine corrupti
one mris ꝺcipere. Tertio fuit ꝺueniẽs ꝓ
pter incarnatiõis finẽ. Nã ad hoc facta fuit
incarnatio, vt hoies trãsferrent in filios dei.

UVA. BHSC. IyR_227

Unde Joh. ſ. dicitur. Dedit eis poteſtatē filios dei fieri his qui credūt in noīe eius: q̄ non ex ſanguinib⁹ neq; ex voluntate carnis: neq; ex voluntate viri: ſed ex deo nati ſūt. Per carnē ſm Nico. de lira intelligit hic mulier Ben. ij Os ex oſſibus meis. caro de carne mea. q; femina parum participat de rōne reſpectu viri Filij ergo dei nō debebāt generari ex naturali voluntate carnis ⁊ viri. i. cognitōe maris ⁊ feminē. Ob quam cauſam xp̄us de virgine naſci debebat. Ideo Aug. in libro de virginitate ait Oportebat caput nr̄m inſigni miraculo ſm corp⁹ naſci de virgine. vt ſignificaret ſua membra ſm ſpm̄ de virgine naſcitura. hec Tho. iij parte. q. xxviij. Secūda cōditio ponē ad quā āgelus mittit ōr ſocietas q; virgo hec ſanctiſſima erat deſponſata viro. Quod triplici rōne ꝓuenīēter factū eſſe cognoſcim⁹. Prima rō ſumit ex parte xp̄i. vt ſcz genealogia eius cōſueto modo texeret per virū vt Ambr. dicit ſuper Luc. ij. vt part⁹ ei⁹ diabolo celaret ſm Piero. ⁊ Chryſo. ſup Matth. iij. vt puer natus a ioſeph nutriret. Unde ⁊ pater eius dictus eſt. q; nutritius eius fuit. Secūda rō ſumit ex parte mr̄is. vt ſcz liberaret ab infamia. ⁊ ne tanq̄ adultera lapidaret. ⁊ adiutoriū haberet a ioſeph ſanctiſſimo. vt dicit Hieronym⁹ ⁊ Ambr. Tertia rō ſumit ex parte nr̄i. Et prima eſt vt certius teſtimoniū habe remus ex xp̄o q; de virgine fuit natus. Unde dicit Ambr. ſup Luc. Locupletior teſtis pudoris marit⁹ adhibet qui poſſet delere iniurias ⁊ vindicare opprobriū ſi nō agnoſceret ſacramentū. Secunda fuit. quia cū ipa deſponſata eſſet ⁊ virgo. in ꝓſona ipius fil⁹ ꝓginitas ⁊ mr̄imoniū honoraret. cōtra hereticos alteri iſtoꝝ detrahētes. Tertia ꝓditio ſpōſe ad quā angel⁹ mittit ōr nobilitas. Propt̄ hoc ſubiūgitur de domo dauid. Ad oſtendēdū q̄ xp̄us deſcendit de domo ⁊ ſemīe dauid. ſicut fuerat per ꝓphetas ꝓdictū. Licet em̄ Joſeph nō fuerit pr̄ ſaluatoris. tm̄ virgo maria de qua xp̄us carnē aſſumpſit fuit de eadē tribu cuꝫ ioſeph Quod ꝓbat per hoc. q; mulieres in hereditate paterna ſuccedēres. nō poterant cōtrahere matrimoniū niſi cū viris de eadē tribu. ne fieret cōfuſio ſortiū. vt habet Numeri. xxxvj. Beata aūt virgo fuit vnica ioachim pr̄i ſui. ſuccedens ei in hereditate. Et quo ſequit q̄ ipa ⁊ ioſeph fuerunt ex eadē tribu. ſcz dauid Et quo aperte monſtrat nobilitas virginis Et q̄dē Matth. ſ. ponunt̄ ter quaterne generationes ad abrā uſq; ad xp̄m. in quibus deſcribit q̄ beata virgo fuit nata ex quattuordecim patriarchis: ⁊ quattuordecim regibus ſm q̄ dicit Nicola⁹ de lira. Et vt dicūt quidā hoc factuꝫ fuit vt q̄ nobiliſſima erat virtute ⁊ gratia: nobilis eſſet ⁊ progenie. Iſta fuit illa bn̄dicta virgo ad quā celeſtis nuncius e celo mittebat a deo q̄ iocundū nouū ſentiet in breui aia tua virgo benedicta. O q̄ mirabilē gratiā conſequeris o puella ſanctiſſima: que tantū apud deum meruiſti vt te ſolā eligeret: de qua pro ſalute mūdi aſſumeret: hūanā carnē: feſtinat itaq; āgelus ⁊ tota angelica natura letante fideliſſim⁹ nuncius ad virginē pperat.

Secundū myſteriū contemplandū dicitur annūciatio. Et de hoc ſubditur Ingreſſus āgelus ad eam dixit. Aue gr̄a plena dn̄s tecū: bn̄dicta tu in mulieribus. Que cū audiſſet turbata eſt in ſermone eius ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueniſti enim gr̄am apud deū. Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries filiū: ⁊ vocabis nomē eius ieſuꝫ. Hic erit magnus: ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dn̄s deus ſedē dauid pr̄is ſui: ⁊ regnabit in domo iacob in eternū: ⁊ regni eius non erit finis ⁊c. In quib⁹ verbis quinq; conſiderationes per ordinē ſunt declarande.

Prima ōr appitōis.
Scōa ōr occupatōis.
Tertia ōr ſalutatōis.
Quarta ōr cognitōis.
Quinta ōr ꝓfortatōis.

Prima ꝓſideratio ōr appitōis. quia dicit Ingreſſus angelus. Circa quod querunt doctores. An angelus ille apparere debuerit virgini viſione corpozali. Et reſpondetur q̄ ſic. ſm q̄ Chryſoſt. ait ſuper Matth. Et hoc ꝓgruū fuiſſe monſtrat triplici rōne.

Primo ppt̄ filitudinē.
Scōo ppt̄ magnitudinē.
Tertio ppt̄ certitudinē.

Prima rō fuit ppt̄ filitudinē. Quia id q̄ annunciabat erat incarnatio dei inuiſibilis. Unde cōueniēs fuit vt ad huius rei declarationem viſibilis creature formam aſſumeret in qua viſibiliter appareret: cū etiā oīs apparitiones veteris teſtamenti ad hanc ordinent: qua dei filius apparuit in carne. Secunda rō fuit ꝓpter magnitudinē. Quia hoc congruum fuit dignitati matris dei: que non ſolum in mente: ſed etiā in corpore ventre erat dei filiū receptura. Et iō nō ſolū mens eius: ſ

UVA. BHSC. IyR_227

etiaz sensus corporei erant angelica visiõe refouendi. Sed obijci põt ꝙ magis videret pertinere ad dignitatẽ virginis: si angelꝰ ei apparuisset visione intellectuali tantũ. Nã vt inqt Aug. xij. super Gen. dignior est itellectualis visio q̃ corporalis. ⁊ precipue ipi angelo magis cõueniẽs. Nam visione intellectuali videtur angelus in sua substantia. Uisione aũt corporali videt in assumpta figura corporea. Sed sicut ad annũciandũ cõceptum diuinum decebat venire summũ nunciũ: ita videt ꝙ etiam decuerit esse summũ genus visionis: ergo videt ꝙ angelus debuerit apparere visione intellectuali. Ad hoc rñdet beatus Tho. iij. pte. q. xxx. ꝙ intellectualis visio ẽ potior q̃ imaginaria vel corporalis: si sit sola. Sz Aug. dicit ꝙ est excellẽtior ꝓphetia que hz intellectualem ⁊ imaginariã visionẽ: q̃ illa que hz alteram tm̃. Beata igit virgo nõ solũ percepit visionẽ corpalẽ in angeli apparitõe: sed etiaz intellectualẽ illuminationẽ. vnde apparitio nobilior fuit. Fuisset tñ nobilior si ipm angeluz intellectuali visione in sua substantia vidisset sed hoc nõ patitur status viatoris: vt angeluz per essentiam videat. Tertia ratio fuit ꝓpter certitudinẽ. Conueniebat in hoc certitudini eius ꝙ ãnuciabant ea que imaginamur Propter ista Augustinus in quodam sermone qui legitur in festo annũciationis sic introducit loquentẽ beatam virginem. Audite fratres: audite mariam nobiscum loquentẽ: carne absentẽ: spiritu presentẽ: verecundia v̄ginitatis vultũ auertentem a collocutione ⁊ indicantẽ: quomodo impregnata sit a creatore. Eram inquit Maria in domo mea puella iudea. Dauid regis stirpe generata. Adulta facta sum ⁊ desponsata. Desponsata sum ꝯiugi. ⁊ placui alteri: nõ interueniẽte adulterio: ꝫ interueniente spũsancto. Desponsata sum hom̃i iudeo ⁊ placui altissimo deo. Desponsauit me vir iudeus: ⁊ adamauit me christꝰ deus. Ignorauit Joseph sponsus meus ꝙ adamasset deus meus ⁊ putauit ꝙ de adulterio impregnatus esset venter meus. Nam ignorante ioseph sponso meo: venit ad me quidam paranimphus xp̃i: non patriarcha primus aut ꝓpheta egregius: ꝫ Gabriel archangelus. facie rutilans: veste coruscans: gressu mirabilis: qui visitauit: salutauit: ⁊ grauidauit me. hec ille.

Secunda consideratio dicitur occupatõis Propter quod subditur. Ad eam. Sed quid facientem. Ad quid occupatam. Quid ve agẽtem exercitij. Nam vt doctores dicunt igressus est ad eam.

Primo orantem.

Scdo suspirantem.

Tertio lachrymãtẽ.

Primo est ingressus angelus ad eã orantẽ qꝛ illa hora orationi ardẽtissime inuigilabat. Unde Bern. super missus est inquit. Quo ingressus. In secreto cubiculo. vbi clauso sup se ostio orabat patrem in abscondito. Si em̃ cõceptio p̃curforis fuit denunciata patri preoccupato in sacrificio: multo ꝓbabilius est ꝙ cõceptio saluatoris fuerit denũciata virgini in oratione ⁊ deuotõe actualiter existenti. Secundo ingressus est ad eam suspirantẽ. Nam totus impetus sanctificationis prime impellebat mẽtẽ huius sacratissime virginis ad desideriũ incarnationis filij dei ⁊ salutis omnium electorũ. Unde omnes virtutes mẽtis sue in id quod postea in ea factũ fuit. toto conatu precedebant. Hec em̃ fuit felix clausula totiꝰ expectationis ⁊ desiderij ⁊ postulationis aduentus boni iesu: in qua omnia desideria sanctorũ patrum precedentiũ ꝯsummari ⁊ terminari videntur. Propter qd oĩno est inexpressibile nobis illud feruidũ desideriũ: ⁊ orationis virtuose suspiriũ quo suspirabat ad deuz vt filium suũ mittere dignaret ad nostraz assumẽdam naturam. Non credas autẽ ꝙ ad ipsum recipiendũ in carne sua reputaret se dignam: qꝛ gr̃a sãctificationis. que eam om̃i virtute repleuit. sic a principio ip̃am mentem virginis in oim virtutum radice: scz sancta humilitate inabyssauit ꝓfundo: ꝙ sicut nulla post filiuz creatura tantũ ascẽdit in dignitate gratie: sic nulla creatura eam transcẽdit in humilitatẽ ꝑfectissime recognitione. Nec alicui pure creature datum est in via tantum gustare: nihilũ esse: nec tantũ se annihilare sub volito maiestatis diuine. Propter quod nõ mirum si oratio talis humilitatis nõ solum penetrabat nubes: sed etiam omnes angelicas cohortes: et cõtinue sistebat ante acceptabilissimũ consistorium sanctissime trinitatis. In ipsa ergo hora annunciationis cum suspirijs multis filium dei: vt ad incarnandum veniret: depcabat. Tertio ingressus est angelus ad eaz lachrymantẽ pre deuotione. pre dulcedine quã coincidebat cum cogitabat deum hominibus adeo fore ꝓpitium ꝙ ꝓ eis carnem assumeret. Lachrymantez insuper pre cõpassione totius humani generis sauciati ⁊ vulnerati: et captiuati sub iugo tenebrarum. O si vidisses virginem paulo ante aduentuz angeli in hac

UVA. BHSC. IyR_227

oratione feruida: forte ꝛ cor tuū mollires dulcedine deuotiois. Erat quidem ipsa vt puto in hac ofone pius solito feruētissima: mentali eleuationi intētissima: ꝛ diligētissima ad perscrutāda deuote mysteria incarnatiois. Tūc humilr corde deuoto plangentibus oculis et vultu ad celestia eleuato dicebat ad deuz. O clemētissime dñe deus rex regum. q̄ bonitate tua mūdū creasti de nihilo: ꝛ post angelos homine ad tuā imaginē formatū dñz cōstituisti creaturarū. vt tibi seruiret. vt te diligeret: tibiq̄ in oībus obtemperaret. Adhibere ei iam perdito ꝓpter peccatū: mihere bonitate tua: mihere clemētia ꝛ charitate tua. Aperi oculos et descēde. Jam tot annoꝝ millia pcurrerūt. ex quo sancti patres ꝛ ꝓphete patriarchez amici tui in tenebris habitant expectātes lumen tuū. Veni obsecro pater benignissime. veni et ne respicias pctā hoim. Descēde de celis verus deus: verū lumē: gaudiū: solatiū: dulcedo tā cōsolatio afflictoꝝ. O si oculis ꝓpijs tam grā de mysteriū aspicerem. O q̄tum letarer cum deū in carne viderez. O q̄tum sancti patres gaudium susciperēt. Rumpe moras creator optime. ꝛ veni ad liberandū nos. In huiusmodi meditationib⁹ occupata: angelum lumine refulgentē cōspexit. O maria quid expectas Quid queris? Quid plozas? Ecce iam in brevi pficiēt in te quod dictuz est a dño. Ecce angelus ad te venit nunciare salutem mundi.

Tertia ꝓsideratio dicit salutationis. Et de hoc subdit. Dixit scz angelus ad eā. Ave gratia plena dominus tecū benedicta tu in mulieribus. In qua salutatione triplex virginis cellentia notatur.

Prima ōz nature.
Scōa gratie.
Tertia glozie.

Prima excellentia virginis q̄ in hac salutatione notat ōz nature. Oō quidē triplici mō demonstrat. Primo modo Ave. i. sine ve. hoc est triplici ve. cui subiacet totū femineū genꝰ scz ve pudozis labozis ꝛ dolozis. Ipsa autem fuit sine ve pudozis in cōceptione. Sine ve labozis in gestatiōe. Sine ve dolozis in parturitione. Nam teste Bern. fuit sine cozruptiōe fecunda: sine grauatiōe grauida: sine dolore puerpera. Ratio aūt quare fuit sine ve pudozis est: quia eius conceptus fuit sine cozruptione non humano semine: sed mystico spiramine. Soli em̄ principi porta illa seruata est: quam non violauit egrediens: sicut mystice ponitur Ezech. xliij. Hac triplici maledictione nulla mulier immunis natura fuit: nisi sola virgo benedicta. Unde Eue Ben. iij. dictū est mulieri plicabo erumnas tuas ꝛ cōceptus tuos pareres in dolore filios tuos. Secundo in virgine p aue excellentia nature demōstrat: q̄ ab alio triplici ve immunis fuit scz cōcupiscētie culpe ꝛ pene de quo Apoc. viij. Aquila clamabat. Ve ve ve habitantibus in terra. Fuit ergo beata virgo sine primo ve erumne concupiscentie peccati originalis: quia sine eo cōcepta est. Cāticoꝝ. iij. Tota pulchra es amica mea ꝛ macula nō est in te. Aut in ea omis fuit extincta per spūssancti sanctificationē. Un̄ ps. Sanctificauit tabernaculū suū altissim⁹. id est beatam v̄ginem in qua nouem mensib⁹ habitauit. Secundo fuit sine ve culpe ꝛ venialis ꝛ mortalis. Unde Augu. in lib. de natura ꝛ gratia. Cum de culpa agit nullam de matre domini volo fieri questionez. Tertio fuit sine ve pene. que scilicet est in separatōe anime a corpe: que est inciēratio ꝛ cozpozis dissolutio. Nam sicut dominus non dedit sanctum suum videre cozruptionez. i. x̄pm sic nec sanctam suam de qua natus est sanctus: sed corpe ꝛ anima in celo assumpta est. Tertō insup modo per aue virginee nature excellentia demōstrat: quia scilicet fuit sine alio triplici ve. De quo. i. Joh. c. ij. ōz. Omne quod est in mūdo cōcupiscentia carnis est: ꝛ cōcupiscētia oculoꝝ: ꝛ superbia vite. Auariciam nanq̄ cōclusit p paupertatē: luxuriā p virginitatem diabolū v̄o. i. superbiā per humilitatē: q̄ has v̄tutes in se perfectissime habuit. Scōa excellētia v̄ginis que in hac salutatiōe declarat dicit gratie. Et de hac subdit. Gratia plena. Et vere plena. q̄ vt Hiero. inq̄t ad Paulā ꝛ Eustochiū. Ceteris p pres prestat. Marie vero totam se infudit gratie plenitudo Quid nam explicet etiam multis sermonibus gratiam virginis benedicte? O armarium spūs sancti. o arca domini. o virgo gloziosa q̄d maius dici potest matre dei? quid tale quidue eq̄le. Tertia excelentia dicit glozie: cum subditur. Dominus tecū. Dominus em̄ est pater dñs filius: dñs spūsanctus. Tecū dñs pater quia tu es sponsa patris. Tecum dñs filius: quia tu es mater filij. Tecū dñs spūssanctus: quia camera spūssancti comprobaris. Et tamen nō tres dñi incarnati in te: sed vnus est dñs scz filius incarnatus: quia verbum caro factum est. Ideo benedicta tu in mulieribus id est a mulieribus vel super omnes mulieres que benedicent in te. sicut mater in filio.

UVA. BHSC. IyR_227

Nam sicut Aug. dicit in sermone de natiuitate ẋ̄ginis. Auctrix peccati Eua. Auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit. Maria viuificādo pfuit. Percussit illa sanauit ista: hec ille. ☙ ꝙ benedicta. Jdeo benedicēda est virgo ista dignissima benedictionibus replēs humanū genus. Quarta consideratio ꝺr cognitiōis. Et de hac adiungit. Que cū audisset turbata est in ꝺmone eius. ⁊ cogitabat qualis esset ista salutatio. Jn q̄b⁹ ẋ̄bis triplex act⁹ honestissimus ẋ̄ginis gloriose denotat.

Primus ꝺr auditionis.
Scōus turbationis.
Tertius cogitationis.

Primus actus ad quē virgo dignissima cō mota est fuit auditionis: q̄ attentissime audiuit nunciū summi dei dulcissime illā salutātē. ac magnificatiōe benedicentē. Quid audis o ẋ̄go pissima? Quid refertur ab angelo? Quid cor tuum facit cum sanctis angelicā vocē. Scōs actus fuit turbatiōis. Quia turbata est. nō turbatione incredulitatis: sicut za charias. sed turbatione admiratiōis. sicut Nicolaus de lira dicit. Nam beata virgo solita erat videre angelos. ⁊ ideo de apparitione angeli nō fuit mirata. i. turbata. ß de salutatiōe insolita: q̄ nihil mirabilius est vere h̄ūli ꝙ sua exaltatio. Et ideo cū beata virgo esset humilima: audiēs salutatiōez tāte excellētie turbata est in sermone. nō in apparitione. Tertius actus ẋ̄ginis benedicte fuit cogitatiōis. Nam vultu verecundo cepit cogitare mysterium ⁊ pudētissime ponderare. Quinta consideratio dicit confortatiōis de qua subinfertur. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas maria. inuenisti em̄ gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filiū ⁊ vocabis nomē ei⁹ ihesus Hic erit magnus ⁊ filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs deus sedē Dauid patris eius ⁊ regnabit in domo iacob in eternum. ⁊ regni eius non erit finis. Jn quibus verbis triplex nouum angelus nunciauit.

Primū ꝺr cōceptiōis.
Scōm ꝺr nominatiōis.
Tertiū ꝺr magnificatiōis.

Primū nouū fuit cōceptionis. ☙ Maria inquit angelus. Noli timere de salutatōe. i. in solita. Jnuenisti em̄ gr̄am apud deum nō solū p se. sed p toto humano genere. Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries filiū. Secundū nouū fuit nominationis. Et vocabis inquit nomē eius iesum. ꝺm Nicolaū de lira non dicitur imponēs. q̄ hoc nomē non fuit impositum a Maria vel ab angelo sed a deo patre. ꝺm ꝙ fuerat ꝑdictum ab esaia ꝓpheta. lxij. c. Vocabit tibi nomen nouū: quod os dñi nominauit. Sed istud nomen fuit diuulgatū per angelū ipsi Marie et Joseph: ⁊ per eos alijs. Nomē etiam impositum est ꝺm ꝓpietatē futuram. q̄ salus humani generis erat futura per x̄pm. Jesus em̄ salus interp̄tatur ꝺm Hiero. Tertiū nouū fuit magnificationis. q̄ dixit hic erit magn⁹ Semper em̄ fuit magn⁹ deus. sed futur⁹ erat magnus homo ⁊ magnus ꝓpheta. sicut Luce. vij. dicit. Prophet a magnus surrexit in nobis. Et filius altissimi vocabit. i. ipsius dei q̄ solus est altissimus. Homo em̄ altus est inter creaturas corporales, sed angelus altior. deo autē altissimus. Jsta em̄ filiatio ꝺm Nicolaus de lira accipitur hic per naturam. Jn omnib⁹ autem alijs ☩ tuncunq̄ sanctis est tantū filiatio dei per adoptionē. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris eius. Sed contra ꝺm ꝑz per hoc quod dicit Hiere. xxij. de Jechonia rege Juda. Scribe virum istum sterilem, Nec erit de semine eius qui sedeat super thronū Dauid. Beata autem virgo maria de qua natus est iesus descendit de Jechonia. vt pater Matthei. j. q̄ ponitur in x̄pi genealogia. ergo tē. Ad quod dicendū ꝺm Nicolaū de lira. ꝙ hieremias loquit de regno temporali ipsius Dauid. Jn quo null⁹ postea regnauit de semine Jechonie. Et aliqui alij qui susceperūt regis nomen in Judea ante Herodē ascalonitam. nō fuerūt de tribu regia. sed de tribu sacerdotali. X̄ps etiam qui descendit de Jechonia ꝺm carnem per virginē Mariā nō sedit super thronū Dauid. loquēdo de temporali regno. Jmmo istō negauit cora Pilato dicens Joh. xviij. Regnum meū nō est de hoc mūdo. Tamen. potestatem accepit post resurrectionem etiam inq̄tum homo super omnē creaturam. ꝺm ꝙ ipse dicit Matthei. xxviij. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. Nam inq̄tum deus non accepit aliquam potestatem de nouo siue in tempore. Angel⁹ autem hic loquitur de regno spirituali ⁊ celesti: quod figuratum fuit per regnum Dauid temporale: sicut ⁊ celestis hierusalem per temporalē. Unde ⁊ subditur. Et regnabit in domo Jacob in eternum. scz super electos. De domo etiam Abraam ⁊ Jsaac aliqui fuerunt reprobati: sicut hismael ⁊ Esau. De domo autē Jacob omnes eius filij a sanctis doctoribus inter electos sunt computati. quia etsi aliqui peccauerunt egerunt postea penitentiam. hec

UVA. BHSC. IyR_227

Nico. de lira. Et regni eius nō erit finis. quia xp̄s nō solū inq̄tum deus. s̄ etiā inquātū hō regnabit in eternū sup oēs. etiā sup angelos Quid est hoc o v̄go regia quod tibi angelus loquit̄. Vere nouū. qd̄ alij tot annis expectauerūt sancti p̄res ⁊ electi dei sentire. Quō in his v̄bis immutat̄ cor tuū o v̄go. Audi obsecro anima mea. qr celestis nuncius ex pte dei virgini declarat salutē mūdi p sui filij ꝯceptionē futurā. Quid fecisti o puella? Quid fecisti vt deū inclinares ad tuū sanctū amorem? Ecce angelus ex parte summe trinitatis tibi reuelat te in matrem illius assumendā: quem pauloante vt descenderet deuotissima rogabas. Satisfactuz est iam petitioni tue. O virgo sacratissima en saluator mundi tuum ad habitandum requirit vterū v̄ginalē. Fecit ille quod postulabas: fac ⁊ tu etiā quod ip̄e querit. Querit te in matrem. Querit de te carnē accipere Sed non sine causa rem tam grandē adhuc ponderas virgo pia. Idcirco ad tertiū mysterium procedamus.

Tertium mysterium contemplandum d̄r ꝯsensionis. Pro q̄ addit̄ in euangelio. Dixit autez materia ad angelum. Quō fiet istd̄ qm̄ virū nō cognosco? Et rn̄dēs angelus dixit ei. Spūssctūs supueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; ⁊ qd̄ nascetur ex te sanctum: vocabit̄ filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi q̄ vocat̄ sterilis. qr non erit impossibile apud deum omne v̄bū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dn̄i: fiat mihi s̄m verbū tuū. In quibus v̄bis quinq; ꝯsiderationes erunt notande.

Prima dicitur virginitatis amplexio.
Secunda dicitur spiritussancti cooperatio
Tertia dicitur exempli admiratio.
Quarta dicitur humilis responsio.
Quinta dicitur verbi dei incarnatio.

Prima consideratio dicit̄ virginitatis amplexio. Mira siquidez deuotione gloriosa virgo amplexabatur virginitatis decorem. Qd̄ probari potest tripliciter.

Primo ex suo proposito.
Secundo ex suo voto.
Tertio ex sua confirmatione.

Primo inquam patet ex suo ꝓposito. Dicit magr̄ senten. in. iiij. di. xxx. ⁊ confirmatur per Aug. xxvij. q. ij. c. beata maria. Beata maria ꝓposuit se obseruaturā votum v̄ginitatis in corde: sed ip̄m v̄ginitatis votū non expressit in ore. Subiecit se diuine dispositioni dum ꝓposuit se obseruaturā v̄ginitatē: nisi deus aliter ei reuelaret. Nec sic faciendo fecit ꝯ legem Deut. vij. Nō erit apud te sterilis vtriusq; sexus. qr ip̄a in hac vice nō simpl'r v̄ginitatem vouit: sed sub cōditione si deo placuerit. Secundo pz ex suo voto. Nam accepto spōso ioseph sanctissimo: ⁊ cognoscēs dn̄i voluntatez simul cum viro verbis expressis virginitatem vouit. sicut patet in predicto ca. beata maria. Et id confirmat̄ p Aug. in li. de virginitate: qui ait. Annuncianti angelo maria respōdet. Quomō fiet istud qm̄ virum non cognosco? Qd̄ ꝓfecto non diceret: nisi virginitatez deo ante vouisset. Tertio pz ex sua cōfirmatione: qn̄ angelo dicebat. Qm̄ virum non cognosco. i. nō cognoscere propono. Diligebat itaq; virginitatem virgo: ⁊ modū diligenter interrogabat de suo cenceptu. Secunda consideratio dicitur spiritussancti cooperatio. Nam vt audiuit angelus responsum virginis: letus retulit ei. Spiritussanctus ⁊ c̄. In qua relatione tria virgini promisit.

Primo spiritussancti superuentionem.
Secundo filij humanationem.
Tertio eiusdem filij sanctificationem.

Primo ꝓmisit v̄gini spūssancti supuentionem: qn̄ dixit. Spūssanctus superueniet in te id est nō cōcipies humano modo sed diuino: qr nō v̄tute seminis virilis: s̄ v̄tute spūssancti. Et bene dixit. supueniet in te: qr prius venerat sup v̄ginem adhuc in vtero matris existentem: ip̄am a peccato originali preseruādo vel s̄m alios purgando. Sed in conceptione filij dei supuenit spūssanctus. i. iterum venit ad confirmanduz ⁊ conferendū maiorem gr̄e plenitudinē: qui nō solū sanctificauit mentez sed etiam ventrē. Nec ꝓpter hoc dicēdum est xp̄m esse filium spūssancti duplici ratōne s̄m Bon̄. in. iij. di. iiij. Primo propter vitandū errorē circa generationē temporalē. Qr cum s̄m illam dicatur xp̄s conceptus de virgine ⁊ spūsancto. si diceret̄ spūssanctus eius pater: sicut v̄go eius mater. iam videret̄ xp̄us ex h̄ natus ex materia ⁊ spūsancto. sicut nascit̄ ꝓles ex muliere ⁊ viro. Et quidem hoc falsum est. quia proles partē accipit a patre: ⁊ partē accipit a matre. in qua assimulat̄ p̄ri ⁊ matri in eadem natura ⁊ forma. Et hoc nō est reperire in xp̄o q̄tum ad eius conceptionē: immo soli matri assimilat̄ in natura assumpta. Ido non debet admitti xp̄m esse filium spūssancti sed solius v̄ginis matris. ad manifestādam ⁊ confirmandam veritatem ⁊ proprietatem

UVA. BHSC. IyR_227

temporalis generationis. Secunda rõ sumit ex parte generationis eterne. ne scz confusio fiat eternarum relationum ⁊ ꝓprietatũ. Unũ cum ꝓprium sit ꝑsone patris generare respectu persone filij. nullatenus admittitur xp̃m esse filium spũssancti. in quo nõ est alia ꝑsona vl' hypostasis q̃ illa quaz ab eterno pater genuit. Secundo angelus promisit virgini filij humanationem cũ dixit. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. i. dei filius. qui est dei patris ⁊ sapiẽtia ⁊ virtus. vt dicit. i. Cor. p̃mo. Obumbrabit tibi. quia sub vmbra carnis latebit virtus diuinitatis. Tertio promisit ei filij sanctificationez. d. Ideoq; ⁊ quod nascet ex te sanctũ. vocabit filius dei. Scd̃m Nico. de lira. dicit sanctũ absolute absq; determinatione. quia n̄ dixisset sanctus deus: vel sanctꝰ homo. vel aliquid ꝯsimile. nõ exp̃ssisset sanctitatem eius complete: qz in eo est sanctitas diuina ⁊ humana. ⁊ quicq̃d sanctitatis potest cogitari in quacũq; creatura. eminentius est in xp̃o. Ideo d̃r sanctũ absq; determinatione. ⁊ vocabit inquit filius dei. Accelera v̄go responsum. ⁊ expedias nuntium. Expectat eniz adhuc cum modestia ⁊ audit attente. Non interrumpit verba angeli: sed illa suscipit cum multa reuerentia. Tertia consideratio dicitur exempli admiratio. Angelus enim vt virginẽ clarius informaret exẽplũ sibi ꝓposuit. Quod fuit efficacissimum triplici ratione.

Primo ratione claritatis.
Secundo ratione fecunditatis.
Tertio ratione possibilitatis.

Primo fuit exempluz illud efficacissimum rõne claritatis: quia nõ erat obscurũ nõ de ꝑsona incognita: nec extranea seu ꝑegrina: s̄ de ꝑsona notissima ⁊ cõiuncta. Ecce inquit eliza beth cognata tua. Secundo fuit efficacissimũ rõne fecunditatis. Mirum quippe videtur si sterilis concipiat: sed multo maius si cõcipiat in senectute. Propterea dixit angelꝰ. Ipsa cõcepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi. s. mensi in quo ip̃a concepit: que vocatur sterilis. Quia eius sterilitas sic erat nota: vt vocaretur sterilis. Tertio fuit efficacissimũ rõne possibilitatis. Cũ em̃ sit maius virginem concipere q̃ sterilẽ: ideo angelus inducit rõnis efficaciam ex dei omnipotẽtia: quia non erit impossibile apud deum omne verbuz qui dixit ⁊ facta sunt. Quarta consideratio fuit humilis respõsio. Dixit aũt maria ad angelum. Ecce ancilla dñi. Fiat mihi s̄m verbũ tuum. Que responsio fuit gratissima.

Primo deo.
Secundo angelis.
Tertio hominibus.

Primo fuit hec respõsio gratissima deo: q̃ ad suũ vterũ descendere statim dignatus est. Et quẽ celi ⁊ terra cape non poterant verbis istis. Maria clausit in suo ventre. O incogitabilis v̄tus marie v̄ginis. o ineffabilis clementia creatoris. o incõprehẽsibilis altitudo mysterioꝝ dei. Una mulier hebrea fecit inuasionẽ in domo regis eterni. Una puella vt sic dicam diuinã sapiam circunuenit. vt ꝓpterea de ea cõquerit deus di. Cant. iiij. Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa. vulnerasti cor meũ in vno oculoꝝ tuoruz. ⁊ in vno crine colli tui. Ubi glo. Pro amore tuo carnem assumpsi: et vulneribus p̃mis in cruce vulnerasti cor meũ. Nam primogenita filij sui fuit: plusq; pro ea redimẽda in mũdũ venit. q̃ ꝓ omni alia creatura. Ex v̄ginis ergo carne deꝰ summã altitudinem vestiuit humilitate: summas delitias vestiuit penalitate: summã opulentiã vestiuit pauꝑtate: summã lucẽ vestiuit tenebris: summum honorez vestiuit opprobrijs: summum amabile vestiuit flagellis. Quid plura? Hodie virgo sacratissima. di. Congratulamini mihi omnes qui diligitis dñm: q̃a cum essez ꝑuula placui altissimo. Placuit certe: q̃a dixit. Ecce ancilla dñi. Non dixit ecce regina. ecce mater sed ecce ancilla. O humillima virginis oblatio q̃ se in ancillã dei totã obseq̃osaz reddebat

Scd̃o fuit hec rñsio gratissima angelis: q̃ v̄gineũ ꝯsensum expectabãt. Quisnã explicet quãto gaudio sint repleti. cũ iã v̄ginẽ audiebant. d. Ecce ancilla dñi. Letabant quidẽ iocundabant ⁊ exultabant. Tertio fuit h̄ rñsio gratissima hoĩbus quibus ꝑ Mariam salus mittebat a dño. O Adam. O Eua parentes generis humani. O Abraã. o Isaac. o Jacob o Esaia. o Hieremia. o sancti patriarche ⁊ ꝓphete. Dicite mihi q̃so dicite cum v̄go locuta est v̄ba salutis nostre: sensistis ne aliquid aut audiuistis. Puto em̃ q̃ angeli ad vos descendentes voce amena dixerunt. Gaudete p̃res sancti. quia hodie puella vna illa quam in ꝓphetijs ⁊ figuris pronunciastis a domino requisita responsum prebuit. Ecce ancilla domini. ⁊ iam incarnatum est in ea verbuz diuinũ. Puto etiam claritatis insolite radium eis apparuisse. nunc se retrahendo. nunc se reddendo. O qualis fuit ⁊ q̃ magna iubilatio tunc illorum qui sedebãt in tenebris ⁊ vmbra mortis. Quinta consideratio dicitur v̄bi diuini

UVA. BHSC. IyR_227

incarnatio. Scōm em̄ Jobez Dama. post vir
ginē ꝓfensum facta sunt tria simul ⁊ semel.
Primum corporis xp̄i organizatio.
Scōm anime ipsius xp̄i creatio.
Tertiū corpis ⁊ aīe xp̄i cū diuinitate vnio.
Assumpsit em̄ verbū totū hoiem ⁊ nō p̄ī
corp⁹ q̄ aiam. sed simul vt docet magist̄r in
tertio dist. iiij. Ex qua vnione de⁹ homo fact⁹
est in vtero virginis. ⁊ virgo facta mater dei.
Nō dicere stupeo. certe nec dicere valeo aut
exprimere rem tāz grandē. Quid factū est in
te o virgo gloriosa. cum sensisti tuum vterum
tali filio decoratū? O quanta fuit tunc oīum
tuoꝝ sensuū interioꝝ ⁊ exterioꝝ mutatio. Il
lū certe habebas qui in celis cū patre regna
bat. Illū tenebas qui simul cum patre spiritū
sanctū inspirabat. Securi iam sum⁹ ⁊ ampli⁹
non desperabim⁹. Tuua nos virgo pissima. ⁊
ad tuū filiū pro nobis porrige preces. vt nob
gr̄am suā largiri dignet̄ qua valeam⁹ tua cog
noscere bñficia. ⁊ tibi possim⁹ ac filio in hac
die gr̄as condignas referre. qui humilē se tibi
dedit. q̄ est bñdict⁹ in secula seculoꝝ. Amen.

spineam crucēq; sustinuit. Et nos miseri ad nostram confusionē vno sermone fatigamur vno verbo deijcimur, hec ille. Quare procuremus feruēter: vt acquiramus patiētiam: per quam deus largiet nobis hic gratiā: ⁊ i futuro sempiternā gloriā: in qua est benedictus ꝑ eterna seculorū secula. Amen.

De predestinatorum numero et damnatorum. Sermo. XI

Multi sūt vocati pauci vero electi. Matth. xx. c. Verba q̄ reuerentijs vestris sunt proposita dilectissimi in christo iesu: sunt ipsius dñi iesu, que si homines vani attēte pensarēt ac subtiliter discuterent: timēdi deū causam haberēt. Quid em̄ potest tanta efficacia timorē incutere. q̄ prefata verba ore veritatis infallibilis prolata cōsiderare? Quis em̄ nō paueret: q̄s nō obstupesceret. q̄ videret suū regē populos sibi subiectos om̄es sine defectu coram se aduocantem: ⁊ ex tanta multitudine paucos ad gloriā eligentē: reliquos aūt in cōfusiōe ignomina ⁊ tormēto relinquētē. O quāt⁹ timor. o quātus fletus. o quātus gemitus tales cōprehēderet. Sed nūc insania hominū putat contrariū. Nam si sigillatim om̄es interrogētur infideles an sint electi ad salutē: quasi omnes dicerent sumus. Similiter etiā iudei idē dicerent. Verū quid de xp̄ianis loquar: quoꝝ fides est verissima. Nōne ⁊ ipsi etiā in omnibus malis viuentes, tamē credūt se misericordiam dei consecuturos? Interroga queso singulos in omni sexu: ⁊ in omni etate conditōe gradu ac dignitate: neminē fere inuenies etiā si in malo ꝑseueret. qui se nō putet electū. Et hoc euenit partim: quia ignorant lumē veritatis partim quia proprij amoris fallacia decipiunt: partim deniq;: quia diabolica suggestione fallunt. Naz plerūq; etiā fatui se sapiētes existimāt: ⁊ qui claros nō habent oculos vmbram interdum pro veritate percipiunt: ⁊ sepe somniantes. putant se vigilare ⁊ esse vera que somniant. Sic multis vocatis a deo eueniet qui nunc credunt se saluari ⁊ damnabuntur. quia dicit saluator. Multi sunt vocati pauci vero electi. Nonne vides in omnib⁹ rebus exempluz, quia illud quod est deterius plus abundat, vt in fine sermonis dicet. Sed nunc cape exemplum in piscatorib⁹. quia vt plurimum plus imundicie: ⁊ piscium inutiliū in rete capiunt q̄ sint boni pisces. Hoc confirmat diuina auctoritas Matthei, xiij. Simile est regnum celoꝝ sagene misse in mare vsq; ibi. in caminū ignis. Ecce q̄ boni ponūt in vasis quasi in modico loco morātes ꝓpter paucitatē: sed mali ꝓijciunt in littus maris ꝓpter multitudinē. O pctōr cōuertere ⁊ considera quid significet. Multi sunt vocati ⁊c. Sed lz xp̄us neq̄at mentiri, tamen quia eius sacratissima dicta ab ignorātibus male itellecta sepenumero errore decipiunt. Ideo ꝓ luculētiori thematis nostri declaratōne tria in hoc sermone notabimus.

Primū d̄r oppositio.
Scd̄m d̄r declaratio.
Tertium d̄r confirmatio.

Cape p̄mū quod est oppositio. Quidā em̄ vident opponere q̄ nō pauci sed multi sunt electi, ⁊ hoc triplici oppositione ꝓbare videntur.

Prima d̄r inclinationis.
Scd̄a d̄r reuelationis.
Tertia d̄r predestinationis.

Prima oppositio d̄r inclinatiōis: ⁊ est talis. Omnia que sunt inclinant ad agendum ꝟm bonitatē sue nature, loquēdo naturaliter. vt pz in creaturis insensibilib⁹ ⁊ sensibilibus que magis q̄ nos sequunt nature sue inclinationē. Unde pb̄s. iiij. ethi. ait. Unusquisq; dirigit opera sua ꝟm optimū eorū que sunt in ipso. ⁊ Boet. in. iiij. de consol. ꝓsa. iiij. inquit. Agit em̄ cuiusq; natura: quod ꝓprium est ei diffinire. Ergo est deus cui⁹ esse est ꝑfectissimum: inclinat a bonitate sue nature vt agat ꝟm eā. Nā si alia agunt hoc a fortiori deus. Hoc patet. ij. Meth. vbi d̄r. Quod ē cā alioꝝ vt sint talia illud maxime est tale: exemplo ignis qui cū sit causa calefaciēdi aquam. arguit q̄ sit maxime calidus. Ergo cum deus sit causa vt alia agant ꝟm inclinationem sue nature: ip̄e debet agere ꝟm suaz: imo magis quia teste Proculo: q̄ dicit de causis auctor. Quicq̄d potest cā scd̄a: potest causa p̄ma nobiliori ⁊ altiori modo. ⁊ cōmētator. ij. meth. ait. Prima cā est mag̃ digna i esse ⁊ v̄tute q̄ oīa alia entia: qr oīa alia entia acq̄rūt esse et v̄tutē a p̄ma. Sz q̄ ē inclīatio nāe dei? Mīa Hinc d̄r in p̄s. Apud dñm mīa. ⁊ co. apd̄ eū re. ⁊. xxvj. q. vij. c. alligāt. ⁊ allegat d̄ pe. di. j. c. mltiplex mīa. vbi d̄r. Mīe dñi nec mēsurā possum⁹ imponere: nec t ꝑa diffinire. Ecce q̄ inclinat ad miserēdū ꝟm nāz. ꝗ dz plurib⁹ miseri, ⁊ ꝯñter pl'es eligere q̄ dānare. Verū rñdere q̄s poterit q̄ etiā de⁹ iclinat ꝑ nāz facere iusticiā. Cōcedo. ꝟ tñ magis iclinat ad

UVA. BHSC. IyR_227

miser icordiā testante Jaco. ij. sue can. vbi ait. Superexalt at aūt mia iudicium. Et de pe. dist. j. c. quia diuinitatis: t sunt verba. Diero. vbi dicit. Qz diuinitatis natura clemēs est t pia magis ad indulgētiā q̄ ad vindictā prona q̄ nullatenus vult mortem peccatoris: ſi vt magis cōuertat t viuat. Ergo plurib⁹ miseretur Secūda oppositio dicit reuelatiōis. Arguendo nanq̄ pro talibus. dico q̄ plures saluent. q̄ i diuis scripturis inuenit q̄ plures saluāt Nam oēs electi significantur in promissiōib⁹ factis ad Abraaz a deo: sicut sancta mater ecclesia canit, Signifer sanctus Michael repraesenter eas in lucem sanctam quā olim abrae promisisti t semini eius. Sed semen electorum est amplissimū. Nam Geñ. xij. dixit de⁹ abrae Egredere de terra tua t de cognatiōe tua, et de domo patris tui. t intulit. d, Faciam te crescere in gentē magnā. Itē. xiij. c. d. Faciā semē tuū sicut puluerē terre: quē t si homo potest numerare. semē quoq̄ tuū numerare poterit Et. xv. anteq̄ Abraam filium haberet educens eum foras dixit. Suspice celū. t numera stellas si potes. t dixit ei, Sic erit semē tuum Ecce quot sūt electi significati in semie Abrae Hinc Job. xxv. d. Numq̄d est numerus militū illi⁹. quasi. d. Non. Et dauid inducit xp̄m patri. d. Dinumerabo eos: t sup arenam multiplicabuntur. Similiter iobes Apoc. vij. hoc testatur. d, Audini numerum signatoꝝ. cxliij. milia signati. ex omni tribu filiozuꝝ israel. Ex tribu iuda. xij. milia signati. vsq̄ ibi stātes añ thronū dei. Ecce quāta est electoꝝ multitudo Propterea doctores sancti in suis opinionibus licet sint varie tamen ostendunt multos saluandos. Magister nanq̄ sniarum in. ij. di. f. dicit hominem esse factuꝫ inter alias causas pro restauratiōe nature angelice. Unde t in di. ix. allegat Greg. di. Superna illa ciuitas ex angelis t hoibus constat. ad quā credimus tantos humani generis ascendere. quātos illic cōtingit angelos remāsisse. sicut scriptum est. Statuit terminos populoꝝ iuxta numerū angeloꝝ. Et hoc exponit ipse magister dicens. Non iuxta numerū eoꝝ qui ceciderūt: homines ad beatitudinē admittuntur: sed eoꝝ qui remāserunt. Ergo iuxta hanc opinionē cum sint angeli pene innumerabiles sequit q̄ tot erunt hoies q̄ saluabunt. Nam de angelis 9z Danielis. vij. Milia milliū ministrabāt ei. t decies cētena milia assistebant ei Itē idē magister in p̄fata di. ponit aliā opinionē que est. Aug. xxij. li. de ciui. dei. c. j. d. De mortali pgenie meritoſiu ſtecq̄ 9 dānata tantū ppl'm ppter gr̄am suam colligit. vt inde supleat t restauret partē q̄ lapsa est angeloꝝ: ac sic illa dilecta ac supna ciuitas nō fraudetur: suoꝝ numero ciuiū: q̄netiā fortassis 7 vberioze letef. Itē ibidē ponit aliā opinionē dicens: q̄ solū ruine angelice p xp̄gines restaurabunt. de ceteris aūt hoibus sunt tot saluādi: quot sunt āgeli q̄ remāserūt. c. Est t alia opi. Boñ. in. ij. di. ix. quevide ē oibus verior. Ait enī q̄ cū sint noue angeloꝝ ordines: debent ad ipos hoies assumi p meritoꝝ ditōe et ideo nō tm̄ assument ad ipos xp̄gines: q̄netiā t multi alij: cū etiā multi corrupti carne in merito multis xp̄ginib⁹ p̄ferunt. sicut pt̄z in beata maria magdalena: t Petro apl̄o. q̄ multis xp̄ginibus vtriusq̄ sexus p̄feruntur. Preterea dicit q̄ mlti dū fuerūt in hac vita nō fuerūt tāti meritiyt possent assumi ad angeloꝝ ordines, qui tm̄ saluati sunt merito passionis xp̄i. t de ipsis fiet decimus ordo. sicut olim fuit figuratum tpe Ezechie regis Jude quādo adeo impetrauit ne morere⁊: tunc sol in signū exauditionis p decē gradus q̄s descēderat retrocessit in horologio Achaz. sicut patet. iiij. Reg. xx. Sic xp̄s sol iusticie noues relictis angeloꝝ ordinibus: ad decimū generis humani faciendū descēdit. Et similit̄ iste decim⁹ ordo signat⁹ est in decima dracma. Lu. xv. quā mulier. i. diuia charitas amissaz requisiuit domū. i. humanā naturā passione subuertens. Ecce quot istis opinionibus preſupponunt saluandi. Numera eos si potes. ergo nō sunt pauci vocati siue electi. Tertia oppositio 9z p̄destinationis. Et arguitur sic Aut deus p̄destinauit oēs: aut partem. Si oēs: ergo oēs saluabunt: quia p̄destinatio ē ozigo t fundamentū humane saluā. vt colligit di. xl. p̄mi sen. et. xxiij. q. iij. c. Nabuchodonosoz. Preterea arguit. De⁹ est immutabil⁊ si ergo oēs p̄destinauit: oēs saluabit. q⁊ eius volūtas nō p̄t mutari. iuxt illud quod 9z de reg. iur. li. vj. Q̄d semel placuit amplⁱ⁹ displi cere nō p̄t. Si aūt dicis q̄ nō oēs p̄destinauit. sed partē. t ego quero quare nō oēs. Et pbaſ q̄ nō sit verū. Primo si fic eēt. videret q̄ deus eē t p̄sonarum acceptor: t hoc negat scriptura. Unde Act. x. Petrus ait. Jn veritate cōperi. q⁊ nō est p̄sonarū acceptor deus. Itē. xxiij. q. iij. c. sicut excellentiā. et de cōse. di. iij. c. nec quēq̄. t. ex de pben. c. venerabil dicit. Non generis sed vtutū nobilitas vite q̄ hōestas gtū deo facit t idoneū fuitorē.

UVA. BHSC. IyR_227

ad cuius regimen non multos ſm carnem no biles ⁊ potentes elegit: ſed ignobiles ac pau peres, eo q̄ nō eſt perſonarum acceptio apud ipſum. Etiam ſcribitur Rom. ij. c. Non eſt p ſonarum acceptio apud deū, ⁊ Sap. vj. Equa liter eſt ei cura de oībus. ⁊ Matth. v. Solem ſuū oriri facit ſup bonos ⁊ malos. Scōo p baf: qz oēs ad penitētiā vocat. ſicut dicit apo ſtolus. j. Timo. ij. q̄ deus vult oēs hoies ſal uos fieri. Vult ergo oēs. ⁊ non partē. Vñ idē apl̄us Ro. viij. ait. Scimus qm̄ diligentibus deū oia cooperant in bonū: his q̄ ſm ꝓpoſitū vocati ſunt ſcti. Nā quos preſciuit ⁊ predeſti nauit ꝓformes fieri imagis filij ſui: vt ſit ipe primogenit⁹ in multis fratribus. Quos aūt predeſtinauit: hos ⁊ vocauit ⁊ quos vocauit: hos ⁊ iuſtificauit, ⁊ quos iuſtificauit. illos ⁊ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si de⁹ p nobis q̄s ꝓtra nos? Qui etiā ꝓpio filio ſuo non pepercit. ſed p nobis oībus tradidit illū. Quō non etiā cū illo oia nobis donauit. Sed voluntas dei eſt infallibilis, qz oia que cunq; voluit fecit. Nec pōt impediri. Ad Ro. ix. Voluntati eius quis reſiſtit? ergo, ⁊c.

Ecūdū myſteriū ōz declaratio. Ne er
s go in erroze mens parū intelligentiū pmaneat. ex pfatis videbim⁹ tres de claraciones ꝓtra tres p̄dictas oppoſitiones.

Prima eſt contra inclinationem.

Secunda contra reuelationem.

Tertia contra predeſtinationem.

Prima eſt ꝓtra inclinationē. Dicebaf q̄ de us debebat plures ſaluare q̄ damnare, qz ei⁹ natura magis inclinata eſt ad miſerendū q̄ punīēdū. Rūdeo q̄ verū eſt q̄tū ad effectū ⁊ nō q̄tū ad naturā: qz nō eſt differēs in natu ra, ꝑ tū nō ſequif q̄ ppōea oēs vel plures ſal uent. qz regula illa intelligif ſtātib⁹ terminis ipi⁹ nature. Verū nāq; eſt q̄ de⁹ ſaluaret oēs ſiue multos: ſi ipi ſe ad ſalutē diſponerēt. ſed qz nō ſe diſponūt. iō natura nō ſaluanf. Ptz hoc exemplo multiplici. Naz abus naturali ter hz prebere nutrimentū ſed tū nō prebet in illo qui nō habet digeſtionē. Lumē habet illu minare. ſed tamē nō illuminat cecoz oculos. Medicina habet ſanitati diſponere: ſed non diſponit mozituros, ⁊ hoc nō eſt ex culpa acti uoz: ſed ex defectu paſſiuoz. qz nō ſunt diſpo ſiti. Unde hoc idē ꝓfirmat p̄bus. ij. de anima dicēs. Act⁹ actiuoz ſunt in patiente bñ diſpo ſito. Sic dico q̄ dei natura licet de ſe ſit incli nata omnibus miſereri: tamē non omnibus miſereſ. quia non ſe diſponūt ad ſuſceptionē ipſius. Hinc auctor de cauſis ait. Prima cau ſa ⁊ ſuptoz ſemp eſt ſine varietate: ſed cauſe ſecunde nō recipiunt virtutē prime niſi ſm at tingentiā. ergo non valet argumentū. Se cunda declaratio eſt contra reuelationē. Naz dicebaf q̄ plures ex reuelatione demonſtrāf ſaluari q̄ damnari. Reſpondeo q̄ de electis eſt loqui dupliciter. ſcz abſolute ⁊ reſpectiue ſi ue comparatiue. Primo modo electoꝝ eſt maxima multitudo. Nōne tibi videtur multi tot prophete: tot martyres: tot confeſſores: tot virgines: tot continentes ⁊ caſti. Et ſic ha bent intelligi ille auctoritates doctoꝝq; opi nones. Secūdo modo in comparatione ſiue comparatiue loquēdo: dico q̄ electi ſunt pau ciſſimi. Si em̄ boni malis comparentur pau ciſſimi inuenienf. Nā ſi q̄s ex magno monte arenarū vel ex littoze maris ſumeret pugillū arene. arena illa grandis diceretur abſolute quia grana ibi contenta eſſent infinita: ſed cō parando ad illa que ſunt in mōte ſiue in lit toze maris dicerenf pauca. Sic eſt de electis nā multi ſunt abſolute: ſed in cōparatione dā natoz pauci. ⁊ ideo deus abſolute loquendo dixit ad Abraam q̄ ſemen ſuum multiplica ret ſicut paluerem, ⁊ ſicut ſtellas celi. Et in cō parationē loquendo fuit dictum Deut. xxxiij. Ecce omnes electi in manu dei ſunt. quaſi di cat. Electi tam pauci ſunt vt poſſint manu te neri. Hinc Sap. iij. ōz Juſtoꝝ anime in ma nu dei ſunt. Et ſic patet ſecunda declaratio.

Tertia declaratio eſt ꝓtra predeſtinationē vbi dicebatur q̄ aut deus oēs elegit vel prede ſtinauit: aut partez. Et ſi omnes ergo omnes erant ſaluandi: ⁊ ſi partē hoc erat falſū: tum quia non eſt perſonarum acceptor: tum etiam quia vult omnes homines ſaluos fieri. Re ſpondeo dicendum q̄ non omnes predeſtina uit. Nam predeſtinatio eſt tantum bonozum Unde magiſter in. iij. diſt. xl. ait. Predeſtina tio eſt gratie ꝓparatio qua elegit quos vo luit ante mundi conſtitutionē. Sed dices er go eſt perſonarum acceptor. ⁊ q̄ non omnes vocauit vt dicit Apl̄us. Dico q̄ nō ſequitur. Nam ipſe ex hoc non acceptat perſonas ſed merita: ⁊ damnat demerita. Et ideo non om nes predeſtinauit: quia preuidit quoſdam in peccato duraturos: illos aūt tantuz predeſti nauit quos benefactoꝝ precognouit. Unde xxiij. q. iij. c. Nabuchodonoſoz. Augu. ait. Ut res obedientie nō ideo cuipiā ſubtrahit: qz eū nō predeſtinauit. Sed ideo eū nō predeſtina uit: quia receſſurum ab ipſa obedientia preui

UVA. BHSC. IyR_227

dit. Et infra ōz. Quia prescīti sunt casuri: non sunt p̄destinati. essent aūt p̄destinati si essent reuersuri. Ecce ergo q̄ deus nō considerat in p̄destinatione psonas: sed merita. Qō autem dicebaſ ſm aplm q̄ deus vult oēs homines saluos fieri ꝛc. Rūdeo ſm doc. ꝛ maxime ſm Joh. Dama. ꝛ Aller. de hal. q̄ in deo dicit esse duplex volūtas. nō respectu volēt. ſ respectu voliti. Una ōz antecedēs siue absoluta, altera cōsequens siue cōditionata. Volūtas antecedens est qua vult deus omnibus misereri. et vult oēs saluari. Vocat em̄ cuz ista ad pniam omnes. sez iudeos. paganos. saracenos. ꝛ q̄s cunq; pctōres clamaq; ad vitam eternam.

Sed ista nō sequit effectū suum ꝓpter rebellionē liberi arbitrij nostri. Clamat deus volo te saluare anima mea. Et liberum arbitrium pctōrū rūdet. Nolo exēplū de rege q̄ preciuz solut p̄ liberatione suoz ciuiū. ꝛ parat naues vt in patriā eos reducat a captiuitate. ꝛ oēs a vinculis vult liberare ac soluere. Sed quidā eoz ꝓtemnunt. Ecce q̄ saraceni iudei. ꝛ ceteri obstinati pctōres nolunt exire de carcere infidelitatis ꝛ male voluntatis. Sed tamen deꝰ preciuz p̄ oibus solut redemptionis ꝛ oibus vult misereri. Unde apostolus Deꝰ. v. Factꝰ est oibus obtemperātibus sibi cā salutis eterne. Et de absoluta voluntate dicit idem aplꝰ i. Ti. ij. Hoc bonū est ꝛ acceptū cozā saluatore nr̄o deo: qui vult omnes hoies saluos fieri ꝛ ad agnitionē veritatis venire. qui dedit redemptionem semetip̄m p̄ omnibus. Alia voluntas ōz ꝓsequens siue cōditionata. Et ſm istam voluntatē nō vult oēs homines saluare. qz hec est cū cōditione diuine iusticie. Vult em̄ illos saluare qui gradiunt per semitā mādatorum suorum. ꝛ damnare eos qui ambulant per vias nō bonas nisi retrahant pedem Exemplū de rege qui suos ciues diligit ꝛ omnibus salutem optat ꝛ q̄ q̄ velit omnes saluos esse. tamē vult quosdā qui nephanda cō miserunt supplicijs tradere. Sic est de deo.

Sed dicit aliquis. Nolo aliquid boni agere: quia si suꝫ p̄destinatus oīno saluabor. si vero non oīno damnabor. Tace stulte. quia deꝰ ita te p̄destinauit q̄ tamē vult te laborare vt saluetis. Unde magr̄ in. j. di. xl. ait. Predestinatio est salus ex inductione meritoz. Et. xxiij. q. iij. c. obtineri. ōz. Ipsa quoq; pennis regni p̄destinatio. ita est ab oīpotenti deo dispōsita vt ad hoc electi nō nisi labore puenianꝫ: quatenus laborando mereanꝫ accipere: quod eis omps deus ab eterno dispōsuit dare. Itez ꝓpterea non damnaberis. quia sicut speculator ostendens viam bonam transeuntibus ꝛ ne malā viam que est a finistris teneant. non est causa vt in ea incidant in latrones. Sic deus p̄ predestinationē nō est causa damnationis alicuius. Nam stultus esset ille qui nihil cibi vel medicie sumere veller. dicēs. Si debeo mori moriar: ꝛ si viuere viuaz. Unde Aug. xxiij. q. iij. c. Nabuchodonosoꝛ ait. Uasis ire nūq̄ deus redderet interitū. si non spontaneū inueniretur homo habere pctm̄. Quia nec deꝰ peccanti homini iuste inferret irā: si homo ex predestinatione dei cecidisset in culpaz. Et idem eodē. c. §. Non ergo. ait. Non ergo necessitatē facit correctionis vel obdurationis diuina p̄destinatio siue prescientia. cum boni per gratiam corripiantur libero arbitrio mali pereāt ꝛc. Hoc satis patet. q̄ non sequitur q̄ deus debeat multos vel omnes ꝓpter predestinationem saluare. sed illos qui volūt saluari bene viuendo ꝛ operando.

Certium mysterium dicitur confirmatio. Annuncio vobis mala noua quia verificatur sermo iesu christi qui dicit Multi sunt vocati ꝛc. Qō vt certius ꝓfirmet triplici confirmatione demonstrabitur.

Prima dicitur exemplificationis.
Secunda dicitur testificationis.
Tertia dicitur malignationis.

Prima cōfirmatio dicit exemplificatiōis. Nam si intuemur oia exēpla raz naturalia q̄ diuinalia ꝛ moralia. inuenietnus q̄ plures reduntur ad penā q̄ ad gl̄iam. Primo em̄ cōsideremus naturalia exempla. Uidemꝰ em̄ q̄ in istis que naturaliter fiunt plus malicie abundat q̄ bonitatis. Uñ facilius est destruere q̄ edificare. pdere q̄ inuenire: occidere q̄ reuiscitare. Nam vno anno conficitur panis ꝛ ꝛ vno momento quasi deuozaſ. Multis annis hō ꝓficit: ꝛ modica hoza pdit ꝛ occidit. Quare hoc. Quia natura rerū faciliꝰ ducit ad malū. Itez videmꝰ q̄ plus est terra inculta q̄ culta plus aq̄ amare q̄ dulces: plus sūt immūditie q̄ ex frumēto vino ꝛ oleo exeūt q̄ ipi fructus plus lapides edificioꝝ q̄ pciosi. Sic reprobi plures sunt q̄ electi. Itez cernimus q̄ in his rebus que vsui nature sunt difficiles ad habēdum pauci puenīunt: vt in scientia dignitatibus ꝛ huiusmodi. Et hoc quare. Quia pciosa difficillime possidenf. Sic ḡ ꝛ gl̄ia celestis a paucis eripitur: q̄ pciosissima est. Unde ait pbus. Malum est facile: difficile est bonum.

Secundo consideremus diuina exempla

UVA. BHSC. IyR_227

q̃ fuerunt figura saluãdoꝝ paucitatis. Lege Beñ. vij. c. ⁊ inuenies q̃ tpe diluuij pauci id est octo aie vtriusq̃ sexꝰ saluate sunt in arca Noe, Lege insuper Beñ. xix. ⁊ similiter inuenies q̃ ex sodoma ⁊ gomorra solus, Loth cũ vxore sua ⁊ duabꝰ filiabꝰ saluatꝰ fit. Et tñ q̃ eiꝰ vxor retrospexit: in statuã salis mox cõuersa fuit. Itẽ si bene legis inuenies q̃ ex illa maxima multitudine filioꝝ israel que egressa est de terra egypti: nemo eoꝝ a viginti annis supra intrauit terrã pmissionis nisi Caleph ⁊ Josue. O peccatoꝛ conuertere: q̃ multis: immo oibꝰ terra viuentiũ pmissa est. ⁊ tñ pauci intrant: pauci effugiũt interitus hui⁹ seculi: q̃ nolunt sibi puidere. Tertio consideremus exempla moralia. Nã legit q̃ sanctꝰ Bernardus. xv. die post mortẽ suã apparuit cuidam monacho: cui inter alia interroganti si tã difficile esset saluari vt scripture testantur: rñdit q̃ verũ erat. Et intulit dicens. Ea die qua ex hac vita migrauit: quadraginta tria milia hoiꝝ decesserũt: ⁊ solummodo ego cũ quodam he remita vitam celestẽ intraui. ⁊ quidaꝫ bonus secularis penas purgatoꝛij saluandus intrauit. Refert etiã quidaꝫ hist̃oricus q̃ quidam monachus Lugdunensis qui fuerat in heremo p annos triginta in magna pnia post suã mortẽ apparuit epõ ciuitatis Lugduñ. dicens. Va ha. o iusticia dei q̃ terribilis es: q̃ subtilis. q̃ acuta. q̃ aspera. Et mirans epõs ipꝫ ad iurauit: vt diceret quid hoc esset. Cui ille respõdit. O Johannes age pniam. grandis eñ tibi restat via. Eo enim die quo ego decessi ex hac vita tranſtierunt etiaꝫ octoginta milia anime que omnes damnate fuerũt exceptis quinq̃. quarum due eternã gloriã ⁊ tres purgatoriũ intrauerunt. Et his dictis disparuit. Habes etiã in chronicis ordinis nostri q̃ dñ quidam frater noster deuorꝰ ⁊ sctũs predicaret in partibus alemanie populo ipm audiente ⁊ videnteꝫ quedam mulier peccatrix cõpuncta tunc diuina gra: mortua est ex vehementi pctõꝝ dolore. Et cuꝝ finem predicatoꝛ sermoni fecisset dixit populo vt vna secum dño funderent preces: vtñ bonũ fozet q̃ actum esset in muliere apperet. O mirabile dictu. Illa q̃ mortua fuerat sana resurrexit. Rogat frater eaꝫ vt si q̃d vidisset aperiret ad audientiũ vtilitatẽ. Atꝫ illa ait. Deu sciant oẽs homines q̃ mortui sunt hodie, lxx. milia hoiñ: qui oẽs dãnati sunt exceptis quattuoꝛ. qui ad purgatoriũ descenderũt. O obcecati peccatoꝛes agite pniam: quia iusticia dei est strictioꝛ q̃ credit. Et q̃d miruꝫ si tot damnant: cũ totus mũdus sit laqꝫs plenus. Nõne sctũs Anthoniꝰ abbas raptus in spũ vidit totũ mũdũ laqueis plenũ: ⁊ fleꝫ exclamauit dicẽs, Dñe q̃s euadet hos laqueos: Et dñs rñdit. Sola hũilitas. Ecce q̃ nemo põt saluari nisi fuerit hũilis. ⁊ tñ paucos vidi⁹ q̃ illã ꝯtutẽ sequunt. Hoc ꝯfirmat dñs Mat. xviij. Nisi ꝯuerſi fueritis ⁊ efficiamini sicut pueri: nõ intrabit in regnũ celoꝝ. ℣ ⁊c.

Scda ꝯfirmatio ex testificatõis. Nam hoc testant oẽs scripture ⁊ doc. ⁊ etiam pagani. Virgil. eñ ait. vj. Eneid. Pauci quos equus amauit Jupiter. ⁊ Val. maxim⁹. Multꝫ enim laboriꝫ⁹ susceptis vix eoꝝ cõpotes fieri cõtingit. ⁊ Aug. xx. de ci. dei. Plures hoies currũt in penis q̃ in gl'iam. Idem. xxj. c. xij. ait. Si oẽs a tenebꝛis trãsferrent in lucem: in nullo appareret feueritas vltionis. In qua ppter ea multo plures q̃ in illa sunt: vt sic oñdat. q̃d oibus deberet. Nõ si oibus redderet iusticia vindicanꝫ: nemo recte rephẽderet. Itẽ lib. de vero cultu ait. Anteq̃ xps aduenireꝫ in mũdũ: de mũdo trãsierũt plusq̃ q̃nq̃ milia ãni quibꝰ oẽs dãnabant: deptis paucis de pplo isrl'. ⁊ idez eodẽ lib. Arbitroꝛ eñ tres mundi ptes foꝛe dãnãdas: eo q̃ in ipsis oẽs regnãt infideles. De quarta aũt pte quid dicã? nisi q̃ Job. ait, Tot⁹ mũdus in malign⁹ posit⁹ est. ⁊ Greg. in omel'. sup Mat. dicit. Ad fidẽ plures veniũt: ꝙ ad celeste regnũ pauci pduc unt. Pleriq̃ eñ vocibꝰ deũ sequunt: ꝙ moribꝰ fugiũt. Uenianꝫ ad campũ diuinarum scripturarũ. Quid dicis tu o esa. c. viij. Multiplicasti iubilũ gentẽ: sed nõ magnificasti letitiã. et. j. Per. iij. c. ðz. Si iustus vix saluabit⁹: impius ⁊ pctõꝛ vbi parebũt? O miser pctõꝛ mala nouella: sed foꝛte dicis. Nõ credo pdictis testibꝰ. quia foꝛtassis vt hoies sunt loquti. Saltẽ ꝯcrede. Quid dicis dñe ieſu? Audi Mat. vij. Intrate ꝛ̃quit p augustã portã quia lata porta ⁊ spaciosa est via q̃ ducit ad pditionẽ: ⁊ multi sunt qui intrant per eam. O pctõꝛ paupercule q̃ male nouelle. Tu velles q̃ dicerẽ q̃ oẽs saluantur. Ego nõ possum: quia veritas mihi contradicit. Certe si ista nõ essent vera ⁊ vtilia: xpus ea nõ predicasset. Nã vt etiã salutis viã arduaꝫ oñderet dicit in eodẽ. c. Non oĩs q̃ dicit mihi dñe dñe intrabit in regnũ celoꝝ: sed qui fecerit voluntatẽ patris mei qui in celis est: ipe intrabit ī regnũ celoꝝ. Multi dicent mihi in illa die. Dñe nõne in noie tuo pphetauimus. nonne in noie tuo demonia eiecimus, multasq̃ vir-

UVA. BHSC. IyR_227

tutes fecim⁹? Et tunc cōfitebor illis: q⁹ nunq̄ noui eos. Discedite a me oēs q̄ operamini iniq̄ tatem. ⁊ thema dic. Multi sunt vocati ⁊c.

Tertia ꝓfirmatio ōr malignationis. Tanta est hoim malignitas q̄ non mirari debemus si pauci saluentur. Licet em̄ vt pbus ait de futuris ꝓtingētib⁹ nō sit determiata veritas: tm̄ sepissime ex qualitatib⁹ rerū quedā futurorū iudicia certa percipim⁹. Sicut dicimus. Sero rubū celū. mane indicat esse serenū. Et ꝟ vt plurimū verū est. Cognoscimus etiā ex nubium densitate. ventor̄ fulgur̄ ⁊ tonitruorū multiplicatōe. q̄ magnā testant futurā tempestatē. Vñ ⁊ ipe saluator cū de tribulatione que in orbē ventura est loqueret discipulis intulit dicens. Ab arbore autē fici discite parabolā Matth. xxiiij. ⁊ Luc. xxj. Hoc autē dico q̄ ex precedētib⁹ signis multotiens exitū cognoscimus futuror̄. Cū em̄ totū pene mūdū cernam⁹ letalivulnere peccati sauciatū. plura mortis signa ꝑ vite. quid aliud de ipo iudicare possumus ꝑ malū? Nonne attrito sermonis puerbio dicim⁹ q̄ impossibile ē maleyt uere ⁊ bñ mori: ⁊ ecouerso. Nōne verū est q̄ Bēñ. viij. scriptū est. Sensus ⁊ cogitatio hominis ꝓna sunt ad malum. ⁊. xij. q. j. c. omīs etas ōr. Omīs etas ab a dolescentia ꝓna est ad malū. ergo q⁹ hoies ꝓni sunt ⁊ ꝓmpti ad malū pereunt. Hinc. j. Joh. v. c. ōr. Tot⁹ mundus in maligno posit⁹ est. Cū ergo plura mala signa dānationis in mundo cognoscim⁹ vt dixi q̄ salutis. quid possumus dicere nisi q̄ multi sunt vocati. paucivero electi? O dñe de⁹ q̄ vadūt iudei oēs ⁊ infideles? Ad infernū. Si quis em̄ aliter crederet esset heretic⁹. Quo tē dunt pueri q̄ sine baptismo decedūt? Ad infernū. Quo etiā vadūt tot heretici qui sunt ī mūdo? Nā oēs orientales ethyopie. libye. pene oēs greci. bosinenses. ⁊ multi alij varijs hereſib⁹ sunt implicati. Non inuentes castellum. ciuitatem aut villam: que non habeat aliquos hereticos occultos aut publicos. Nam alij non credunt aiam esse imortalē. Alij dicūt nō esse aliam vitam. nec infernū. nec paradisum. Alij asserunt luxuriā nō esse peccatū. Alij putāt stellarū fatū super liberū arbitriū habere potestatem. Alij credūt mulieres in gattas: ⁊ hoies in lupos esse mutari. Alij tenent q̄ spiritus humani ingrediunt corpa aliena. Alij credūt q̄ facere incantatōes nō sit peccatū. Et multi alij errores inueniunt a quibus nolūt homines cōuerti. Oēs hmōi in errore suo obstinati perūstētes sunt excōicati ab ecclia. vt ꝑ

Simlr qui nō credūt sacramēta ecclie. Co fidera quot sunt viri ⁊ mulieres in his erroribus implicati. Multi publici: ⁊ plures occulti. Isti quo vadūt? Ad infernū. Dic modo de ignorātibus doctorib⁹: ꝓlatis: ꝓfessorib⁹: et subditis. Quanta est talū multitudo: cūq̄ quilibet teneſ scire que ad eos spectāt salutē et officium: vt de alijs taceam? Sunt tot qui ignorāt penitus articulos fidei: decē ꝓcepta et plericq̄ oronem dñicam. ⁊ qō deterius est: confessores ⁊ eor̄ prelati etiā ipsi pleni ignorantia raro inducūt tales vt discāt: ⁊ in eorū ignorātia moriunt. Quo isti vadūt? Ad infernū. Quō scis frater Roberte? Rñdeo: quia oēs doctores canonici ⁊ oēs theologi dicunt et ꝓcipue Tho. ſ. ij. q. lxxvj. ar. iij. q̄ ignorantia iuris nō excusat in his qui sunt doli capaces. Patet etiā ex de iniurijs. c. ſi culpa. et ex de vita ⁊ hone. cle. c. vt quisq̄. et de reg. iur. lib. vj. ignorātia. Ignorātia facti nō iuris excusat. Et ibidē. presumit. Presumit ignorantia: vbi scia non ꝓbat. et. xxxvij. di. Jdeo ꝓbi benf. ⁊ in glo. ibi. ⁊ de consc. di. iiij. c. vos āte oia. Item quo tendūt multi qui moriunt desperati? multi morte subitanea qui nō habēt spacium penitēdi? Deu quia portant ad infernum. Quo insup tendūt ꝓdones: extortores fures: lasores. damnificatores: vsurarij: ꝑpis venditores ⁊ hmōi. ⁊ qui talibus ꝓbent auxilium: fauorē et consiliū: qui oēs tenentur ad restitutionē? Ad infernū. Habes hoc extra de furtis: c. ex lris. ⁊ in glo. ibi super ℞. satisfecerit. Et de vsur. c. cū tu. Item lib. vj. de reg. iu. pctm̄. Pctm̄ nō dimittit: nisi restituat ablatum. et. c. seq. Item. xiij. q. vj. c. ſi res. ⁊. xxiij. q. ij. c. legat. ⁊ de pe. di. ſ. c. neminē. Quo ergo miseri vadūt? Ad infernū. Quo vadunt mali religiosi qui nō seruāt regulā suā? Ad infernū. Quot pctores moriunt extra charitatez ꝓpter odiū cū ꝓximo suo: aut ꝓpter amorem peccādi: vel horor̄ē satisfaciēdi: aut etiā alia simili de causa: sed tm̄ penitēt ꝓpter timorem gehenne. Deu quia rapiunt ad tartara: quia scriptū est de pe. dist. ſ. c. nullus. ⁊ sunt verba Aug. dicētis. Scriptū est neminē sine charitate saluū esse. Non itaq̄ in solo timore viuit homo. Que ergo penitet oz nō solū deum timere iudicē: ⁊ diligere iustū. vt nō solū penā timeat: sed anteſ p gla. O igit captiui diaboli reuertimini ad miam dū tps est. O miseri ⁊ plāti renegati: renocate vitā vestrā ad dñm deū vestrū: vt euitetis cōsortia dānatorum. Redite ḡ: q⁹ nemo dānat nisi ꝑ ꝓpriaꝫ

UVA. BHSC. IyR_227

culpam: ⁊ deus nō est inculpandus: ꝑ potius nostra malignitas. Nā deus nō vult quēpiaz vilem ⁊ magnū peccatorē perire/sed stat extē fis in cruce brachijs compatiēs peccatis ⁊ dā nationi nostre: vt oibus largiatur sua infinita misericordia/vitam eternā. Ad quaz ipe nos conducat qui vivit ⁊ regnat in secula seculoz Amen.

De iudicio pestilentie. Sermo. XII

Udicia dei abyssus

multa. ps. xxxv. Ezech. xiiij. c. d. dns

Si imisero pestilentiā super terram illā ⁊ effudero indignationē meā sup eā i sanguinem vt auferam ex ea hominē ⁊ iumentum ⁊ Noe ⁊ Daniel ⁊ Job fuerint in medio eius vi uo ego dicit dns deus: qz filiū ⁊ filiam non liberabunt, ꝑ ipi iustitia sua liberabūt animas suas, ꝑ ibi. In quibus verbis notabim⁹ trigin ta peccata: ppr̄ que deus gloriosus pestilētiā mandat. Primū est peccatum originale. De quo dicit. Ro. v. ca. Per vnum hominē pec catū in hunc mundū intrauit ⁊ p pctm̄ mors Nam sicut remouēs colūnam p accidens re mouet lapidē sibi suppositū: sic ille qui ē causa pditionis colūne originalis iusticie ē causa ꝓditionis vite ⁊ sanitatis q̄ conseruabat i homine per originalē iusticiā. Sed qz peccatuz primi hoīis fuit causa pditionis originalis iusticie, ideo decidit ipe cū tota sua posteritate in ifirmitates ⁊ mortē ineuitabilem. Unde oīs subijcimur morti eo q̄ sibi dictū fuit pro omnibus. Gene. iij. Pulvis es ⁊ in pulverem reverteris. Et q̄ peccato exorta sunt pestis et alia iudicia pessima. Secundū peccatū est luxurie. Cōtra qō dns ordinauit matrimoniū sacramentū: cui⁹ sunt tria bona. s. sacramentū fides ⁊ ples. Contra sacramentū peccant cō cubinarii publice tenētes ꝓcubinas: siue occulte, siue suscipiendo filios siue non. Peccāt sacrilegi siue clerici mulieribus copulati siue laici ꝑ sponsas polluētes: siue in sacris ordinibus constituti religiosas maculātes. Contra fidē matrimonij peccant adulteri: siue occulti siue publici. sicut Dauid cū Bersabee. ij. Reg. xj. Contra plē peccāt sodomite qui nocte natiuitatis dñi extincti sunt peste, vt dic. b. Die. Peccāt abutētes vasculo vxoris: sicut Her cū Thamar fecit qui peste mortu⁹ est. Genesis xxxviij. Peccāt semē fundentes in terrā: sicut q̄ fulmine interijt. sicut Onā. vt patet Gene. xxxviij. Tertiū peccatū ē sacrilegiū ꝟ. s. ecclesiasticas ꝓlonas ⁊ ecclias supponēdo eas angarijs ⁊ grauaminibus ipositionibus collectis: ⁊ vbi laicus soluit parū ecclia soluit multū diues soluit quasi nihil. pauper quasi totuz Ideo iqt dns. Esaie. iij. Vos em̄ depasti estis vineā meā ⁊ rapina pauperum in domo vra Quare atteritis pp̄m meū. ⁊ facies pauperuz cōmolitis. dic dns exercituū. Et p isto pctō ē pena Ezech. v. Uiuo ego dicit dns p eo q̄ sā ctum meū violasti in omnibus offensionibus tuis ⁊ in cunctis abominationib⁹ tuis. ego q̄q̄ te cōfringā: ⁊ nō parcet oculus meus ⁊ non misereboz. Tertia pars tui peste morietur: ⁊ fame ꝓsumet in medio tui. ⁊ tertia ps tui i gladio cadet in circuitu tuo. Tertiā ptē vo tuā i oēz vētū dispgā: ⁊ mittā ivos famē ⁊ bestias pessimas vsq̄ ad internitionē sanguis trāsibit p te. hec ibi. Quartū peccatuz est transgressio festiuitatū. vult em̄ deus celebrari et obseruari festiuitates. Exo. xx. Memento vt die sabbati sanctifices. Non obseruantib⁹ vo festiuitates cōminat deus flagellum pestis. Deut. xxviij. Adiunget tibi dns pestillentiaz donec cōsumat te de terra. Percutiet te dns egestate febre ⁊ frigore ⁊ ardore ⁊ estu ⁊ aere corrupto ac rubigine: ⁊ ꝓsequet donec pereas hec ibi. Quintū peccatū est simonia per quā diuina dona ⁊ spūalia nō nisi precio aut prece dispensant. Beneficia precib⁹ amicoz magis q̄ suffragio meritoz acquirunt, ⁊ quātitate pecuniarū magis q̄ salute aiaz cōferunt. Surgūt indocti ⁊ rapiunt ecclīastica culmia docti vo cū suis doctrinis demerguntur. In sūma vitiosi honorāf: vo tuosi supeditant. Propteres dic dns. Ezech. vj. Nec dicit dns deus Percute manū tuā ⁊ allide pedem tuū. ⁊ dic heu heu heu ad oēs aboiatoes maloz dom⁹ israel quia gladio fame ⁊ peste ruituri sunt. Qui longe est peste morietur: qui autē ꝑpe gladio corruet ⁊ q̄ relict⁹ fuerit ⁊ obsessus fame morietur. Et cōplebo idignatōem meā in eis. ꝟ ibi. Sextū peccatū ē idolatria, ꝑ quā homines ⁊ mulieres deo terga vertūt: ⁊ faciūt idolum seruiētes ei magis q̄ deo faciēdo incantationes ⁊c. de quo deus irascit. vnde Leuit. xxvj. Ego dns deus vester. Non facietis vob idolum ⁊ sculptile, nec titulos erigetis: nec imaginē lapidem ponetis in terra vra vt adoretis eum. Dō si nolueritis accipere pniam. aut disciplinā, ꝑ ambulaueritis ex aduerso mihi: ego quoq̄ contra vos aduersus incedam ⁊ percutiā vos septies ꝓpter peccata vra. inducāq̄ sup vos gladiū vltorē federis mei. Cūq̄ ꝓfugieritis inyb⁹ imittā pestilētiā i medio vestr

UVA. BHSC. IyR_227

mtantūvt vrbes vestras redigam in solitudi-
nem ⁊ deserta faciā sanctuaria vestra.nec reci
piam vltra odorē suauissimū:dispgamq; ter-
ram vestrā.hec ibi. Septimū est inhonora
tio parentū.vñ Eccī.iij. Honora patrē tuum
⁊ matrē tuā:vt supueniat tibi bñdictio a deo
⁊ benedictio illius in nouissimo manet. Bene
dictio pris firmat domos filiorū.maledictio
aūt matris eradicat fundamenta.Hieremie
xxix.ō2.Hec dicit dñs exercituū. Ecce mittaz
in eos gladiū:famē ⁊ pestē: ⁊ ponam eos q̄s
ficus malas q̄ cōedi nō possunt eo q̄ pessime
sint ⁊ psequar eos in gladio ⁊ in fame ⁊ in pe
stilētia. Et dabo eos ivastatioⁿē vniuersis re
gnis terre in maledictioⁿē:⁊ in stuporem ⁊ in
sibilū ⁊ opprobriū cunctis gētibus:eo q̄ non
audierunt verba mea:que misi ab eos per ser-
uos meos pphetas.hec ibi. Octauū est frau
datio decimarū.vñ Mal.iij.ō2 Reuertimini
ad me ⁊ ego reuertar ad vos dicit dñs exerci-
tuū. Et dixistis.In quo reuertemur. Si affi-
get homo deū:q2 vos configitis me. Et dixi-
stis.In quo cōfigim⁹ vel fraudamus te. In
decimis ⁊ in premitijs. Et in penuria vos ma
ledicti estis:⁊ me vos configitis gens tota.
Que verba exponūt a bto Hiero.vt habetur
xvj.q.j.c. Reuertimini. Ecce ego do coraz vo
bis viā vite.⁊ viā mortis. Qui habitauerit in
vrbe hac morie⁊ gladio⁊ fame ⁊ peste. Posui
eñ faciē meā super ciuitatē hanc in malum ⁊
nō in bonū:ait dñs ad populū hūc Viere.xxi.

Nonū peccatū est obstinatio.vñ Exo.ix.di
xit dñs ad Moysen. Ingredere ad Pharao-
nem ⁊ loquere ad eū. Hec dicit dñs deus he
breoz. Dimitte populū meū vt sacrificet mi
hi. Cō si adhuc renuis ⁊ retines eos.ecce ma
nus mea erit super agros tuos:⁊ sup equos
⁊ asinos tuos ⁊ camelos ⁊ boues ⁊ oues pe-
stis valde grandis. Fecit ergo dñs verbū hoc
Altera eñ die mortua sunt oīa animantia
egyptioz. Decimū peccatū est h omicidium.
Quia eñ pharao rex egypti iussit vt interfice
rent primogenita masculini sexus hebreoz.
propterea occidit dñs primogenita egyptio-
rum pestilētia graui.vnde dicitur. Exodi.xij.
Factū est aūt in noctis medio percussit dñs
omne primogenitū in terra egypti a primoge
nito pharaonis qui sedebat in solio eius vsq;
ad pmogenitū captiue que erat in carcere: et
omne primogenitū iumentoz.hec ibi. Un
decimū peccatū est gula. Nam iudei in deserto
estuauerūt esu carnū murmurātes cō Moy-
sen. Unde dicit Numeri.xi.c. Surgens ergo
ppls toto die illo ⁊ nocte:⁊ die altero congre
gauit coturnicū multitudinē qui parū decez
chozos:⁊ ficcauerunt eas per gyrū castrozum
Adhuc carnes erant in dentibus eorū:nec de
fecerat huiuscemodi cibus.⁊ ecce furor dñi cō
citatus in populū:percussit eū plaga magna ni
mis.i.pestē vt dicit glo. Uocatusq; est locus il
le sepultura cōcupiscentie. Ibi eñ sepelierunt
populum qui desiderauerāt carnes.hec ibi.

Duodecimū peccatū est diffamatio. Ut ei
dicit Nume.xiiij. Usqueq; detrahet mihi po-
pulus iste.feriā ergo eos pestilentia ⁊ consu-
mā. Moyses aūt rogauit p populo ad dñm
qui pepercit eis:ß adiecit. In solitudine hac ia
cebunt cadauera vestra. Omnes qui nume-
rati estis a viginti annis ⁊ supra:⁊ murmura
stis otra me:nō intrabitis in terrā super quā
leuaui manū meam:vt habitare vos facerem
preter caleph ⁊ Josue.hec ibi. Qui aūt mor-
tui sunt in deserto fuerūt sexcenta tria milia.
q̄ngenti q̄nquaginta.vnde hec pestis durauit
xl.annis.ab sexto vsq; quolibet anno q̄ndecim
milia octogintaocto viros.excepto vno āno
in quo mortui sunt.xv.milia centum decem ⁊
octo:cōputando vnū annū cū alio. Decimū
tertiū peccatū est incredulitas.s. non credere
diuine potentie in mirabilibus eius.vñ Nu-
me.xx.ō2. Quod cum pp̄ls hebreozum mur
muraſſet cōtra Moysē ob defectū aque ⁊ bis
percussisset filicē.d. Audite rebelles ⁊ incredu-
li. Num de petra hac poterim⁹ ejicere vobis:
aquā. Dixitq; dñs ad Moysen ⁊ Aaron. Qz
nō credidistis mihi vt sctificaretis me coram
filijs isral.nō introducetis hos populos in ter
ram quam dabo eis. Hec est eñ aqua contra
dictionis vbi iurgati sunt filij israel cōtra do
minū. Decimūquartū peccatū est superbia.
vñ ō2.ij.Reg.xxiiij.q̄ cum Dauid ob superbiā
fecisset dinumerare populū suū sermo dñi fa
ctus est ad Gad pphetā di. Uade ⁊ loquere
ad Dauid. Hec dicit dñs. Triū tibi datur op-
tio. Eligeynū q̄ volueris ex his vt faciam ti
bi. Cūq; venisset Gad ad dauid nunciauit ei
dicens. Aut septez annis erit fames in terra
tua. Aut tribus mēsibus fugies aduersarios
tuos ⁊ illi persequent te. Aut certe trib⁹ dieb⁹
erit pestilētia in terra tua. Nūc ergo delibera
⁊ vide quā respondeā ei q̄ me misit sermoni.
Immisitq; dñs pestilētiā in israel a manevs-
q; ad temp⁹ constitutū.⁊ mortui sunt septua
ginta milia viroz. Decimūquiutū peccatū
est auaricia. vnde ō2.iij. Reg.vj. q̄ facta est
fames magna in samaria p̄opter auaritiam

UVA. BHSC. IyR_227

et oppressiões quas fecerãt diuites ꝓtra pau
peres: intantũ vt matres comederẽt filios su
os. Unde nõ solum fame sed etiã peste multi
corruerũt. Decimũsextũ peccatũ est vsura q̃
multum inualuit in ciuitatibus ꝑm illud ꝑs.
Tota die circũdabit eã: super muros eius int
quitas ⁊ labor in medio eius ⁊ iniusticia. Et
nõ defecit in plateis eius vsura ⁊ dol⁹. Jdeo
Ezech. vij. ō. Jra em̃ mea supvniuersum po
pulũ ei⁹. Gladi⁹ foris, pestis ⁊ fames intrin
secus. Qui in agro est gladio morief: ⁊ qui in
ciuitate pestilẽtia ⁊ fame deuorabunt. De
cimũseptimũ ẽ vsurpatio. Vñ Ezech. xxxviij.
ō. Nũquid ad sumẽda spolia tu venis. Ecce
ad diripiendũ predã congregasti multitudinẽ
tuã, vt tollas argentũ ⁊ aurũ: ⁊ auferas supel
lectillem atq̃ substãtiã: ⁊ diripias manubi
as infinitas. Jdcirco gladius vninscuiusq̃ in
fratrẽ suũ dirigef: ⁊ iudicabo eos peste ⁊ san
guine ⁊ imbre vehemẽti. Jgnẽ ⁊ sulphur plu
am sup eos ⁊ sciẽt quia ego dominus, hec ibi.

Decimũoctauũ peccatũ est fraus emptiõis
⁊ vẽditiõis. Applicat de illis q̃ vendũt pluris
q̃ debẽt ⁊ etiã decipiũt in pondere. ⁊c. Unde
verificaf ꝓphẽta, Apoca, xiij. Et faciet oñes
pusillos ⁊ magnos ⁊ diuites ⁊ pauperes et li
beros ⁊ ꝓuos: habere characterẽ in manu de
xtera aut i frontib⁹ suis: ⁊ ne q̃s possit emere
aut vẽdere nisi qui habeat characterẽ. aut no
men bestie. scz fraudum aut numerum nomi
nis eius. Et, xvj. c. ō. Primus angelus effu
dit phialam suam in terrã: ⁊ factum est vulñ
seuum et pessimum. i. pestis in hoies qui ha
bebant characterem bestie. ⁊ in eos qui adora
uerunt bestiam ⁊ imaginem eius. hec ibi.

Decimũnonũ peccatũ est oppressio ex acce
ptione personarũ. Hic dic de diuisione ciuita
tis artatione, altercatione, discordia, rixa, in
iuria, de sanguinis effusione ⁊ similia ⁊c. Jõ
dicitur Matt. xxiij. c. Consurget gens in gen
tem. ⁊ regnum aduersus regnum: ⁊ erunt pe
stilentie ⁊ fames ⁊ terremotus per loca. Ui
gesimum est peruersitas iudiciorum. Vñ dici
tur Esa. j. Quomodo facta est meretrix ciui
tas fidelis plena iudicij? Justicia habitauit in
ea: nunc autem homicide. Argentum tuũ ver
sum est in scoriam. vinum tuum mixtum est
aqua. Principes tui infideles socij furũ. Om
nes diligunt munera. sequuntur retributões
Pupillo non iudicant: ⁊ causa viduenon in
greditur ad illos. Et, x. Ue qui condunt leges
iniquas. ⁊ scribentes iniusticiam scripserunt
vt opprimerent in iudicio pauperes ⁊ vim fa
cerent cause humiliũ ꝓpuli mei vt essent vi
due preda eorum ⁊ pupillos diriperent. Et. c.
v. Ue cõiũgitis domũ ad domum. ⁊ agrum
agro copulatis vsq̃ ad terminũ loci. Nunqd
habitabitis vos soli in medio terre. Domus
multe deserte fiẽt grãdes ⁊ pulchre absq̃ ha
bitatore. ſ. ꝓpter pestẽ. Vigesimũꝑmũ pec
catũ est negociatio dolosa, vñ Ezech. xxviij. c.
dicif. Jn sapiẽtia ⁊ prudentia tua fecisti tibi
fortitudinẽ. ⁊ acq̃sisti tibi aurũ ⁊ argentuz in
thesauris tuis. Jn multitudine sapiẽtie tue ⁊
in negociatõe tua multiplicasti tibi fortitudi
nẽ: ⁊ eleuatũ ẽ cor tuũ in roboze tuo. Propter
hec dicit dñs de⁹, Eo q̃ eleuatũ est cor tuũ q̃si
cor dei. idcirco ecce ego adducam super te alie
nos robustissimos gẽtiũ. Et infra. Jmmittaz
ei pestilentiã ⁊ sanguinẽ in plateis eius ⁊ cor
ruent interfecti in medio ei⁹ gladio p̃ circũtuz
⁊ scient q̃ ego dñs, hec ibi. Vigesimũsecũ
dũ pctm̃ est ꝑiurũ. vñ Iere. iij. c. ō. Et iura
bis viuit dñs in veritate ⁊ in iudicio ⁊ in iusti
cia. ⁊ benedicẽt eũ gẽtes ipmq̃ laudabunt et
infra, Laua a malicia cor tuum. ⁊ a ꝑiurio vt
saluus fias. Alioquin vt dicif. xxj. c. debellabo
ego vos in manu extẽta ⁊ in brachio forti: et
in furoze ⁊ in indignatiõe: ⁊ in ira grãdi. Et
pcutiã habitatores ciuitatis huj⁹, hoies ⁊ be
stie pestilentia magna morient. hec ibi. Ui
gesimũtertiũ pctm̃ ẽ blasphẽia. vñ Esa. ſ. Ue
genti peccatrici, pplo graui iniq̃tate ⁊ semini
nequã filijs sceleratis. Dereliquerũt dominũ
blasphemauerũt sanctũ israel: abalienati sũt
retrorsum. Sup quo pcutiã vos vltra adden
tes ꝓuaricationẽ. Jdeo dicit ꝑs. Jnueniatur
man⁹ tua oñib⁹ inimicis tuis dextera tua in
ueniat oẽs q̃ te oderũt ⁊c. vsq̃ ibi nõ potuerũt
stabilire. Vigesimũquartũ pctm̃ est cõsen
sus in malũ. Applica de matre cõsentiente fi
liã peccare. filiter de patre filiũ: ⁊ breuiꝫ de il
lis q̃ habẽt alios gubernare, vnde Iere. vij.
Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus
iuda. ⁊ in plateis hierusalem? Filij colligunt
ligna ⁊ patres succendunt ignem. ⁊ mulieres
conspergunt adipem, vt faciant placentas re
gine celi. Ecce quo cõueniunt in peccatis qua
si omnes de vna familia. Jdeo sequitur. Ecce
furoz meus ⁊ indignatio mea conflatur super
locum istum super viros ⁊ super iumenta, scz
per pestez, hec ibi. Vigesimũquintũ pctm̃ est
negligẽtia correctionis. Nam vt habeẽ. xxiij.
q. iij. c. Ecce. dicit Augu. Quotquot habetis
inter, vos qui adhuc amore seculi p̃grauant
augros, piuros, adulteros, inspectores, nuga

UVA. BHSC. IyR_227

rum consultatores mathematicorum augurum auruspicum: ebriosos, luxuriosos. Quicquid inter vos malorum esse nostis quantum potestis improbate et corde recordatis et redarguite vt exeatis inde et nolite consentire. et immunde non tangatis, hec ibi. Et quia hoc facere nolumus non mirum si deus punit per pestem iustos cum miseris peccatoribus. Unde Augu. j. de ciui. dei. c. ix. dicit. Plerumque enim ab eis docendis admonendis aliquando etiam obiurgandis et corripiendis male dissimulatur. vel cum laboris piget: vel cum os eorum coram quibus sumus verecundamur offendere. vel cum eorum inimicitias deuitamus ne impediant et noceant in istis temporalibus rebus siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas. siue quas amittere formidat infirmitas, ita vt quamuis bonis malorum vita displiceat. et ideo cum eis non incidant in illam damnationem que post hanc vitam talibus preparatur. tamen quia propterea peccatis eorum damnabilibus parcunt. dum eos in suis licet leuibus et venialibus metuunt iure cum eis temporaliter flagellantur. quamuis in eternum minime puniantur. Iure istam vitam quando diuinitus affliguntur cum eis amaram sentiunt: cuius amando dulcedinem peccantibus eis amari esse noluerunt: hec ille. Et ideo. Esa. xliiij. dicitur Memento iacob quoniam seruus meus es tu. Non obliuiscaris mei. Deleui vt nubem iniquitates tuas. et quasi nebulam peccata tua. Reuertere ad me quoniam redemi te. Et quia negligentes sumus ideo sequitur Esaie xlvij. Veniet super te malum et nescies ortum eius et irruet super te calamitas quam non poteris expiare. veniet super te repente miseria quam nescies Sta cum incantatoribus tuis et cum multitudine maleficiorum tuorum. in quibus laborasti ab adolescentia tua. Stent te saluent te augures celi qui contemplantur sydera et supputabant tibi menses vt ex eis annunciarent ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula ignis combussit eos. Non liberabunt animam suam de manu flamme. i. pestilentia. Vigesimum sextum peccatum est inordinata dilectio. Nam deus volens flagellare peccatorem percutit eum in omnibus que ipse amat. Qui vero amat bona naturalia vt filios. ideo punit deus eum in filijs sicut Cham peccante maledictus fuit filius eius Chanaam. Gene. ix. Vigesimum septimum est rapina. s. iniuste detinendo bona defunctorum que ipsi mandauerunt in suis testamentis. Clamant enim anime eorum in purgatorio dicentes Miseremini mei miseremini mei. Vigesimum octauum peccatum est vana gloria. Ut enim habetur. ij. Reg. vi. cum dauid fecisset numerare populum suum et fuisset in vanam gloriam deductus locutus est dominus ad Dauid per prophetam Gad. Elige tibi de tribus vnum: aut persequi tribus mensibus ab inimicis tuis aut vexari fame tribus annis: aut tribus diebus peste flagellari. Qui elegit tertium et mortui sunt plusquam sexaginta milia hominum. Vigesimum nonum peccatum est infidelitatis. quod peccatum deus maxime puniuit. Hinc Darij totius orientis ruit imperium. Hinc Hierusalem funditus euertitur. Hinc ciuitas atheniensis in nihilum deuenit. Hinc roma prosternitur et precipitatur. Hinc tot effusiones sanguineum euenerunt. Trigesimum peccatum est ingratitudo. de quo habetur. Esa. xxxviij. Quod cum Ezechias constituisset prelium aduersus regem assyriorum et deiecisset eum in furore maximo non retulit gratias deo. Propter quod factum est verbum domini ad Esaiam prophetam. Vade et dic Ezechie. Dispone domui tue quia morieris tu et non viues. Aduertamus ergo corda ab his peccatis. vt deus nec pestilentias nec fames mittat. nisi vt solum in hoc mundo puniamur: et non stante sua iusticia in eternum damnemur.

De morte. Sermo XIII

Orte morieris.

m Gen. ij. Existimaui sepenumero nihil tam vtile anime rationali esse posse ad fugam vitiorum quam frequens memoria mortis. Propterea sapiens Eccli. vij. ait. In omnibus operibus tuis memorare nonissima tua et in eternum non peccabis. Et Hiero. ad Paulinum. Facile contemnit omnia qui se semper cogitat esse moriturum. Et idem ad Cyprianum dicit. Qui enim quottidie recordatur se esse moriturum: contenit presentia et ad futura festinat. Et idem ad Heliodorum de vita Nepotiani Platonis sententia est omnium sapientum vitam meditationem esse mortis. Seneca ad lucillum ait. Nihil tam eque tibi proderit ad contempantiam omnium rerum quam frequens cogitatio breuis huius incerti itineris. Et idem ad eundem in episto. ait. Molestum est iniquis mortem ante oculos habere. Ista tam seni quam iuueni debent esse ante oculos. hec ille. Cum igitur mortis memoria sit tante vtilitatis: idcirco in presenti sermone de ipsa morte tria sunt contemplanda mysteria.

Primum de sua ferocitate.
Secundum de sua dubietate.
Tertium de sua crudelitate.
De mortis ferocitate. Capitulum I

p Primum mysterium est de mortis ferocitate. Circa quod nota triplicem ferocitatem.

UVA. BHSC. IyR_227

Prima ꝯtra primos hoies.
Scda ꝯtra peccātes.
Tertia ꝯtra totū mundū.

Prima ferocitas dicit ꝯtra primos hoies quos ipa interemit ⁊ prostrauit. Nam a pnci pio ꝯditōis humane in statu innocentie erant homies imunes a lege mortis. Unde Augustinus in .xiij. libro de ciuitate dei .c. iij. ait. Fatendū est primos homines ita fuisse institutos: vt si nō peccassent. nullū gen⁹ mortis experirent. Sed eosdem primos peccatores ita fuisse morte mulctatos: vt quicquid eorū stirpe esset exortum eadē pena teneretur obnoxium. Pro magnitudine quippe culpe illi⁹ naturam damnatio mutauit in peius: vt quod penaliter precessit in peccantibus hominibus primis: etiā naturaliter sequeret in nascentibus ceteris. Idem in libro de baptismo parvuloꝝ ait. Fiebat ordo iusticie: vt sicut anima dño suo ita corpus ei obediret. hec ille. ⁊ Ecclesiast. xv. Ante hominē vita ⁊ mors. Et in eodem .c. Deus ab initio constituit hominē: ⁊ reliquit illum in manu consilij sui. ⁊ Origenes super Leuiticum .ix. c. Si homo ab initio elegisset vitam: nunq̄ humanū genus mortalē conditionem teneret. Unde deus propter peccatum dixit Ade. Quia audisti vocem vxoris tue: dico tibi quia in sudore vultus tui visceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es ⁊ in puluerem reuerteris. Gen. iij. Et hec omnia propter peccatum. Heu q̄ grauis fuit illa culpa: que imperio mortis omnes subiecit. sed potissime primos parentes. Nam per errorem inobedientie sue: mortem quam deus non fecerat sibi inuenerūt. Iuxta illud Augustini primo pronosticon dicentis. Uide mortem nō a deo: sed ꝑ errores intus venisse hominibus in paradiso delitiarum positis. Cui etiā conuenit illud qd̄ scribitur. Sapientie .j. c. Deus mortem nō fecit: sed impij manibus proprijs accersierunt eam. Sed circa hoc dubitari potest: q̄ cum deus dixerit Ade Gen. ij. Quacūq; die comederis: morte morieris: non tamen hoc videtur verum: quia non illa die mortui sunt. Ad hoc respondet Nicolaus de lira in expositione super Genesim q̄ illa verba sic habent exponi. Morte morieris. id est moriendi necessitatem incurres: quia gustato ligno nō statim mortuus est. sed cepit ad mortem tendere. Et Augustinus super Gene. sic ait. Morte morieris. id est morti obligatus eris vel mortis reatum incurres. Unde ⁊ in alio loco idem ait. Quamuis annos multos post vixerunt: illo tamen die mori ceperunt quo mortis legez: q̄ in senium veterascerent acceperunt. Data est ergo potestas morti eijciendi illos propter eorum culpam. Et quia necessaria erat humani generis multiplicatio viuendi tempus in longum processum est: quod tamen a morte deuictum ⁊ debellatum est. Ecce quid profuit illis longa vita. quib⁹ omnino mors est subsecuta? Audiamus quid scriptura dicat Genesis .v. Uixit Adam .cxxx. annis ⁊ genuit filiū ad imaginem ⁊ similitudinem suam. vocauitq; nomen eius Seth. Et facti sunt omnes dies Adam postq̄ genuit Seth octingenti anni. genuitq; filios ⁊ filias. Et factum est omne tempus quo vixit Adam nongenti triginta anni ⁊ mortuus est. Uixit quoq; Seth .cv. annis ⁊ genuit Enos. Uixitq; Seth postq̄ genuit enos octingentisseptem annis. genuitq; filios ⁊ filias. Et facti sunt om̄s dies Seth nōgētorū duodecim ānoꝝ ⁊ mortu⁹ est. Uixit ꝟo enos .xc. annis ⁊ genuit Caynan post cuius ortum vixit octingentisquindecim annis ⁊ genuit filios ⁊ filias. Factiq; sunt om̄s dies enos nongentiquinq; anni. ⁊ mortuus est Uixit quoq; Caynan .lxx. ānis ⁊ genuit Malalehel. ⁊ vixit Caynam postq̄ genuit Malalehel octingentisquadraginta annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Et sic de omnibus alijs a pncipio vsq; ad finem incipientibus.

Si vero aliquis incredulus dubitaret quomodo fuerit illud possibile vt vita illorum sic protraheretur in longum. Rñderi potest ꝟm Nicolaū de lira, hoc fuisse pluribus de causis

Prima ex bonitate conditionis vel cōplexionis primoꝝ parentum. Fuerunt em̄ a deo immediate formati. ⁊ per consequens fuerūt optime compositionis. ⁊ sic ad longiorem vitam dispositi. Et illa bonitas complexionis magis venit ad hoies ꝓpinq̄s illi⁹ tpis q̄ ad remotos tpis moderni. Scda rō sumit ex mō viuēdi. qꝛ tpate viuebāt. Tertia rō sumit ex bonitate nutrimēti. qꝛ añ diluuiū nascētia t̄re erāt meliora q̄ postea: qꝛ mūdatio diluuij fuit ꝑ maiori pte ex aq̄s oceani. Aque aūt salse inducūt sterilitatē: ⁊ reddūt terre nascentia peiora. ex quibus abbreuiatur vita hominis.

Quarta ratio est ex scientia Ade. quia formatus fuit in perfectione scientie. Et ideo cognouit virtutes herbarum fructuum ⁊ lapidum que faciunt ad conseruandam sanitatem ⁊ vitam prolongandam. Quinta ratio est ex dispositione diuina hoc ordinante.

UVA. BHSC. IyR_227

vt per longum tempus cito multiplicaretur humanū genus. hec Nico. de lira. Quamuis igitur primi homines tam diu superuixerunt scientia prediti: fortitudine corporis bene dispositi: non potuerunt tamen mortis ferocitatem repellere: continuit illos ⁊ omnes mortui sunt. Quod vtiq; nobis in exemplum esse potest: vt huius vite erumnaz cognoscamus e Hoc est quod Hiero. ad Heliodorū de vita n. potiani ait. Debemus ⁊ nos animo premedetari quod aliquādo futuri sumus ⁊ quod velimus nolimus: longius abesse nō potest. Nazi si nongētos vite excederem⁹ annos: velut ante diluuiū viuebat genus humanū. ⁊ Mathusalem nobis tempora donarent, tamen nihil esset preterea longitudo: que esse desisset. Etenim inter illum qui vixit decem annis ⁊ illū qui vixit mille: postq̄ idem finis vite aduenerit irrecusabilis mortis necessitas: transactuz omne tantumdē est: nisi ꝙ magis senex onustus peccatorum fasce proficiscitur. Optima queq; dies miseris mortalib⁹ eui. Prima fugit: subeūt morbi tristisq; senectus. Et labor: ⁊ dire rapit inclementia mortis, hec ille. Que omnia sic dicta intelligas: vt sicut longitudo vite om̄s illos primos viros non excusauit a morte: sic nec breuitas vite tue etiā dilata ad multos annos te excusabit: quia morte morieris. Secunda ferocitas mortis est contra peccantes. Nam sepenumero ipsos inuadit subito: ⁊ in breui morula absorbit eos. Et licet multa accidant per naturam que labilis est: ⁊ vt plurimū humane vite contraria: veruntamē mortalitates ⁊ pestilentie adueniunt sepe ⁊ sepius iudicio dei: in quibus nō sine grādi terrore om̄s aspiciunt mortis dominiū: et potestatē. Et ꝙ hec vera sint probatur ex testificatione scripturarū. Et primo sumi pōt illud testimoniū Numeri. xj. vbi narrat ꝙ cuz populus israel esset in deserto non contentus cibo celesti scilicet manna qd̄ pluebat illis de⁹ de celo: desiderās carnes ⁊ pisces cucumeres pepones cepe ⁊ allia: dominus pluit coturnices in castris eorum. Et cum adhuc carnes essent in ore ipsorū: ecce furor domini concitatus est in populū: percussitq; eū plaga magna

Secundum testimoniū habetur Numeri. xiiij. Nam cum ppl̄us ille murmurasset contra dn̄m. dixit dn̄s ad Moysen. Usq; quo detrahet mihi popul⁹ iste? Quousq; nō credēt mihi in om̄ibus signis que feci coram eis? Feriam ergo eos atq; consumam pestilentia. Quod factum fuisset nisi Moyses orasset ad dn̄m vt dimitteret eis. Tertiū testimoniuz habetur. Exodi. xij. vbi narratur ꝙ nocte media percussit dn̄s egyptū plaga magna: ⁊ interfecit omne primogenitū in terra egypti: a p̄mogenito Pharaonis qui sedebat in solio vsq; ad primogenitū captiue. que erat in carcere. ⁊ omne primogenitū iumentorum. Surrexitq; Pharao nocte ⁊ om̄es serui eius: oēsq; egyptij: ⁊ ortus est clamor magnus. Neq; em̄ erat domus in qua non iaceret mortuus.

Quartū testimoniū est in Leuit. xvj. c. vbi dn̄s dicit. Si nolueritis recipere disciplinam sed ambulaueritis ex aduerso mihi: ego quoq; contra vos aduersus incedā. ⁊ percutiam: vos septies propter peccata vestra: inducamq; super vos gladiū vltorem federis mei. Cūq; fugieritis in vrbes imittā pestilentiā in medio vestri. Quintū testimoniū est vlt. c. scd̄i li. Reg. ⁊. j. Paral. xxj. vbi legit ꝙ percussit dn̄s pestilentia israel a Danvsq; ad Bersabee ⁊ mortui sunt ex populo. lxx. milia virorum.

Sextū testimoniū capitur ex comminatōe quā fecit dn̄s per Ezech. vij. c. Ira mea īquit. sup vniuersuz ppl̄m. Gladius foris: pestis et fames itrinsecus. Qui in agro est morte morietur. ⁊ qui in ciuitate sunt pestilentia ⁊ fame deuorabunt. Septimū testimoniū capitur a Justiniano i aut. vt nō luxurient ꝯtra nāz. vbi ait. Propter ista duo. s. ppt blasphemiā ⁊ pctm̄ ꝯtra naturā fames pestilentie et terremotus fiunt. Idem similit in glo. xxxij. q. vij. c. flagitia. Octauū testimoniū est in historia ecclesiastica. In qua narrat ꝙ Maximian⁹ impator ductus diabolico spū. fecit cōponere carmina blasphemijs plena contra iesum xp̄m ⁊ sanctos. eaq; scribi mandauit i tabulis. Jussit per singulas vrbes ⁊ villas ⁊ agros deferri: faciebatq; ea cantari. Altissim⁹ autem tantū scelus multum remanere noluit sed tanto rigore in populum blasphemū pestilentiā misit vt comedendo ⁊ bibendo sola sternutatione morerent. Ip̄e autē Maximianus dolore graui percussus spiritum exhalauit.

Nonū testimoniū est in legenda sanctoruz in vita beati Gregorij in tractatu de letanijs Ubi refert ꝙ propter comessationes ⁊ luxurias romanoꝝ cōmotus est deus cōtra eos pestilentiamq; magnam in illos misit. quam inguines vocant. s. languinaglia. Seua em̄ fuit eo ꝙ homines in via i mensa in colloquio moriebant subito. Item cuz aliquis sternutabat exhalabat spm̄. Et cum aliq̄s aliquē sternutātem audiebat statim accurrēs dicebat. Deus

UVA. BHSC. IyR_227

te adiuuet. Vñ vsq; nūc hec ꝺ̄ sluetudo obseruatur. Rursus cū aliquis velle se oscitare sentiebat cōtinuo signū crucis in os imprimere festinabat. Cum ergo hec pestis romā vastaret btūs Greg. processione cum letanijs. per ciuitatē circulū quodā paschalē tempe feri ordinatur: in qua imago beate virginis. que adhuc ē rome in sancta Maria ara celi. quam beatꝰ Lucas pinxisse dicitur, āte processionem portare fecit reuerenter. Et ecce tota aeris infectio imagini lācte cedebat, ac si imaginem ipsam fugeret, t ipam ferre non posset. Sicq; post imaginē mira serenitas. t aeris puritas remanebat. Tunc in aere iuxta imaginē audite sunt voces angelorū cantantiū t dicentiū. Regina celi letare t̄c. Statim aūt btūs Grego. adiunxit. Ora pro nobis deū alla. Tunc btūs Grego, vidit supra castrū vientij angelum dñi qui gladiū cruentatū detergēs in vaginē conuertebat. Ex quo itellexit ꝙ pestis illa cessaret, sicut factū est. Vñ castrū illud vocatū est postea castrū sancti āgeli. Ex hoc igitur patet ꝙ ꝓpter pctā hominū deus punit eos morte. Ꝺ vtiq; factū consp̄icimus temporibus istis, in quibus ad tantā dementiaz venerunt ppli. ꝙ credunt hmōi pestilentiā ꝑuisse, pter bona opera. O hūana dementia Nunquid sunt falsa tot exempla scripturarū. vt velit deus oppugnare humanū genꝰ absq; culpa? Quinimo vt dixi. t iterū dicā mors ista pestilentialis est ensis diuine iusticie. quo trāsfodiunt viscera iniquorū. qui nolūt aliquādo mūdū ꝑtere. De iustis et sc̄is pcntiant nō obstat. qz dixit ꝑs. Pretiosa in conspectu dñi mors sanctorū eius. Tertia ferocitas mortis est cōtra totū mūdū. Nā de ipa t de eius potentia scripture multe loquunt. Unde. ij. Regū. xiiij. Omnes morimur. t quasi aqua dilabimur in terrā. Que ꝺ̄ba notanda. xiij. q. ij. c. in ecclīastico. t ꝑs. Quis est homo qui viuet t nō videbit mortē. Eccli. xl. Omnia q̄ de terra sunt in terrā cōuertent. t Seneca ad Lucillū Eo ibis quo omnes eunt. Quid tibi noui est? ad hanc legem natus es. Hoc patri tuo accidit, hoc matri. hoc maiorib⁹ hoc omnibus ante te, t Viero. ad Heliodorum sic ait. Xerces ille rex potētissimꝰ q̄ subuertit montes. ꝑstrauit maria. cū de sublimi loco infinitā hoim multitudinē innumerabilē vidisset exercitū. fleuit se ꝺ̄ eo q̄ post centū annos nullus eoꝝ quos cernebat supuiceꝰ eēt. O si possem⁹ in talez ascēdere speculā de q̄ vniuersaz terrā sub nostris pedib⁹ cerneremus, iā tibi oñdere totius mūdi ruinas t gētes gētibus t regnis regna collisa. alios torq̄ri. alios necari. alios absorberi fluctibus, alios ad seruitutē trahi. Ꝺ nuptias. hic planctū. illos nasci. istos mori. alios affluere diuitijs. alios mendicare. et non solū Xerxis exercitū. sed totius mūdi hoīes. qui nūc viuūt in spacio breui morituros. Vicitur ꝺmo rei magnitudie. t minus ē oīe qꝺ dicit. Redeamus ergo ad nos. t quasi e celo descēdentes paulisp nra videam⁹. Sētis ne obsero te q̄n ifans: q̄n puer q̄n senex factꝰ fis. Quotidie morimur: ḡtidie cōmutamur. t tñ eternos nos eē credimus. hec ille. Quid igit est hoim vita: nisi quidā cursus ad mortem? O humana miseria: q̄d verius vnicuiq; dici pōt ꝙ morte morieris? Unde Job. xiiij. dicit. Homo natus de muliere breui viuens tempe replet multis miserijs. De hoc Señ. ad Lucillū, Quotidie morimur: quotidie diminuitur aliqua pars vite. t tunc quoq; duz crescimus vita decrescit. Infantiā amisim⁹ demum puerittiam: demum adolescentiam: vsq; ad extremum quicquid transit tempis perit. Et iterum ad eundem dicit. Corpora nostra rapiuntur fluminum more. Quicquid vides eum tempore curit. Nihil ex his que videmus manet. Hec ille. Et Ouidius ait. Tempora labuntur tacitisq; senescimus annis. Et Augustinus. xiij. de ciuitate dei. ca. x. Ex quo enim quisq; in isto corpore moriturus esse ceperit: nunq; in eo non agitur nisi vt mors veniat. Hec enīz agit eius mutabilitas toto tempore vite huius: si tamen vita dicenda est vt veniat in mortez. Nemo quippe est qui non ei post annum sit ꝙ ante annuz fuit et cras ꝙ hodie. t hodie ꝙ heri. et paulopost ꝙ nūc. t nūc ꝙ panloante morti ꝓpinquior quoniā quicquid tempis vnit, de spacio viuē di demitur. t quotidie fit minus. minusq; qꝺ restat. vt omnino nisi fit aliud tempus vite huius ꝙ cursus ad mortem. Et infra. Qui ꝙ vsq; ad mortem ꝓductiora spacia tempis agit. non lentius pergit. sed plus itineris cōficit. Hec ille. Omnibus ergo breuis est vita mors aūt vicina. Unde sapies eccli. xiij. ca. Memor esto qm̄ mors ñ tardat. Verba ista multū pōderanda sunt. i. Mors non tardat. ergo est in ianuis. Mors ergo nō tardat. ergo timeam⁹. mors nō tardat. ꝙ bñ faciam⁹. O dilectores mūdi. o'trenoꝝ amatores. mors nō tardat. O pctores mors nō tardat. Agite pniam vt vos nō inueniat dormientes. O durum verbū. o veritissimum verbum. Mors

UVA. BHSC. IyR_227

non tardat. Hoc vtiq; omnes cogitare debe-
rent. quia vtile est contra tumorem superbie.
Hoc etiam patere potest exemplo valde notā
do. Nam legitur in legenda sanctorum in vi-
ta Barlaam quā scripsit Johānes Damasce-
nus: q rex quidam fuit in india christianorū
valde persecutor. qui filium suum nomine Jo
saphat in palacio quodam includi: t educari
fecit: timens ne christianus efficeretur. Qui
ad etatem adultam perueniens admirās cur
pater eum sic inclusisset vni ex seruis suis di-
xit se ppter hoc in magna esse mestitia. Quod
pater audiens t dolens equos idoneos sibi
parari fecit. choros plaudentes ante eum mit
tens: t ne aliquod fedum sibi occurreret pro-
hibuit. Predicto igitur iuuene taliter proce-
dente. quadam vice vnus leprosus t vnus ce
cus sibi obuiauerunt. Quos ille videns t stu
pens quid sint t quomodo sic essent inquisi-
uit. Tunc ministri ei dixerunt. Passiones iste
sunt que hominibus accidunt. Ille autem di-
xit. Omnibus hominibus hec ne contingere
solent. Negantibus autem illis. respondit.
Noti sunt igitur qui hec pati debeant: an sic
indifferenter veniunt? At illi. Quis hominū
futura scire potest? Valde ergo anxius esse ce
pit pro inconsuetudine rei. Alia autem vice
quendam senem valde rugatam habentem
faciem et dorsum incuruatum et cadentibus
dentibus balbucienter loquentem inuenit.
Stupefactus autem valde dicere voluit visi-
onis miraculum. Et cum didicisset t se sene-
scere t mori debere: in multa desolatione po-
situs. non amplius poterat consolari. Nec mi
rum est. quia nihil morte horribilius esse po-
test. Ipsa est enim que tantos viros rapuit
de mundo. t nulla potentia sibi resistere po-
tuit. nec potest nec poterit. nec dignitas. nec
magnificentia. nec facundia. O mors deuo-
ratrix omnium quid dicam? Audite obsecro: o
infelices mortales. Nam si ipsa videret ali-
quem cum multa familia ac comitiua magna
nunquid fugiet ab eo? Minime. Omnes ad
mortem tendimus. Omnes morimur. Om-
nes ad mortem currimus. Omnibus mors
est vicina. Non parcit pulchris. non potenti-
bus. non scientibus. O insipientes peccato-
res: respicite vbi sunt milia milium qui fue-
rūt in mūdo. Omnes mortui sunt. Adam pa
ter generis humani mortu⁹ est. Eua vxor ei⁹
mortua est. Gigantes qui fuerunt tempore
Noe. Illi viri famosi t animosi qui edificaue
runt turrim babylonis vbi sunt? Omnes mor-
tui sunt. Belus filius Nemroth rex babylo-
nie quem quidam Saturnū esse existimant:
qui intrauit asiam t per vim obtinuit eā mor
tuus est. Frater ei⁹ minor qui regnauit post
eum t asiam totam obtinuit. ac babyloniam
rebellantem cepit: cum de turri babel. i. baby-
lonie fuisset percussus mortuus est. Reges
egypti. s. Festus sol Cosmosius amenophis
omnes mortui sunt. Reges persarum. reges
athenien sium. reges europe. Cramas. Am-
phitryon Erichthonius Theseus Meneste⁹
Demophon: omnes mortui sunt. Alexander
magn⁹: omnesq; eius barones mortui sunt.
Reges Juda Josaphat Joram Ozias Joa-
than Joas zacharias Achaz Manasses om
nes mortui sunt. Reges troie. rex Priamus
Troilus Helenus Paris Phebus Hector.
Illi viri potentes: qui fuerunt in obsidione
Troie. Agamēnō Menelaus Achilles Ulli
xes t reliqui: omnes mortui sunt. Illa stre-
nuissima domina Panthesilea regina Amazo
zonum puellarum. que venit in adiutorium
Troie cum suis puellis. Reges latinorum.
Saturnus qui venit in italiam: vbi nunc ro
ma est in siluis inueniēs homines sicut bestie
viuētes māducantes glandes: t habitantes
in cryptis t caselis ex frōdibus cooptis: do-
cuitq; eos terreas domos edificare: labora-
re terras: vineas plantare: sicut boues viuere
et his similia docuit: t p his oibus princeps
eorum ac deus nominatus est. Qui timens
filium suū constraxit ciuitatē saturninaz que
Sutrium dicit: Quid dicemus de multis ho
minib⁹ probis romanor: quos omnes mors
ferocissima prostrauit. Heu misera humana
vita. Mors eñ deuorauit oēs hos. Quid de
Romulo t Remulo: qui fuerunt fratres ge-
melli: qui a lupa nutriti sunt: qui etiā romaz
construxerūt. Theodosius imperator optimus
xpianor: de quo Ambrosius fecit mirabiles
laudes qui expulit Arrianos. Archadi⁹. Ho-
norius. Karolus magnus: qui totaz terram
occupotam a saracenis recuperauit orientis
et occidentis. Fredericus primus qui multa
euertit. t multa alia fecit. cū eūdo in subsidiū
terre sancte in quodā flumine suffocatus est.
Fredericus scōs armor strenuus linguarus
peritus luxuriosus: cū multis pontificib⁹ ha
buit bellū. capue cuz Gregorio mortuus est
veneno. Rodulphus. Albertus dux austrie.
Hēricus sextus p florētinos venenat⁹ t alij
imperatores romani cū nobilib⁹ plūmis. t ppl'o
mlto mortui sūt. Nō potuerūt romani nec eo

UVA. BHSC. IyR_227

rum reges aliqua via mūdi mortem euadere. Ubi prim⁹ imperator Julius cesar: Octauianus, Tyberi⁹. Cayus. Nero. Claudi⁹. Uespasianus. Titus. Domitian⁹. Adrian⁹. Theodosius. Cirillus magnus. Omnes mortui sunt. Ubi sunt illi viri doctissimi atq; phi. Ubi est Plato: Ubi Aristoteles: Ubi Socrates: Ubi Pythagoras: Ubi Demosthenes: Ubi Seneca: Ubi tot poete: Ubi Homerus: Ubi Menander: Ubi Virgili⁹: Ubi Terenti⁹: Ubi lucan⁹: Ubi Ouidi⁹: Ubi sūt oratores: t rhetores: Ubi Titus Liuius: Ubi Tulli⁹: Ubi doctores medicine. Galienus t Ypocrates: Ubi Auicēna: aut alij: Nūqd medicina sanauit eos: aut eos liberauit a morte: Ubi imperatores: Ubi reges: Ubi pncipes: Ubi duces comites. barones. marchiones. regine pncipisse t multe alie domine nobiles: Ubi tot iuuenes t iuuencule: Ubi tot qui in hoc mundo floruerūt: O vita misera. o vita caduca. o vita labilis. ovita fallax. ovita vmbratica. Omnes mortui sunt. t recluſi sunt in monumētis t corrupti. Hinc hugo. li. j. de aia. d. Dic mihi Ubi sunt amatores mundi: qui ante pauca tē pora nobiscū fuerūt: Nihil ex his manſit niſi cineres t vermes. Attende diligēter qd sunt. t quid fuerunt. Hodie fuerūt sicut tu. Comederunt t biberūt: riserunt: duxerunt in bonis dies suos: in puncto aūt ad inferna descenderunt. Hic caro eorum vermib⁹: illic aūt anime eorū ignibus deputanf: donec rursus infelici collegio colligati: sempiternis inuoluanf incendijs: qui socij fuerūt in vitijs. Una em̄ pena implicat quos vn⁹ amor in crimine ligat. Quid pfuit illis inanis gloria. breuis leticia mūdi potentia: carnis voluptas: falsa diuitie: magna familia: Ubi risus: vbi iocus: vbi saltus: vbi iactantia: vbi arrogātia: De tāta letitia quāta trifticia: poſt tantā voluptatē: tanta grauis miseria. De illa exultatōe ceciderūt in magnā ruinā: t in magna tormēta. Ō illis accidit: tibi quoq; accidere pōt: qz homo es. humus de humo. limus de limo. De terra es t de terra venis. t in terrā reuerteris: qm̄ veniet dies vltima que subito veniet: t forſitan hodie erit. hec ille. Colligimus ergo ex dictis vnūqnēq; mortē expectare debere. Nec cōfidendum est in huius vite breuitate. qz se nobis aliquādo prebet cecā t non videntē. Dein de iaculo suo nos ferociter vulnerat. Ūñ quidaz Esculanus poeta vulgaris dicit. Oyme. speranza del coze inimica. Ebe falli el tempo cum le tue yedute. Perche te monſtri coſi dolcamica: O imperatozes qui eſtis in hoc mūdo. O reges. o pncipes. o tyranni. o duces. o barones. o marchiones. o iuuenes. o senes. o diuites. o pauperes. o sani. o infirmi. O vos omnes qui aſtatis dico vobis. qz moziemini. Benefacite: qz hinc ad paucos annos: etiam vos ſtabitis in sepulcro t non poteritis reſiſtere furori potentiſſime mortis.

De mortis dubietate. Capm. II

Ecundū myſteriū contemplanduz eſt de mortis dubietate. Timendum eſt vniuerſaliq; eo q̄ cuz moz̄ certiſſima ſit omnibus. tñ multa ſunt de ea dubia: que ſunt valde periculoſa. De qb⁹ tria poſſunt notari.

Primum eſt circa tempus.
Secundum circa locum.
Tertium circa modum.

Primū eſt circa tempus qz nullus eſt qui ſciat qñ ſit moziturus. Ignorant hoc vtiq; ſenes pueri infantes iuuenes adoleſcentes. nec reperiſ aliquis qui poſſit dicere qñ mozietur nec in hoc cōfidere q̄ vſq; ad tale temp⁹ non moziet. Ex his inquit ſapiēs. Eccls. ix. c. Neſcit homo finē ſnū. ſed ſicut capiunf piſces hamo: t aues laqueo cōprehenduntf: ſic capienf inſiqui in tēpore malo. Tempus malū pro iniquis dicif tempus mortis: in quo artanf vie impioz̄. qui equidē cū ſibi longam vitā. quaz nolunt firmiter cōſiderare t ponderare. promittunt. decipiunf. Quanto em̄ laborauerunt p mūdo ſperantes ibi recipere fructū laborum ſuoz̄. t perierunt ante temp⁹ qō ſibi promiſerant? Quis pōt eos numerare? Nōne Senna cherib t ſui prevalere t obtinere hierm credi derunt. t de exercitu eoz̄. clxxxv. milia in vna nocte ab angelo ſunt interēpti. iiij. Reg. xix. ca. Et ſic cuz illud ſperaſſent fuerunt decepti. Quid de alijs dicā? Refert Auguſti. in li. v. de ciui. dei. c. xxiij. q̄ cū Radagayſus rex gothorum cum maxima comitiua ſam in vrbis victoria conſtitutus. romanis cerucib⁹ innumeret vna die tanta celeritate victus eſt. vt ne vno quidā nō dicam extincto ſed vulnerato roma nozum. multo amplius q̄ centum millium p ſternetur eius exercitus. atq; ipſe cum filijs moz̄ captus t pena debita necatus. In bello ingens fuit hec ſtrages ſubſecuta. Sed nō ſic de alijs qui moztis pericula fugiunt. Audias obſecro: quia moz̄ vbiq; pugnat. non ſolum in bello. ſed etiaz in domo in menſa. in lecto. t vbicūq; locoz̄. Propterea Seneca ad Lucillum dicit. Omnis dies t omnis hora. q̄ nihil ſum⁹ oſtendit. t aliquo argumēto recenti

UVA. BHSC. IyR_227

admonet fragilitatis oblitos, cum eterna me ditantes respicere cogat ad mortē. Quid sibi illud principiū velit queris. Senitionē cornelium equitem romanoꝝ splēdidū ⁊ officiosum noueras: ⁊ tenui principio se ipse promouerat, ⁊ iam illi decliuis erat cursus ad cetera Facilius enim decrescit dignitas q̄ incipit. Pecuniam quoq; ceptaꝫ esse paupertate plurium amorem habet dum ex illa ereptat. Vic etiam Senitio diuitijs imminebat: ad quas illū due res ducebant efficacissime: ⁊ querendi ⁊ custodiendi scientia quarum vel altera locupletem facere potuisset. Vic homo summe frugalitatis non minus patrimonij q̄ corpis diligens: cum me ex cōsuetudine mane vidisset: cum per totam diem amico grauiter affecto ⁊ sine spe iacenti vsq; in noctē assedisset: cū hilaris cenasset: genere valitudinis p̄cipiti arreptus anguinia glandula vix cōpressum artatis faucibus spm̄ traxit in lucem. hec ille. Tēporibus aūt istis multa iuuenum turba mortua est ex peste: que valde italiam nostrā occupauit: precipue in ciuitate Ferrariensi anno M.cccc.lxiiij. mortui sunt in quattuor mensibus nouē milia hominū. adeo q̄ ciuitas erat vacua: quia vt ait Esculanus. Ogni creato se corrumpe in tempo. Passano li acti humani come fumi Chi ne va tardo: ⁊ chi ne va ꝑ tempo. Et ideo clamo. Vigilate vigilate: quia nescitis diem neq; horam mortis. O mortales fatui ⁊ insensati: in quo cōfiditis? O iuuenes stulti vigilate: quia spes vestra sepissime fallitur. Unde Tullius in libro de senectute ait. Frustra sp̄at adolescēs se diu victurū. Quid em̄ stultius q̄ incerta ꝓ certis habere? Quoniam etiam illa etas multo plures q̄ senectꝰ mortis habet casus. Facilius enim adoloscētes in morbos incidūt: grauius egrotant: tristius curant, hec ille. ⁊ Seneca Juuenes mortem habent a tergo: senes autē ante. O quot sunt qui multa disponūt in tribꝰ vel in quattuor annis se facturos, qui ante annū morientur? Quot edificant domos. ⁊ in eis nō habitabunt? Quot plantant vineas ⁊ vinū non bibent? Quot lucrantur pecunias: ⁊ alij expendent illas? Quot cogitant facere magna: ⁊ in breui finem reddituri. coram iusto deo cū dolore maximo presentabūt? O infelix humana conditio. omnibꝰ dicendū est. vigilate quia nescitis diem neq; horam mortis. Secūdum dubium mortis est circa locum. Nescit etiam miser homo in quo loco mors sit eum innasura. Vidimus nanq; varios varie mortuos. Magnū inter angustias mortis reputat solacium. cum quis in domo parentū vel domesticorum in lectulo decubans nature debituꝫ soluit. sed homo nullus hoc firmiter ⁊ certum tenere potest. Et huius rei vidimus tam lucida exempla ⁊ experimēta vt non nisi flendam putare valeamus humanā vitam. Alios vidimus suspensos in patibulo. alios cōbustos ⁊ cōfixos palo. alios submersos in aqua. alios morte subitanea extinctos. alios trūcatis capitibus vitam finire, alios varijs casibus ⁊ innumeris vt ita dicā extremam clausisse horam. Et omnes tales frustrati sūt a voto suo quibus aliud q̄ sperabant euenit. Quid ergo aliud faciemus nisi timere. exemplo aliorum. Unde quidā aiebat. Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Fac etiam tu illud quod Seneca ad Lucillū scribit. Incertum est quo loco mors te expectet. Tu itaq; eam in omni loco expecta. Et idem ad eundem. Erras si in nauigatione tantum existimas munituꝫ esse A morte vita deducit. In omni loco eque interuallum est. Non vbi mors se prope ostēdit vbiq; tamen ꝓpe est. hec ille. Et tñ locus dubius est mortis oībus hoībus mūdi. Tertiū dubium mortis est circa modū. qꝛ nullus scit quomō bene vel male. Et tamē nihil est tam necessariuꝫ vnicuiq; q̄ bene mori. Ut autem quis moriatur bene: necesse est vt bene viuat quia vix de mille milibꝰ male viuentibꝰ vnus bene moritur. sicut etiam de mille bene viuētibus vix male morit vnus. quia Augustinus dicit impossibile est male viuere. ⁊ bñ mori. ⁊ econuerso. Magnopere quippe hoc timere deberent illi quibus vita est lubrica ⁊ dissoluta. Talibus nāq; in extremo ꝯstitutis horridus timor ⁊ tremor accedit. Dic exemplum de illo domino qui tres amicos habebat. de quibus duos dilexit: tertiū vero nūq̄ dilexit. Cuꝫ autem a principe esset vocatus. ille timens ne aliquid mali vellet sibi inferri. iuit ad amicos ⁊ dixit primo amico. Amice dñs misit ꝓ me vt statim vadam ad eum. Rogo te vt venias mecum. qꝛ securior ero. Ille autem dixit nolo quia nō possum. Sufficit q̄ dum mecū stetisti fui amicus tuus. ⁊ tibi seruiui. Nunc autem vadas. quia nolo venire. Secunduꝫ autē minus q̄ primum diligebat. Et hic vadit ad eū Amice. Dic vt supra de primo. Ille vero respondit. Ego nolo venire ad eum. tamen ego veniam vsq; ad ianuam. et ibi te dimittam. Tertium vero minime dilexerat. tamen iuit ad eum ⁊ dixit. Amice ego nunq̄ te dilexi ta-

UVA. BHSC. IyR_227

men rogo q̄ digneris mecum venire ad prin cipem quia misit pro me. Ille vero respondit. Doleo q̄ non me plus dilexeris ⁊ pluris pre cij feceris. tamen vadas quocunq; volueris: ego sequar te. Nota q̄ primus amicus sunt diuitie. quas preposuit parentibus ⁊ amicis Secundus amicus est vxor quā minus dile xit illa vero respondit. Et vsq; ad sepulcrum te sociabo. Tertiꝰ amicus sunt virtutes, quas nūq̄ apud se habuit nec dilexit. tamē ille pau ce quas dilexit ipsum sequentur. Amplia mo do tuo. Ideo hoc Innocentius considerans ⁊ videns conditionem humanam labilez dixit. Ualete amici mei et pro me orate. Iter enim extraneum pergo. quod nunq̄ ambulaui. ad regionem longinquam. quam nunq̄ vidi. et ad seculum alterum animarum vnde nullus reuersus est, ad mansiones metuendas, vbi nullus mihi compatietur, ⁊ ad iudicium terri bile vbi nescio quid mihi contingat. Ecce que ro adiutorium ⁊ non est qui me eripiat. que ro qui me societ. ⁊ nullus mihi compatit̄. De his enim tribus loquitur Bernardus dicens Certus es o homo quia morieris: sed omni no incertus. vbi quomodo ⁊ quando. Ubi sci licet an ibi an alibi in terra vel in mari. Quō an in statu penitentie: an in statu culpe: mor te subitanea vel naturali seu violenta. Quan do scilicet in hieme vel in estate. iuuentute vel in senectute: hodie vl̄ cras. O q̄ dura erit me moria actionum malarum. O pctōres exce cati. o iniqui ⁊ scelerati audiatis quid dicit il le doctor vulgaris Petrarcha. Passano vo stri triumphi ⁊ vostre pompe. Passeno li sta ti passeno signorie. Ogni cossa mortale tēpo interrūpe. Hec ille. Seruemus ergo regulaz Pauli. ad Gal. vj. c. Dum tp̄s habemꝰ opere mur bonū. Ueniet nāq; nox scilicz mors quā do nemo poterit nec bene nec male operari.

De mortis crudelitate. Capl̄m. III

Tertium mysterium contemplanduz est de mortis crudelitate. Expoliat enim mors crudeliter mundi amato res tribus bonis.

Primum bonum est gloria huius mundi: siue pompa.

Secundum bonum est rerum temporaliuz abundantia.

Tertium bonum est corporis voluptas.

Primū ergo bonū quo mors spoliat ama tores mundi, est mundana gloria vel pompa in quibus multi ponūt spem suam. Cum aūt isti in extrema necessitate: vel i extrema hora laborant: ꝑcipere possunt q̄ verum sit illud Esaie. xl. Omnis caro fenū: ⁊ omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatū est fenū ⁊ ceci dit flos. Et Iaco. p̄mo ca. Exortus est sol cuz ardore: ⁊ arefecit fenum: ⁊ flos eius decidit et decor vultus eius deperijt. Quid em̄ por tāt de gloria sua p̄ncipes ⁊ barones ⁊ alij hu ius mūdi p̄ncipatus habētes? Quid de hono re quez eis homīes inferebāt? Quid de comi tiua baronum? Quid de timore quem eis ser ui ⁊ subditi habuerūt? Omnia derelinquunt in morte. Idcirco legitur de Alexandro ma gno: q̄ cum mortuus esset venerunt septem philosophi ad plorandū eum. Et vnus illorū dixit. O Alexāder: heri domīabaris toti mū do: ⁊ hodie mors tibi dominat̄. Scd̄us dixit. O Alexander: heri nō sufficiebat tibi totus mūdus: hodie sufficiunt tibi due vlne terre. Tertius dixit. O Alexāder: heri habebas co mitiuā tot dominoꝝ regū p̄ncipum ducuz ⁊ famulorum: ⁊ hodie solus iaces in sepulcro: Quartus dixit. O Alexāder: heri vocē tuam omnes timebāt: hodie te nullus mortuum ti met. Quitꝰ dixit. O Alexander: heri vocem tuam omnes audiebāt: hodie morte deuictꝰ iaces in sepulcro ⁊ nō vales loqui. Sextꝰ di xit. O Alexāder. heri tot regna habebas in tua potestate. hodie te tenet mors in sua. Se ptimus dixit. O Alexander, heri comedebas tot cibaria delicata. hodie factus es esca ver mium ⁊ cibus. Ecce ergo q̄ crudelis ē mors q̄ dira. Omnes dominos qui fuerūt expoli auit ⁊ omnes qui sunt. ⁊ qui erunt expoliabū tur vana gloria. Unde considerans hoc Au gustinus dicit. O vita fallax et vmbratica plena laqueis multis. Nūc gaudeo sepe tri stor. nūc vigeo sepe infirmor, nūc viuo statiz morior, nunc felix appareo statim miser vide or. nūc rideo statim fleo. sicq; oīa mutabilita te subiacent. vt nihil vna hora vno statu ꝑ maneat. Hinc timor. hinc tremor. hinc fa mes hinc sitis. hinc calor. hinc frigus. hinc la bor. hinc dolor exuperat. Importuna enim mors mille modis homines quotidie rapit. Hunc nāq; febribus illum opprimit dolore. hunc consumit fame ⁊ siti illā extinguit. hūc mors suffocat aquis. illuz perimit flammis. hunc interimit laqueo. istū dētibus bestiarū. hunc trucidat ferro, illum veneno corrūpit. Et sic mors misera tot modis vitā finire cō pellit, Et nūc sup̄ b̄ oīa magna est miseria eiꝰ:

UVA. BHSC. IyR_227

quia cum nihil sit mortis certius nihil cñ homa mortis intertius. Ignorat̃ homo finẽ suum ⁊ cũ stare se putat perijt spes eius ⁊ nescit vbi quõ ⁊ qñ: ⁊ ide certus est q̃ eũ mori oportet. Secundũ bonũ quo mors dira priuat amatores mũdi. est rerum temporaliũ abundantia. nihil em̃ de suis diuitijs reportant diuites. sed omnia remanẽt domus. ſ. possessiones denarij aurũ argentũ indumẽta varia et oẽs thesauri. iuxta illud Job. xxvij. Diues cũ dormierit nihil secũ asseret. aperiet oculos suos ⁊ nihil inuenet. Et p̃s. ait. Dormierunt somnum suũ: ⁊ inuenerũt oẽs viri diuitias in manib⁹ suis. Hoc intelligens Saladinus magn⁹ inter sarracenos rex multor̃ regnorũ appropinquans morti sudarũ quod p⁹ mortẽ induẽdus erat sibi portari fecit. demũ p ciuitatẽ ipsum ostendendo omnib⁹ clamari fecit. Tantũ portat de rebus suis rex Saladin⁹ potentissim⁹ ⁊ magnus. Tertiũ bonus quo mors priuat amatores mundi est corpis voluptas. In morte nãq̃ deficiunt delectose vestes: instrumẽtor̃ melodie. picture in pãnis ⁊ in cameris. cibaria delicata. accipitres canes ⁊ alia hmõi que faciũt ad corpis delectationẽ immo exanime ipsum corp⁹ cadauer faciunt. Eius oculi nõ videbunt lumen: facies efficietur pallida: man⁹ nihil amplius poterũt tangere pedes nõ poterũt ambulare. lingua non poterit loqui: labia nõ poterũt mouer̃: aures nihil audient. O mors crudelis o mors dira. O mors amara: q̃ amarum est iudicium tuũ Sed ve illis qui nimis tenuerũt corpus delicate. Quidnã faciẽt cõtra mortẽ? Heu mors misera q̃ miseros facis mundanos ⁊ terrenos. Quod hoc sit verum patet ex dicto Diogenis. qui de cesare ait. Intuitus sum vt videm cadauer cesaris liuido colore colozatum. putredine circũdatũ. aluum eius diruptum: ⁊ vermiũ cateruas p illud discurrentes: duo famelici angues pascebant in foueis oculor̃ crines nõ adherebãt capiti. dentes patebant labijs consumptis. ⁊ dixi. Vbi est cesar chorus puellarũ. magnitudo diuitiarũ. caterua baronũ acies militũ? Vbi sunt canes venantes equi veloces: aues rapaces. thalamus depictus. lectus eburne⁹. atrium aureũ? Vbi sunt vestimenta mutatoria. cibaria diuersa. canticum lire. organorum sonitus. odor aromaticus? Te verebenf hominꝫ. timebant principes. colebant vrbes. Vbi est tanta potentia. tantaq̃ preclara magnificentia magnificaꝫ? Et respondit mihi. Hec oia defecerũt in me. quãdo defecit spũs meus: ⁊ reliquerũt me in hoc misero sepulcro circundatum putredine carnis mee. Audiãt ergo vniuersi mortales: quia in hoc mũdo nihil est bonum: nisi deum timere ⁊ in eo totã spem suã ponere: in quo sunt thesauri absconditi. Quid inq̃ prosunt o frat̃ diuitie? Quid vana gloria? Quid letitia. mũdi: cũ nõ liberent nec defendere possint a morte nec ab eius furore. Ecce em̃ q̃ sedebat heri gloriosus: modo consumit̃ vermibus in sepulcro. Cur ergo superbis virmis et cinis: quia puluis es: ⁊ in puluerẽ reuerteris Ergo anima reuertere ad dñm deum tuum. ⁊ confidera quia in hoc mũdo misero: nulla ẽ vera salus: nulla requies: nulla spes. In ipo ergo deo oẽm felicitatẽ tuã pone: ⁊ ei mũdo puro cor de ac corpe fuire stude: vt euadere possis mortem sempiternam: ac acquirere gloriam eternam: ad quam iesus xp̃us nos eternaliter perducat. qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

De catenis peccator̃. Sermo XIIII

V Idi angelũ descendentẽ de celo: habentẽ clauẽ abyssi ⁊ catenã magnã i manu sua. Apo. xx. Infirmitates curande dilectissimi in xpo iesu: nõ aliter curant̃: nisi p medicinas eis cõtrarias. vtputa infirmitates calide p medicinas frigidas: ⁊ ecõuerso. Et hoc confirmat Arist. ij. etb. di. Medicine habẽt fieri p ꝓria. et. viij. Cõtraria ꝓijs curant̃. Quare ãtiqu⁹ ille spens generis humani inimicus. videns hoiem illuc posse cõscendere per humilitatẽ. vnde ipse per superbiã corruerat cõfirmatus in dei odio ⁊ nostri inuidia semp querit nos precipitare. ⁊ ad baratrum vbi ipe est deducere p frequentationẽ pctorum mortalium. Et quia scit nos p penitentiaꝫ in hac vita posse resurgere: conat̃ multis modis in ipsis nos ligare ne resurgamus. vt in his mortẽdo eternaliter peam⁹. Propter hoc dicit thema nostrum. videlz. Vidi angelũ. i. diabolũ descendentẽ de celo. i. p superbiã cadentẽ habentẽ claem abyssi. ⁊ catenã magnã in manu sua. i. ligamenta ad ligandũ alas ne vere peniteãt. sed eternaliter pereãt. Que volẽtes dissolvere. ⁊ de alabus nostris extirpare. vt possim⁹ penitere, necesse est malleos fortes habere. qui ipsas catenas dirumpant: ligamentaq̃ dissoluãt. Sed quia oppositꝫ iuxta se ponitur magis elucescũt. videamus ꝓmo catenam ⁊ ligamẽta que singillatim p medicamẽta con

UVA. BHSC. IyR_227

trarla dissoluem⁹. Ex scriptura em̄ sacra vt p
cipere potuit catena ista magna habet nouē
modos tot̄ necesse est soluere t totaliꝫ destru
ere: vt a peccatis nos ipos soluam⁹: videlicet.

Prima ōr infidelitas.
Scōa ōr despabilitas.
Tertia ōr horribilitas.
Quarta ōr difficultas
Quinta ōr exēplaritas.
Sexta ōr delectabilitas.
Septima ōr timiditas.
Octaua ōr plumptuositas.
Nona ōr longanimitas.

Prima ergo catena magna t terribi
p lis est infidelitas. Mirari em̄ soleo
tantam diuersitatem hominuꝫ tam
diuersimode operantiū. Quidam em̄ bene: q̄
dam melius: quidā vero optime, quidam ma
le: aliqui pessime: nōnulli pessime operant. Sz
finaliter inuenio q̄ ista diuersitas nō causat
nisi ex defectu aut a diuersitate fidei. Et ꝓ huis
dicant oīs se credere: non tamē oēs illa que
credunt considerant t inuestigāt. Quod autē
hoc sit verum probatur.

Primo per rōnē.
Scōo per auctoritatē.
Tertio p exemplū.

Primo per rationē sic. Sentētia est Aris.
in principio de sensu t sensato, Nihil est in itel
lectu q̄n prius fuerit in sensu. Q̄ si per intel
lectum nō cognoscit: nec p voluntatē amatur
sicut ipe ait in tertio de anima. Volūtas non
fertur nisi in p̄cognitū. Et Aug. x. de tri. c. j.
ait. Firmissime nouimus amari nisi nota nō
posse. Quod si nō amatur: nec etiā ꝓpter il
lud aliq̄d boni operat. Si ergo volumus bene
agere: t in ꝟtutibus insudare. necesse est bo
nū t p̄mū ꝓpter q̄ opamur cognoscere: q̄
finis mouet opantē ad agendū. ij. phisicoꝝ.
Sed ipm bonū supernū t felicitatem eternaꝫ
nō possum⁹ naturaliter cognoscere. ergo ne
cesse est vt supernaturaliter cognoscamus. et
hoc est per fidem. Quāta ergo erit fides: tan
ta erit cognitio: quāta erit cognitio: tāta erit
effectio: t quāta erit affectio: tāta erit virtuꝫ
operatio. Ergo de primo ad vltimum quanta
erit fides: tanta erit operatio. Rursus p eam
dē rōne penā eternā malū esse acerbissimū na
turaliter cognoscere nō possum⁹ ergo supera
turaliter per fidem. Si ergo volum⁹ pctā deui
tare necesse ē penā ad quā pctā inducūt nos
cognoscere. Et tāta erit peccati deuitatō. quā
ta erit pene cognitio, Si ergo non est nisi per
fidem. quāta erit fides: tanta erit pctōꝝ deui
tatio t oditio. Per hāc ergo rationē patz ope
ra bona t mala p̄cedere a ꝓfectu t defectu fi
dei. Secundo hoc idem ꝓbaf per auctori
tatē Aug. di. Fides mensurat actiones. Et p
illud Lac. ij. diuinaꝫ institu. aduersus gentes
c. j. circa principiū. Nā dū existimāt nulli deo
nos esse cure: aut post mortē nihil eē futuros
totos se libidinibus addicunt. Et dum licere
sibi putant hauriendis voluptatibus scienter
incumbūt: p quas imprudētes laqueos mor
tis incurrunt. Ignorant em̄ que sit hominis
ratio: quā si tenere vellēt in p̄mis deum suuꝫ
agnoscerēt: virtutē iusticiāꝫ sequerent, terre
nis figmentꝫ animas suas nō substerneret et
mortiferas libidinū voluptates nō appeterēt
hec ille. Probatur etiā auctoritate sacre scri
pture. Et primo Moysi dicentꝫ Numeri, xx.
Quia non credidistis mihi vt sanctificaretis
me coram filijs israel: nō introducetis hos po
pulos in terrā quā dabo eis. Item. ij. Parał.
xvj. Prebet fortitudinē his q̄ corde pfecto cre
dunt in eū. t Thobie. ij. Vitā illā expectamus
quā deus daturus ē his q̄ fidē suā nūq̄ mu
tant ab eo. t Esa. vij. Si nō crediderit̄ nō per
manebitis. qz i peccatū rues. Ideo dicit Aba
chuc. ij. Justus in fide sua viuit. i. bene operat.
Preterea dicit Matth. ix. t Luce. vij. Confi
de filia fides tua te saluā fecit. t Matth. ix.
Scōm fidem vestrā fiet vobis, Et. xv. O mu
lier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et
Mar. ix. Omnia possibilia sunt credenti etiā
maxima t ardua. t Joh. iij. Qui credit in eum
non iudicatur: q̄ vero nō credit iam iudicatus
est. Et iterū. Qui credit in filium dei habet vi
tā eternā. qui aūt incredulus ē filio: nō vide
bit vitā eternā: sed ira dei manet super eum.
Item Paulus magnificat fidem nostram di.
Ro. j. Gratias ago deo: q̄z fides vestra ānū
ciat in vniuerso mūdo. et Roma. x. Corde em̄
creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit
ad salutem. Dicit enim scriptura. Omis qui
credit in illum non confundetur. t. ij. ad Cor.
xiij. ait. Si estis in fide christi ipi vos proba
te per opera. t ad Gala. ij. Nullus iustifica
tur ex operibus legis: nisi per fidē. t ad Ephe.
ij. Gratia estis saluati per fidez. Et. vj. In oi
bus sumentes scutū fidei: in quo possitis oma
nia tela nequissimi ignea extinguere. Item
ad Hebre. x. Lapidati sunt, secti sunt, tentati
sunt in occisione gladij mortui sūt. Circūierūt
in melotis t in pellib⁹ caꝑnis egētes: angusti
ati: afflicti quib⁹ dignus nō erat mundus. Et

UVA. BHSC. IyR_227

hec omnia propter fidē. Item Jaco. ij. Quid pderit fratres mei si fidē quis dicat se habere, opera autem nō habeat? Numqd poterit fides saluare eū? Itē. j. Joh. v. c. Hec ē victoria q̄ vincit mundū fides nostra. Patēt ergo pdicta p auctoritates. Tertio pbat p exemplū. Ponat q̄ quidam transeat per viā: t occurrat ei vn⁹ amic⁹ eius dicens. ne transeas vlterius qm̄ inimici tui prope parati sunt cuz gladijs interficere te. Ille autē si credet audiet: si autē transierit interficiet. Sic em̄ nobis euenit p viā peccatoꝝ trāseuntibus. Venerūt ppbē: martyres: t apostoli, demū ipe xps nobis amicissimus t clamauerunt omnibus peccatoribus dicentes. Ne transeatis o supbi perviam superbie. O auari p viaz auaricie q̄ inimicus vester diabolus interficiet vos. i. ducet vos ad infernū in illas tenebras exteriores. Quare ergo nō fugim⁹? Quare istam vitam nō denitam⁹? Nō ob aliud q̄ nō credim⁹ Rursus ponat q̄ vnus cupid⁹ t auarus querens ditari nūcios habeat dicētes sibi. Perge ad illā ciuitatē. t multas pecunias lucrabe ris. Numqd si credet nō ibit? imo cursu velocissimo t nō tardabit. Sic nobis euenit natura liter desiderātibus felicitatē. Quibus dictum est solum felicitatē esse in alia vita: t ibi summū bonū adesse. Nō ergo ob aliā causam euenit: vt illud summū bonū totū ptēnat: nisi q̄ ānūci antib⁹ nō credim⁹. Et sic p3 pdicta pclusio p rōnem: p auctoritatē: t per exemplū. Si aūt quererē a me. ppter quid fidei nostre tātis signis approbate: nō credit hominū multitudo maxima: dicerē cupiditatē t inordinatam terrenoꝝ affectionē but⁹ rei solam causam eē pbando sententiā meā per auctoritatem, Lac. in libro. vij. diui. instī. aduersus gentes. ca. j.

Interim necessariū puto admonere lectoros: q̄ hec nostra q̄ tradim⁹? praue vitiosiq̄ mentes aut omnino nō intelligent, vebetatur em̄ acies eoꝝ terrenis cupiditatibus: que sensus omnes grauant: imbecillesq̄ reddunt. Aut etiā si intelligent: dissimulabunt tamē: t esse hec vera nolent. q̄ trahunt a vitijs: t scientes suis malis faueāt: quoꝝ suauitate. capiunt: et virtutis viā deserūt: cuius acerbitate offendūtur. Nā q̄ auaricia t opū inexplecabili quadā sitī flagrant. q̄ nō possūt vendi⁹ aut elargitis que amant: tenui cultu vitam degere sine dubio malunt id esse fictū quo desideriis suis renūciare coguntur. Itē que libidinū stimulis incitati. vt ait poeta: in furias ignēq̄ ruunt: vti q̄ incredibilia nos afferre dicunt: quia vulnerant aures eoꝝ preceptaſcōtinētie. que illos a voluptatibus suis phibēt. quibus animā suā cū corpore adiudicauerūt. Qui vero ambitōe inflati. aut amoze potētie inflāmati omne studiū suū ad acq̄rendos honozes cōtulerūt: nec si solem ipm̄ in manibus gestemus. fidē accō modabūt ei doctrine: que illos iubet omni⁹ potentia t honoze contēpto hūiles viuere, atq̄ ita hūiles vt t accipere iniuriā possint t referre nolint t acceperint. Di sunt homines qui ꝑtraveritatē clausis oculis q̄dāmodo latrāt. Qui autē sani sunt vel erūt: id est nō ita vitijs imersi vt insanabiles sint. t credēt his t libēter attendēt. t quecūq̄ dicim⁹. aperta plana t simplicia t quod maxime opus est vera t in expugnabilia illis videbunt. Nemo virtuti fauet nisi qui seq̄ potest. Sequi autē nō facile ē oībus. Di possunt q̄s pauptas t rerū indigētia exercuit. t virtutis capaces effecit. hec ille Et sic habemus pmā catenā. Cōtra istam catenā ad ipam totaliter dissoluendā. duplici malleo laborabim⁹. s. rationis t exēplaritatis. Primo malleo rōnis. Presupponat ergo res oēs creatas habuisse principiū t mūdum esse factum vt dicit pbus. ij. metau. t in j. de celo t mūdo. sed non ab alio. nisi ab, ipso deo. Nam per hanc cognitionem venimus in cognitionem veri dei. sicut probat Aristo. viij. phificoꝝ. Primo via cause efficientis. Quia est deuenire ad vnam causaz, que est causa vltima omniū. t nō habeat causam supra se. q̄ aliter esse pcessus in infinitū. quod a nullo cōcedit Secundo via motus. quia nihil mouetur a seipso. Et intellige hic moueri educi de potētia ad actū. Est ergo deuenire ad vnū immobile quod faciat omnia moueri. Et iste est deus. de quo dicit Boetius in de consolatione phie li. iij. metro. ix. O qui ppetua mundum rōne gubernas. Terraꝝ celiq̄ satoꝝ. qui tempus ab euo. Ire iubes stabiliscq̄ manens das cuncta moueri. Nota ergo q̄ iste deus ē sūma sapētia t intelligentia. t ideo oia fecit ppter aliquē finem. q̄ oīe agens ꝑm rōnez agit ppē finē. vt dicit pbs. ij. phisi. t. ij. de aia Si ergo queramus quare fecit elementa. et fructus terre t oia alia animalia? Non ob aliud nisi vt ostenderet suā potentiaz t ad hois vtilitatē q̄ eis vtī vt patz. Propter qō dicit Aristo. in. ij. phisi. t in. ij. de aia. Finis quodā modo omniū ē homo. Et ex hoc sequit hominē esse nobiliorem omniū rerū naturaliū ꝑpter ipm̄ factarum. Rursus si queraf quare fecit hominē t velim⁹ dicere q̄ ad hoc solum

UVA. BHSC. IyR_227

